



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO  
LEÓN  
SECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS



COMPILEATIO  
MORALIS,  
SECUNDÄQVE PARS  
FORI CONSCIENTIÆ.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN

DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS



26  
26  
26  
26



BX1758

.I454

1715

c.1

RALD

132690

8x1758



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN  
BIBLIOTECAS

TEORIA UNIVERSAL. TRACTATUM QUOD CARMELITANIS  
ASSISTENTIA EXALCEATUM. THEOLOGIA MORALIS. EXPO-  
SITIO AC MYSTICAE LECTOREM.

COMPILE  
MORALIS  
DICTORVM  
A PLVRIBVS VIRIS DOCTIS  
AD  
PROPOSITIONES DAMNATAS  
PER SVMMOS ECCLESIAE PONTIFICES,  
ALEXANDRVM VII.  
INNOCENTIVM XI.  
ET ALEXANDRVM VIII.

QVIBVS ACCEDIT EXPLANATIO  
Decreti Innocentii XII. damnantis propositionem  
extendentem virtute Bullæ Cruciatæ  
approbationem Confessoris:

PER P.FR.VALENTINVM A MATRE DEI,  
Carmelitam Excalceatum, Theologie Moralis, Exposi-  
tivæ, ac Mysticæ Lectorem.

CVM LICENTIA.  
MATRITI: Typis Emmanuelis Ruiz de Murga,  
Anno M. DCC. XV.

FONDO BIBLIOTECA PÚBLICA  
DEL ESTADO DE NUEVO LEÓN



1080046241

QUITA  
MORALIS  
DICTIONARIA  
A LIBRARIAS MURIS DOCTIS  
VERITATIS  
AD  
PROPOSITIONES DAMNATAES  
PER SUMMOS ECCLIESICIS PONTIFICIS  
ALEXANDRI M VII  
INGENITUM  
ET ALEXANDRI M VIII  
QVIBVS ACCEDIT EXPLANATIO  
Debeti Inuocari X. qdum est deputatio  
excedet virtute perte  
PER P. FR. V. ALFREDO DEI  
132390

DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS  
CAMARÍN  
MATRÍCULA  
M DCC X

## FACULTAS ORDINIS.

FR. Matthæus à Iesu Maria , Generalis Ordinis Fratrum Discalceatorum Beatæ Mariæ Virginis de Monte-Carmeli, Primitivæ Observantiæ, &c. De consensu nostri Diffinitorij, vt liber, cuius titulus est , *Compilatio Moralis dictorum à viris doctis ad propositiones damnatas ab Alexandro Septimo, &c.* à Patre Fratr. Valentino à Matre Dei , ex nostra Religione, suis elucubrationibus accurate compositus , & à gravioribus , doctisque viris nostri Ordinis ( quibus ipsum videndum , & examinandum commisimus ) recognitus , & approbatus , Typis mandetur , obtentis facultatibus necessariis ; tenore præsentium licentiam concedimus. Datis in nostro Conventu Marritensi , manu nostra , ac Secretarii nomine subscriptis , sygilloque nostri Diffinitorii prælo munitis. Die 20. Maii anni Domini 1714.

Fr. Matthaus à Iesu Maria,  
Generalis.

Fr. Garsias à Carmelo:  
Secretarius.

§ 3 APPRO-

APPROBATIO R.P.M.D.FRANCISCI ANTONII ESCANDON,  
Clerici Regularis, Sacrae Theologiae Professoris. Iabilati, cuius Toletani  
Archiepisc. Examinatoris Synodalis, & Sancta  
Inquisitionis Officii Qualificatoris.

Compilationem Moralem, &c. Authore Rmo P. M. Fr. Valentino  
à Matre Dei, ex præclarissima Carmelitarum Excalceatorum  
Familia, Theologiae Moralis, & Mistice, neenon Sacrae Scrip-  
turae Lectore meritissimo, approbadam suscepit, ex comissione D. D.  
Isidori de Porras & Montufar, huius Matritensis Curiæ Pro-Vicarii,  
&c. iucundè exceptum opus, avidè evolui, attente perlegi; &  
statim, quem iura præscripsere censorem, tam absoluti operis merita,  
& laudatorem (licet impariem) & accidum assertorem fecerunt. Quis  
enim non demiretur, quam multa in paucis Author edoceat! In pau-  
cis, inquam, congerit venustissime quidquid in pluribus, magnis-  
que voluminibus huius argumenti desiderari potest; quod Plinius  
de Aristone encomiastice aiebat: *Nil est, quod discere vult,* Liber. 1.  
*quod ille docere non possit.* Flores quidem aliena consitos Epist. 22.  
manu studiosè colligit, propria tamen in fasciculum coame-  
tit, ut omnes simul venustissime compilatos offerat. Alienam manu  
consitos, dixi, flores; quia sic humillimè, & ipse fatetur Author,  
dum suam compilationem *Dictorum à pluribus viris doctis*, inscribit  
à fronte; alienam vocat materiam, dum propria Minerva, pro-  
prioque labore, proprium efformat, & informat singularissimum  
opus; ut vere quæat usurpare sibi illud Lipsii in Politicis, *Omnia  
nostra sunt, & nihil nihil.* Omnia sua, & nihil suum! Quomodo ista  
cohærent? Benè, quasi apis argumentosā flores fugit alienos, &  
dum hausta se sentit propria mela devomit, Doctorum sapientia im-  
butus: *Quo se studiosius imbuit (vt verbis loquar Sydonii)* Liber. 4.  
*eo doctrinam ceteris copiosius infundit.* Epist. 2.

Materiam igitur adeò Sacram, qualis est Summorum  
Pontificum ex Cathedra circa mōres determinatio; tam reves-  
tentè, tam pulchrè fideliter ad literam explicat, tam ad sen-  
tentiam consequentè, tam ad conscientiam utiliter, tam planè ad  
intelligentiam; vt toto iure de hac absolutissima compilatione, di-  
cere licet illud, quod D. Bernardus in Evangelica desiderabat do-  
ctrina: *Pulebrus secundam litteram, consequentius iuxta senten-* Epist. 902.  
*tiam, utilius ad conscientiam, planius propter intelligentiam.*

Ideò ergò utilissimum, & mirabile unde quaque opus; lactem do-  
ctrinæ, ita parvulus propinat, vt abunde nutrit; præcipuas tamen dif-  
ficultates, tam acutè tangit, & unico verbo resolvit, vt adultis mag-  
nisque Theologis admirationem infundat. Quod totum de simili  
ope.

S. Gregor. opere encomiabat S. Gregorius Magnus: Habet in publico  
Epist. ab unde parvulos nutrit, servat in secreto unde mentes sublimium  
Leandrum admiratione suspendat.

Neque hoc novum in Rmo. Authore, iam enim satis pro-  
batum experientia tenet in suo evulgato, saepiusque prælo repetito,  
Conscientie Foro; nunquam satis laudato, in quo & tironibus quid-  
quid indigent, & sapientibus quidquid laudent, reperitur.

In uno, alteroque tractatu Carmelite Author, & verè Carmeli  
Filius, Filiusque Theresiae, vt soboles tantæ Matris, & tantæ Minervæ  
alumnus, decorem, zelum, virtutem, sapientiam, &c. quibus Car-  
melus, & suos ornat, & nutrit, alienos liberalissimè pascit.

Nunc iam, iura censoris iterum assumo; & vt muneri satisfaciam,  
E. Salu. fol. verbis Salviani ad Eucherium Episcopum vt: *Legit libros,*  
316. *quos transmissi styllo breves, doctrina uberes, lectione expe-  
ditos, instructione perfectos, mentitua, ac pietati pares.* Ergò  
publica luce dignum opus iudico, vt portè bonis moribus utilissimum;  
fideique nostræ consentaneum. Sic censeo, sic subscribo, salvo in  
omnibus, &c. in hac Sancti Caetani Matritensi Domo Clericorum  
Regularium, Die 5. Junii anno 1714.

D. Franciscus Antonius Escandon  
Cleric. Regular.

## LICENCIA DEL ORDINARIO.

Nos el Licenciado D. Isidro de Porras y Montufar , Protonotario Apostolico , Juez in Curia del Tribunal de la Nunciatura de España , y Teniente de Vicario desta Villa de Madrid, y su Partido , Sede vacante , & c. Por la presente, y por lo que à Nos toca , damos licencia para que se pueda imprimir , è imprimia el libro , intitulado, *Compilatio Moralis* , &c compuesto por el Rmo. P.Fr. Valentín de la Madre de Dios, Lector de Theología Moral , Mística , y de Escritura , de la Religion de Carmelitas Descalços de la Primitiva Observancia ; atento , que de nuestra orden , y comission se ha visto , y reconocido , y no contiene cosa contra nuestra Santa Fè Catholica , y buenas costumbres. Fecha en Madrid à 8. de Junio de mil setecientos y catorce.

Lic. D. Isidro de Porras  
y Montufar.

Por su mandado.

Joseph Fernandez.

CENSURA R. P. M. FR. FRANCISCI BLANCO,  
Ordinis Prædicatorum , Theologi , & Concionatoris Regis,  
Qualificatoris que Suprema , & Sancta  
Inquisitionis.

Ex commissione , & mandato Supremi Castellæ Senatus Compilationem Moralem à Rmo. P. M. Fratre Valentino à Matre Dei ex illustri Carmelitarum Excalceatorum Familia , Theologiae Moralis , & Misticæ , ac Scripturæ Sacrae Lectore compositam , ac subtiliter elaboratam , gaudens suscepit , sciens nihil in ea corrigendum , sed potius laude dignissimum inveniendum esse , vt ex Authoris nomine , & sua doctissima Familia perspicuum erat , & mihi in eius lectione manifestum. Complectitur enim in se quidquid ad plenam , & faciliorem intelligentiam doctrinæ , de qua agit , desiderari poterat , perspicua veritate , & solida eruditione , explicatum. Et licet hoc idem argumentum ab aliis doctissimis viris satis eruditè pertractatum fuerit , adhuc tamen in hac compilatione addendum aliquid reliquerunt , vt manifestum est in tot dubiis in ea amplius enodatis: *Vt enim, inquit Senec. in Epistol. 33. patet omnibus veritas nondum est occupata, multum ex illa futuri relictum est.* Quæ igitur alii , et si doctissimi , in sua explicatione propositionum addenda reliquerunt ; Author compilationis adit , dubitat , & resolvit ; & antè oculos habens quidquid de hac materia scriptum est ; ex omnibus meliora secernens , suam compilationem ex diversis Theologiae Moralis floribus , omnibus similem , & ab omnibus distinctam offert. Cum ergò in hoc opere nullum verbum fidei Catholicæ , Ecclesiasticis Decretis , aut bonis moribus , contrarium inveniatur , dignissimus planè publica luce iudico , vt omnibus prospicit , quod ad omnium est scriptum utilitatem. Salvo , &c. In hoc Conventu Sancti Thomæ Matritensis , die prima Maii , anno 1714.

Fr. Franciscus Blanco.

## LICENCIA DEL CONSEJO.

DON Santiago Agustín Riol, del Consejo de su Magestad, su Secretario, y Oficial Mayor de la Secretaría mas antigua d'el; Certifico, que por el Consejo se ha concedido licencia al Procurador General de la Religion de Carmelitas Descalços, para que por vna vez pueda imprimir, y vender vn libro, compuesto por el P. Fr. Valentín de la Madre de Dios, Religioso de dicha Orden, y Lector de Sagrada Escritura en su Colegio de S. Cirilo de Alcalà, intitulado: *Compilatio Moralis dictorum à pluribus viris doctis ad propositiones damnatas per Summos Ecclesiae Pontifices, Alexand. VII. Innocent. XI. & Alexand. VIII. quibus accedit explanatio Decreti Innocent. XII. damnantis propositionem extendentem virtute Bullae Cruciate approbationem Confessoris*; Con que la dicha impression se haga por el original, que vía rubricado, y firmado de mi firma: y que antes que se venda, se trayga al Consejo el libro impreso, juntamente con el original, y certificacion del Corrector de estarlo conforme á él, para que se tasse el precio á que se ha de vender, guardando en la impresion lo dispuesto por las leyes, y Pragmaticas destos Reynos. Y para que conste, doy la presente en Madrid, á diez y nueve de Mayo de mil setecientos y catorce.

Santiago Agustín Riol.

## FEE DE B R R A T A S.

Ag. 2. c. 1. lin. 10. singularia, leg. singulari; ibi. col. 2. lin. 11. quartum, leg. quartò; pag. 9. c. 2. l. 30. inquirendo, leg. inquirendum; & lin. 33. Inquisitionem. leg. Inquisitione; pag. 13. c. 2. l. 9. Missa, leg. Missæ.

Hic liber inscriptus, *Compilatio Moralis dictorum à pluribus viris doctis ad propositiones damnatas per Summos Ecclesiae Pontifices, Alexandrum VII. Innocent. XI. & Alexandr. VIII. demptis his mendis, suo exemplari fideli, responder. Dat. Matrit. die 14. mensis Maii, anno 1715.*

Lic. D. Juan Antonio de Albala Iñigo

## T A S S A.

DON Santiago Agustín Riol, del Consejo de su Magestad, su Secretario, y Oficial Mayor de la Secretaría mas antigua d'el; Certifico, que aviendo visto por los señores del Consejo vn libro en quarto, intitulado: *Compilatio Moralis dictorum à viris doctis ad propositiones damnatas*, escrito por el P. Fr. Valentín de la Madre de Dios, Religioso Carmelita Descalço, que con licencia del Consejo ha sido impreso, tassò á seis maravedis cada pliego; y dicho libro parece tiene quarenta, sin principios, ni tablas, que a este respeto monta docientos y quarenta maravedis, á cuyo precio, y no mas, mandó se venda; y que esta Certificacion se ponga al principio de cada libro, para que se sepa el precio á que se ha de vender; y para que conste, doy la presente en Madrid, á veinte y siete de Mayo de mil setecientos y quince.

Santiago Agustín Riol.

## AD LECTOREM.

Pro commodiori studio, & faciliori Lectorum intelligentia; de illis opinionibus, quæ inoffenso pede ad practicam reduci possunt, servata Summorum Pontificum sanctissima damnatione propositionum, sèpius iam à viris doctis explicatum, ad mentem mihi venit compendium eorum, quæ super ipsis ab illis dicta fuerunt, confidere. Et sic, Deo dante, pluribus iam ab hinc diebus perfeci; nescio an dicam, infici, seu infectus sum. Ideòque hoc illarum compendium appello, seu pro illius fronte pono: *Compilatio Moralis dictorum à pluribus viris doctis ad propositiones damnatas*. Vt unico hoc libello habeant studiosi præmibus quidquid, & in plurimum ab omnibus dictum, vt gaudemus possidere.

Ne ergò ex hoc intelligas Ly dicta sic materialiter, & strictè, vt quidquid indirectè (vt ita dicam) & accessoriè, seu quæ diffusè ab illis dicta sunt, hic coacervanda forent, pluresque digresiones, quæ interserunt; hoc namque molestum potius, quam iucundum, utile, & ad studium inducendum, & invitandum esset. Solum ergò accipias Ly *Compilatio dictorum* pro his, quæ propriè ad explicationem propositionum damnatarum pertinent, nimurum, referre opiniones illas, quas viri docti, doctissimè iudicantes, seu Theologizantes, sentiunt ratione solida, ut potè bene, rectè, securèque fundati, his damnationibus non comprehendit; aliasque, et si paucas meo parvo captu adinventas. Nec insuper sumendum hic iudices Ly *dictorum*, pro dictis, vt sonat, Grammaticaliter sumptis, id est, eadem metu Authorum verba apponenda esse, illa illorum methodo, forma, & ordine. Hoc enim etiam satis perlongum, extensemque evasisset, extra meum attentatum finem; sed sumas, quasso, *dictorum*, pro sententiis dictorum, hoc est, ea, quæ ab Authoribus dicta inveniuntur, omnia in substantia, & in sensu congetta hic, & succinto reperies calamo. Aliquando tamen, & aliquoties, eadem, & per eadem verba, quia compendiosa, allata videbis. Nec etiam necesse est, nec gratiosum, aggregare in compendio, sive Authores plurimos, sive plurima compilare eorum fundamenta, quibus damnatas propositiones sustentabant; aut multas, quæ illarum dissonantiam,

pet-

perniciemque probant rationes, hic apponere: vt aliqui expōnentes doctissimè, pro suo fuso stylo adducunt. Satis ergò est nobis, scire damnatās esse; & posita pro vera sententia ratione magis aridente, genuina magis brevi tractū percurrere illas, referendo, & declarando eas opiniones, quæ à damnatione non inficiuntur, sive vt rectius dicam, non comprehenduntur; & quas ad praxim reducere possumus ex illis: proponendo etiam in præcipuis, difficilioribusque damnatis specialem, clarumque iuxta pusillum meum ingenium, ne dicam genium, modum, ad earum damnationis faciliorem captum, vt ea, quæ fugere in illis, eaque, quæ apprehendere possimus, intelligentur. Benè tamen est verum, quod aliqua, quæ magis curiositatem redolent, & non utilitate omnī carentia, quæ ab aliquibus inventa sunt, non inficio hic intexere.

Aliquando ad Authorem, cuius doctrinam afferro, Lectorem remitto, vt illum videoas; sed id non tam est, quia quid novum ibi tangat, sed quia id fusiū tractat, vel quia de eo aliud, aut alia fundamenta ponit. Authores præcipui, præcipueque ex professo dictas damnationes exponentes, & quorum doctrinam congeriatam profero, sunt, Magist. Lumbier, Filgueira, Torrecilla, Magist. Hozes, Corella, & ex aliis, alia selecta infero. Et aliqua (vt dixi) de meo pusillo engeniolo excogitata illis aggrego.

Aliud etiam opusculum, quod valde plurimi desiderabant, nimirum, explicatio Decreti Innocentii XII. damnantis opinionem affirmantem, posse approbatum ab uno tantum Ordinario excipere per Cruciatæ Bullam confessiones fidelium in alia, vbi non est approbatus, Dioecesi; invenies in ultimo huius libelli loco, ea brevitate, sufficienti tamen declaratione, qua potui, elaboratum;  
VALE.

DIRECCIÓN GENERAL DE

AD-

## ADVERTENTIÆ COMMVNES ad omnes propositiones.

**A**dvero 1. quod Pontifex Summus ex Cathedra docens, in definiendo res ad fidem pertinentes, & in declarando ea, quæ ad Ecclesiæ mores, & universalem gubernationem spectant, errare non potest, vt docent Diana, 2. part. tractat. 2. de infallibilitat. Decret. qui est in fine partis, resol. 9. 10. & 13. & N. Salmant. tom. 7. tractat. 13. disp. 4. dub. 1. à numer. 5. & intelligitur, vt plurimi asserunt, adhac extra Concilium, sic loquens. Quod de fide esse, iudicat Diana, resol. 13. An autem, vt Author particularis, errare possit, etiam in rebus fidei, sub lite est. Negat Suarez de fide, disput. 10. sect. 6. num. 12. affirmant Salmant. à num. 7.

2 Advero 2. quod semel damnatæ, & censuratæ à Papa ex Cathedra loquente, propositiones, tanquam scandalosæ, erroneæ, aut hereticæ, &c. manent ita firmiter in sua damnatione vt tales declaratae, quod nullus Pontifex possit, si ad mores pertinent, licet reddere illarum practicam; & ista est, quæ præcipue in propositionibus Alexand. VII. & Innocent. X I. damnatur. Ratio est: quia illas damnare, est declarare, aut veritatem speculativam circè fidem, aut veritatem practicam ad mores, id est, declarat, aut falsitatem earum speculativam, aut damnum ad practicam, ita communiter in quo, vt dictum est, errare non potest Summus Pontifex.

3 Advero 3. quod in Decretis, quibus damnantur omnes in hoc libello ponendæ propositiones à tribus relatis iam Pontificibus, ponitur excommunicatio ipso facto incurrienda ab his, qui cuiuscumque sint dignitatis, aut conditionis illas, vel illarum aliquam coniunctim, vel divisim defendenter, vel ediderit, vel de eis disputative, publicè, aut privatim tractaverit, vel prædicaverit, nisi forsitan impugnando. A qua excommunicatione non possit (praterquam in articulo mortis)

tis) ab alio quacumque etiam dignitate fulgente, absolvit, nisi à Romano Pontifice pro tempore existente.

4. Adverto 4. præter excommunicationem imponunt prædicta Decreta præceptum in virtute Sanctæ obedientiæ, & sub interminatione Divini iudicij omnibus Christifidelibus, cuiuscumque dignitatis, conditionis, aut status sint, ne dictas propositiones, aut illarum aliquam ad præsum ducant. Nota tamen, quod ex eo præcise quod practicentur, non incurrit excommunicatio.

5. Adverto 5. quod prædicta Decreta secundum id, quod habent damnationis, non indigent ad eius validitatem, & observantiam, quod hoc, vel illo modo promulgantur, nam quomodocumque venerint certò in fidelium notitiam, ad ita sentiendum, & practicandum, ut in ipsis declaratur, obligant. Et eo quod in ea consideratione non habent rationem legis, aut præcepti, sed declarationis veritatis sentientæ, & falsitatis fugiendæ. Et quomodocumque veritas cognoscatur, ei assentiendum est. At vero ex qua parte talia Decreta excommunicationem, & præceptum continent, rationem legis habent. Et sub opinione vagatur, etiam in legibus Pontificiis, an debeat lex, ut obliget, in omnibus Regnis, & Provinciis publicari; & affirmat Sotus, libr. 1. de iustit. quæst. 1. articul. 4. §. At vero, & Navarrus in Summ. cap. 23. num. 44. & alii. Probabilis tamen opinio negat, ut videri est in Cursu Morali, tom. 3. tractat. 11. cap. 1. punct. 6. §. 1. Decretum Innocent. XI. certum est in Hispania publicatum esse. Decretum Alexand. VII. non constat in ea esse publicatum. De hoc vide citatum Cursum, tom. 4. tractat. 18. cap. 4. punct. 1. num. 7. De publicatione Decreti Alexand. VIII. in Hispania scio nihil.

6. Adverto 6. quid intelligi debeat per hoc, quod est, Practicare has propositiones? Et dicendum, quod non est practicare illas, operari illud illicitum, quod illæ male docent. Vnde si restrictione purè mentali ytor, quæ quidem damnata est, & iudico, contra veritatem peccare, non reduco ad præsum illam damnatam propositionem, sed potius

(212)  
cum

cum damnatione me conformo. Practicari autem est, vt restrictione purè mentali fistendo in tenaci iudicio de probabilitate opinionis illam concedentis post notitiam damnationis. Vnde, qui taliter restringeret, peccaret; tūm contra veritatem, quia etsi per ignorantiam, culpabilem tamen, restringeret: tūm contra præceptum, quia damnatam propositionem practicavit, non duplici peccato ex hac parte: quia motivum præcepti est idem, ac virtutis per damnationem defensatæ. Vide sequentem numerum.

7. Notandum verò, quod si falsitas declarata in damnatione sit in materia levi, leve erit facere quod damnata propositione malè docebat. Practicari autem dictam propositionem erit grave, v. g. in damnatione propositionis octavæ per Innocent. XI. quæ affirmabat: Quod comedere, & bibere usque ad satietatem, non erat peccatum, dummodò saluti non noceret. Solum declaratur, quod est veniale; vnde comedere, & bibere usque ad satietatem cum advertentia malitiæ, & damnationis ab Innocentio, solum erit veniale. Practicari autem hanc damnatam propositionem modo dicto numero præcedenti, mortale; tūm contra præceptum ex motivo, quod observetur abstinentia, seu prudens moderatio in edendo: tūm, quia erit error in fide: nam voluntariè per illam damnatam practicam opponitur potestati declarativæ Summi Pastoris; ita Torreilla in præmio, diffic. 5. num. 6. cum Lumbierio.

8. Adverto 7. quod cum quid odiosum sit harum damnatio propositionum, strictè interpretanda est, maximè in opinioribus, cuius practica præcipue damnatur; & huiusmodi sunt communiter propositiones damnatae ab Innocentio XI. & Alexand. VII. vnde solum iudicantur damnatae prout iacent; taliter, ut non intelligatur datum, quod non includitur in stricta, & naturali verborum, seu terminorum significatione; dummodò non sit motivum intrinsecum, & individuale damnationis, ut in propositione 40. damnata ab Alexandre VII.

9. Dixi, individuale, quia in odiosis non valet argumentum ab uno ad aliud, ex eo quod eadem militat ratio: nam quamvis eadem detur, non propterea, quia hoc damnatur, aliud damnatum

tum

tum manet , nisi in specie condemnatum sit. Pro quo vide Cursum  
Moral. tom. 3. tract. 11. cap. 4. punc. 3. §. 3. à num. 39.

10 Adverto 8. quod respectu propositionum damnatarum ab  
Innocent. XI. datur etiam Sanctæ Inquisitionis præceptum , ne ad  
proxim quis eas deducat ; si autem illud fregerit, non multiplicabit  
peccata propter dictum. 6.

11 Adverto 9. quod qui huic Decreto Innocent. XI. scives  
rit contraveniri, sive docendo, sive dictas propositiones prædican-  
do , obligatus manet , personam contravenientem delatare Sancto  
Tribunali , quod poenam in hoc delinquenti suo zelo applicare  
vult ; & qui aliter fecerit , excommunicationem contra se habet;  
non tamen ipso facto incurriendam , eo quod Decretum ait , quod  
trina Canonica monitio præmittatur. Nota , quod non datur  
propositionibus ab Alexandre VII. & VIII. damnatis Decretum  
Sanctæ Inquisitionis.

S A N C T I S S I M O  
GENITRICIS DEI SPONSO,  
OMNIUM NEGOTIORUM  
OPITVLATORI FELICI,  
IMPLICATARUM RERUM  
ADVOCATO POTENTI,  
CARMELI EXCALCEATI  
PATRONO DILECTISSIMO.



Værenti miki (Præcelse Patriarcha) tutum pro  
meo libello patrocinium , in meam suaptè  
gratia (& quidem cumulatiū plusquam vo-  
ta capesserent) descendisti mentem, & nun-  
quid : Sapientiorem , & consimilem ruit <sup>Genes.</sup>  
invenire potero? Neutiquam, inter crea-  
ta enim, tam colluentia in vertice, quam ha-  
bitantia machinam subducti ponderis (vna excepta Deipara , ac  
Sponsa tua ) nec similem anteā viuis es, nec habere sequentem;  
quando quidem Scalæ illius Iacobæ , quæ Cœlos usque sumitate  
tangebat, supremus gradus existis , qui immediatiū Cœli ianuæ  
(nempè Mariæ ) dignitate cohæres maritali. Quærenti mihi, in-  
quam, num recte? Rectius utique farer ; mihi non quærenti occur-  
risti : sicut filius tuus legalis : Intentus sum (de se inquit) à non qua-  
rentibus me ; palam apparui bis , qui me non interregabant. Suam in  
hoc promptissimam , benignissimamque ostendens beneficentiam.  
Tu similiter , qui putativo filio, per quem facta sunt omnia, similli-  
mus factus es homo , non tam corporis dotibus , vt plures testan-  
tur , quam animæ gratiis , & privilegiis , non te quærentibus be-  
nig-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA  
DIRECCIÓN GENERAL DE

COM.



**COMPILEATIO MORALIS  
DICTORVM A VIRIS DOCTIS  
AD PROPOSITIONES DAMNATAS  
AB ALEXANDRO VII.**

PRIMA PROPOSITIO.

**HOMO NULLO MODO UNQUAM**  
vitæ sue tempore tenetur elicere  
actum fidei, spei, & charitatis ex vi  
præceptorum divinorum ad eas  
virtutes pertinentium.

Damnata.

EXPLANATIO.

**I**psem Deus, ut Deus, est obie-  
ctum Virtutum  
Theologalium;  
& ideo per actus  
harum virtutum præcipue honoratur  
Deus ab homine; vt ait D. August.  
*Si queritur quo honoratur Deus?*  
*Respondeatur, fide, spe, & charitate.*  
Apud Vellal. & ideo pertinent ad  
primum Decalogi præceptum. Nam,  
qui in Deum credit, Deum esse sum-  
mæ authoritatis, & infallibilitatis  
cognoscit, & protestatur: sperando  
in eum Liberalissimum, & Omnipo-  
tentem, condonatorem peccato-  
rum, remuneratoremque esse pro-

fitetur; & amando illum, super omnia æstimat.

2 Sentiendum est, quod ex vi  
præceptorum Divinorum ad virtutes  
Theologales pertinentium, da-  
tur obligatio ad eliciendos aliquas  
vitæ tempore actus fidei, spei, &  
charitatis: quia ita declarat Alexan-  
der VII. dum contrarium damnat.

Constat autem hæc obligatio ex  
Sacra Scriptura: Nam dicitur primo  
de fide, in Ioann. 1. cap. 3. *Hoc est*  
*mandatum eius.* Et Marc. vltim. qui  
non crediderit, *condemnabitur.* De spe,  
ait Psalm. 4. *Sperate in Domino.* Et  
Paul. ad Roman. 8. *Spe salvi facti*  
*sumus.* De charitate, Matth. 22.  
*Diliges Dominum Deum tuum ex to-*  
*to corde tuo, & ex tota anima tua,*  
*& in tota mente tua:* *Hoc est maxi-*  
*mum, & primum mandatum.* Et cum  
ad nostram iustificationem, ad quam  
procurandam ex meritis Christi obli-  
gamur, requirantur harum virtutum  
actus, vt ait Trident. sess. 6. cap. 6.  
Tenemur etiam ad proximæ eas redu-  
cendas. Ita adducit hic Filgueir.

nignissimus ades, ac indigentibus auxilium tuum, ita sedulò præ-  
stas, vt abundantes vigeant, potius quam indigeant. Et velut Sol  
(vt ab Augustino appellaris) nemò est, qui tui benignissimam  
subterfugiat caloris influentiam. Luculenter, ergò, non minus  
veritate, quam pietate fretus, adstruit Angelicus Doctor, quod  
aliquibus Sanctis datum est in aliquibus necessitatibus oppitulari, ut  
Sancto Antonio ad ignem, at Sanctissimo Ioseph in omnine negotio, & ne-  
cessitate. Cui subscripsit Seraphica Doctrrix, & Mater Virgo The-  
resia (vti Thomisticæ consueta phras) idem, & per eadem ferè  
verba confirmans.

Sit ergò, fidelis Advocate, huic exiguo operi tua munificentia  
emolumento, vt dum parva clypeas amplius, & amplius agnos-  
caris piissimus, ac veneris à cunctis, vt tua addictissima semper  
concupivit Theresia, & exiguitas operis tanto evecta Patrono des-  
piciatur à nemine. O vtile hoc opusculum extet! Pro gloria Dei,  
pro gloria Virginis, ac pro gloria tui huius fidelissime custos.  
Hincque, o me felicem! Qui curatorem Thesaurorum Dei, ho-  
rum, quæ de mea Thecula, mea pauperie protuli, tutellarem auf-  
culto. Ergò præsta benignus, vt per exitum prosperum, bene-  
ficiorum omnium effecti memores, te Patronum dulcissimum, af-  
fectuosus venerantes, laudum, indefeso animo contribua-  
mus telos.

Tuos inter clientes minimus,  
& obsequientissimus filius.

Fr. Valentinus à Matre Dei.

DIRECCION GENERAL DE



**COMPILEATIO MORALIS  
DICTORVM A VIRIS DOCTIS  
AD PROPOSITIONES DAMNATAS  
AB ALEXANDRO VII.**

PRIMA PROPOSITIO.

**HOMO NULLO MODO UNQUAM**  
vitæ sue tempore tenetur elicere  
actum fidei, spei, & charitatis ex vi  
præceptorum divinorum ad eas  
virtutes pertinentium.

Damnata.

EXPLANATIO.

**I**psem Deus, ut Deus, est obie-  
ctum Virtutum Theologalium;  
& ideo per actus  
harum virtutum præcipue honoratur  
Deus ab homine; vt ait D. August.  
*Si queritur quo honoratur Deus?*  
*Respondeatur, fide, spe, & charitate.*  
Apud Vellal. & ideo pertinent ad  
primum Decalogi præceptum. Nam,  
qui in Deum credit, Deum esse sum-  
mæ authoritatis, & infallibilitatis  
cognoscit, & protestatur: sperando  
in eum Liberalissimum, & Omnipo-  
tentem, condonatorem peccato-  
rum, remuneratoremque esse pro-

fitetur; & amando illum, super omnia æstimat.

2 Sentiendum est, quod ex vi  
præceptorum Divinorum ad virtutes  
Theologales pertinentium, da-  
tur obligatio ad eliciendos aliquas  
vitæ tempore actus fidei, spei, &  
charitatis: quia ita declarat Alexan-  
der VII. dum contrarium damnat.

Constat autem hæc obligatio ex  
Sacra Scriptura: Nam dicitur primo  
de fide, in Ioann. 1. cap. 3. *Hoc est*  
*mandatum eius.* Et Marc. vltim. qui  
non crediderit, *condemnabitur.* De spe,  
ait Psalm. 4. *Sperate in Domino.* Et  
Paul. ad Roman. 8. *Spe salvi facti*  
*sumus.* De charitate, Matth. 22.  
*Diliges Dominum Deum tuum ex to-*  
*to corde tuo, & ex tota anima tua,*  
*& in tota mente tua:* *Hoc est maxi-*  
*mum, & primum mandatum.* Et cum  
ad nostram iustificationem, ad quam  
procurandam ex meritis Christi obli-  
gamur, requirantur harum virtutum  
actus, vt ait Trident. sess. 6. cap. 6.  
Tenemur etiam ad proximæ eas redu-  
cendas. Ita adducit hic Filgueir.

nignissimus ades, ac indigentibus auxilium tuum, ita sedulò præ-  
stas, vt abundantes vigeant, potius quam indigeant. Et velut Sol  
(vt ab Augustino appellaris) nemò est, qui tui benignissimam  
subterfugiat caloris influentiam. Luculenter, ergò, non minus  
veritate, quam pietate fretus, adstruit Angelicus Doctor, quod  
aliquibus Sanctis datum est in aliquibus necessitatibus oppitulari, ut  
Sancto Antonio ad ignem, at Sanctissimo Ioseph in omnine negotio, & ne-  
cessitate. Cui subscripsit Seraphica Doctrrix, & Mater Virgo The-  
resia (vti Thomisticæ consueta phras) idem, & per eadem ferè  
verba confirmans.

Sit ergò, fidelis Advocate, huic exiguo operi tua munificentia  
emolumento, vt dum parva clypeas amplius, & amplius agnos-  
caris piissimus, ac veneris à cunctis, vt tua addictissima semper  
concupivit Theresia, & exiguitas operis tanto evecta Patrono des-  
piciatur à nemine. O vtile hoc opusculum extet! Pro gloria Dei,  
pro gloria Virginis, ac pro gloria tui huius fidelissime custos.  
Hincque, o me felicem! Qui curatorem Thesaurorum Dei, ho-  
rum, quæ de mea Thecula, mea pauperie protuli, tutellarem auf-  
culto. Ergò præsta benignus, vt per exitum prosperum, bene-  
ficiorum omnium effecti memores, te Patronum dulcissimum, af-  
fectuosus venerantes, laudum, indefeso animo contribua-  
mus telos.

Tuos inter clientes minimus,  
& obsequientissimus filius.

Fr. Valentinus à Matre Dei.

DIRECCION GENERAL DE

2 Propositiones damnatae ab Alexand. VII.

3 Notare debes: Quod damnatio huius propositionis non determinat tempus, in quo exercenda sunt, sed tantum declarat, quod aliquo tempore. Et in eo designando variant Authores. P. Corella hic afferit: Semel in anno ad earum eliciendum, de qualibet aliquem actum. Quod mihi bene visum est. Attamen ad eos in singularia descendendo solum de spe in praesenti tractabo. Nam, quid de fide sentiam, dicam ad propositiones 16. & 17. Damnatas ab Innocentio XI. & quid de charitate ad propositiones 5. ab eodem Pontifice.

4 Circum spem vero dantur plura DD. placita; & licet aliquod latissimum designetur tempus, non est hic damnatum; quia pro aliquo tempore obligatio designatur.

Obligat ergo spes; tum per se, tum per accidens. Obligat per se (de quo est propositio, & damnatio) primo iuxta Petrum de Ledesma, tom. 2. tract. 2. cap. 4. concl. 6. semel in anno. 2. iuxta Hurtado de Mendoza, 2. 2. disp. 118. sect. 2. §. 19. quando adultus recipit aliquod Sacramentum, cum cognitione Dei, & vita eternae; & in mortis articulo. 3. iuxta Bañez, 2. 2. quæst. 22. artic. 1. dub. 2. concl. 1. & Ledesm. citatum. Cum pervenit homo ad usum rationis, nisi ex ignorantia, aut insufficienti instructione excusat: Quia tunc se ad Deum convertere debet. Et licet per charitatem, & amorem hoc facere tenetur: diversimode tamen ab utroque eliciendus est actus: Nam a charitate amore amicitiae: ab spe

amore rectissimæ concupiscentiæ, id est, ad Deum, ut remuneratorem. Vtrumque motivum, supposita fide, adducit D. Paulus ad Hebreos 11. Accedentem ad Deum oportet credere, quia est. Ecce fides, & ecce in illo: quia est, motivum charitatis: nam, quia est infinitè bonus est; & quia ipsummet esse, est infinitè communicabilis, & finis ultimus est. Addit Paul. Et inquirentibus se remunerator est. Ecce motivum spei.

5 Quartum, iuxta Villalob. tom. 2. tract. 2. def. 1. num. 3. Quando gravis urget desperationis tentatio. Quinto, iuxta Suar. disp. 2. de spe, sect. 1. num. 3. Et si supponat, quod aliquo tempore obligamur ad actum spei, determinandum esse, ait, arbitrio prudentis, licet per longum tempus differendum non sit. Hæc opinio nimis indifferentem ponit executionem huius præcepti; nisi benignè sit explicanda iuxta antecedentes, vel illarum aliquam: nam prudens securiorum eligere debet viam, tempore conversionis ad Deum, vel cum Sacramentum recipit, vel cum desperationis urget tentatio, vel in articulo mortis.

6 Per accidens obligat spes, 1. iuxta Corell. hic, tempore tentationis desperandi, quæ aliis mediis superari posset.

2. Iuxta idem in articulo mortis ad superandas insidias inimicorum.

3. Cum aliquod recipitur Sacramentum, præcipue poenitentia, quia non ratione sui, sed ratione Sacramenti obligat: & non ad explicitam, sed implicitam; quæ tunc in vera, & legitima huius Sacramenti receptio.

ne

Propositio Prima.

3

Repræsumitur in poenitente ad esse, ut ego assero in foro consc. tract. 2. cap. 2. num. 166.

4. Quando pro sua iustificazione, gratiæ perseverantia, & gloriæ consecutione, preces ad Deum quis fundit.

5. Quando tenetur ad Dei amorem eliciendum: quia diligendo Deum, etiam in eum sperat.

6. Dum actus elicet fidei: quia fides iuxta Paulum est: Substantia sperandarum rerum.

Et notandum est, non peccati contra fidem, vel spem, omitendo earum actus, nisi quando perse obligat.

7. Unde infero, quod ex supra iactis opinionibus, quas quidem adducit P. Filgueiras hic, solum obligat per se actus spei Theologalis: 1. aveniente usu rationis, advertentia, & sufficienti instructio, 2. semel in anno.

8. Advertant Confessarij, ne sint cum poenitentibus scrupulosi in inquirendo, an hoc præceptum adimpleverint; quia raro in illo deficitur fideles, cum tot excitamenta habeant, ut actus fidei, spei, & charitatis eliciant, iam adorando Eucharistiam, iam se confitendo, iam recitando fidei Simbolum. Et sufficit, quod à poenitentibus exquirant, an se accusent, si contra Theologicas virtutes deliquerint. Iterum hoc advertam in ultimo explicationis propositiū 16. & 17. ab Innocentio Undecimo damnatarum, quia utile Confessoribus.

SECUNDA PROPOSITIO.

VIR AQUESTRIS AD DUELLO provocatus potest illud acceptare, ne timiditatis notam apud alios incurrat. Damnata.

E X P L A N A T I O.

9. Sentiendum est, non esse titulum sufficientem, ut licet vir æquestris acceptet duellum provocatus ad illud, quod apud alios notam timeditatis incurret. Quia ita declarat Alexand. VII. contrarium damnando.

Ratio est: nam exponere se voluntariè periculo evidenti gravissimi damni in vita, ut est pugnare armis periculosis, intrinsecè malum est, & solum honestabile ex iure defendendi propriam, vel proximi vitam, famam, aut rem familiarem: ergo non sufficit prædictus titulus, qui satis utilis, & apparentis est, ad acceptandum duellum.

Tum etiam, quia damnata propositio pernicioса erat in praxi; ut potè pluribus homicidijs viam sternens.

10. Adverte 1. quod duellum est: Pugna singularis ab utraque parte ex condicto suscepta, cum pericolo occisionis, aut gravis vulneris. Unde si non est, vel ex condicto, signata hora, & loco, & cum periculo gravis vulneris, non erit duellum.

11. Adverte 2. quod contra duel-

A 2

#### 4 Propositiones damnatae ab Alexand. VII.

duellantes datur Papalis excommunicatione ex Gregor. XIII. & Clement. VIII. ita tamen, quod acceptans duellum ex intentione illud exercendi, statim incurrit in eam. Ex Clement. Difidans autem non incurrit, usque dum ipse ad signatum locum veniar, & alter accederat, ex Gregor.

12 Provocantes autem, Patroni, committantes incurrit in illam, etiam si duellum non sequatur, nisi per ipsos stet, quod impediatur. Consilentes vero non incurrit, si eorum consilium non fuit efficax.

13 Morentes autem in duello Ecclesiastica supulta privantur. Vide hæc omnia in Bonacini. disp. 2. de cens. quæst. 6. punct. 1. num. 30. & in Cursu Moral. tom. 2. tract. 10. cap. 4. punct. 4. n. 42. & 44.

14 Adverte. Quod ab hac excommunicatione, si duellum fuerit publicum, aut deductum ad forum contentiosum, solus Papa absolvere potest; si occultum, possunt Episcopi, & Regulares toties, quoties. Per Bullam autem Cruciatam, si duellum sit publicum, semel in vita, potest absolviri, & semel in articulo mortis (& licet in hoc articulo, etiam quilibet Sacerdos absolvere possit, est tamen cum obligatione comparendi absolutus coram superiori, si à periculo exierit.) Si fuerit occultum, toties, quoties. Vide Filiicum, tract. 15. cap. 5. num. 706. & alios de hoc tractantes.

15 Non damnatur hic i. quan-

do certum periculum datur emitendi vitam, famam (non apparenter, vt in casu damnationis) aut rem familiarem, accentari potest duellum; quia tunc est iusta defensio. Sanchez lib. 2. Decal. cap. 39. num. 8. Diana 5. part. tract. 13. resol. 27. vnde.

16 Non damnatur 2. quod provocatus ad duellum admittere illud possit, si imminatus est à provocante, quod occidet eum; si non admittit. Intelligitur hoc, sic prudenter recellat executioni mandare; eo quod frequenter suas minas adimpler. Corell. num. 15. Torrecilla. num. 12.

17 Duellum fictum, hoc est, ea securitate, quod ad executionem non veniat, quamvis ad locum iam perveniat diffidens, & admitrens, non videtur hic damnari, siquidem Ministri Iustitiae parati erunt ad obstandum; secluso scandalo. Lumbier. num. 718. Torrecilla, num. 17. sed non admitto; quia semper est periculosem, & obnoxium peccatis, non tamen incurrit excommunicationem, ait Corella, num. 16.

18 Lumbier. num. 719. adducit Dub. quomodo Religio Sancti Iacobi repellit pro suis in interrogatorio informationum, illum, qui provocatus ad duellum, non acceptavit? Et talis Religio approbara est à Sede Apostolica? Respondeo cum Mendo in statera, quæst. 21. §. 4. num. 340. apud Lumbier. ibi: Quod non ideo talis Religio eos non recipit, si iuxta leges Christi, & Ecclesiæ duellum non

#### Propositio Secunda

non admittunt. Si autem ex circumstantijs diffidationis colligitur, non admississet duellum ex timideitate, seu animi pusillitate, non recipit eos; quia ea æquitum Religio exigit in eis valorem, & animi generositatem.

19 Si quis, vt se conservet in aliqua dignitate, aut honorifico officio, vel satis proficuo pro sustentatione vita, aliud non suspettit medium, nisi diffidationem admittere, duellum licet admittit; quia est iusta defensio. Lumbier. num. 717. Torrecilla. num. 15. Et licet admittere vitam sit maius malum, quam est bonum dignitas, seu Officium, et si vilissimum: at tamen semper licitum est defendere rem familiarem, seu media necessaria ad vitæ sustentationem, & præcipue cum præsumunt venire occidere, qui aggreditur. Et ad minus sic acceptans duellum, poenas contra illud acceptantes non incurrit, ait Lumbier.

20 2. Quod damnatus ad mortem potest acceptare duellum, cum quo iudex illum invitat, si à morte vult liberari, quia est defensio. Sanch. num. 4.

21 3. Non damnatur, quod duellum admitti poscit, à duobus, quatuor, aut sex militibus de duplice exercitu, vt in illo terminetur bellum; quia hæc est iusta causa, vt potè bonum commune: pro quo duellum acceptari potest. Diana, 3. part. tract. 6. resol. 1. & Sanchez 16. Torrecilla. hic, num. 13.

22 Pater Filgueir. Inquirit

#### 5

vtrum, si mulieres celebrarent duellum, poenas juris incurrent. Ad quod affirmativè respondit. Sed ego negandum puto: Tum, nam in materia poenali, non est extendendum vltra verborum proprietatem: Cum de solis viris loquatur Gregor. XIII. & Clemens VIII. Tum, quia si ita voluisse ius, facile id exprimere potuisse. Tum à paritate: nam in impedimento raptus, & eius poenis, non includitur mulier raptora viri: cum consilium non de muliere raptora, sed de viro mulieris raptore loquitur: Eo quod in viris, non in mulieribus. id est frequentè hoc periculum, vt ego cum Sanchez, & Dicastillo assero in foro conscient. tract. 4. cap. 9. num. 898. Idem dic, proportione servata, de præsenti duellistarum mulierum casu,

#### TERTIA PROPOSITIO.

**SENTENTIA ASSERENS.**  
Bullam Cœnæ Domini solum probibere absolutionem bæressis, & aliorum criminum, quando publica sunt, & id non derogare facultatem Tridentini, in qua de occultis criminibus sermo est, anno Domini 1629. 17. Iulij in Consistorio Sacr. Congreg. Eminent. Cardin. visa, & tolerata est. Damnata.

#### EXPLANATIO.

23 **D**icendum est, esse falsum, quod anno, & die citato, fuerit opinio relata in hac propositione.

A 3 visa,

visa, & tolerata à Sacra Congregatione Eminentissim. Cardin. S. R. E. & iuxta doctissimos viros, quibus assentiri potest, nihil amplius in hac damnatione declaratur; & etiam cum pluribus ita sentit noster Cursus doctissimus Moralis, tom. 4. tract. 18. cap. 4. punct. 2. §. 11. num. 130.

24 Vnde opinio afferens, quod à casibus occultis Bullæ Cœnæ Domini possunt Episcopi absolvere ex vigore Tridentin. sect. 24. cap. 6. de reformat. Quin ipsamet Bulla obstat, indemnis manet in sua probabilitate.

25 Et consequenter non manet damnata opinio, quæ affirmat, posse Mendicantes, & qui eorum privilegijs gaudent, absolvere à casibus Bullæ Cœnæ occultis (excepta hæresi) & hanc docet Cursus Moralis, tom. 4. tract. 18. cap. 4. punct. 2. §. 11. num. 128. Nam Mendicantes possunt absolvere à casibus per ius commune Episcopis reservatis: ergo si per istam damnationem non tollitur Dominis Episcopis hæc facultas, nec regularibus ista gratia. Sic Corell. hic, num. 23.

26 Idem dic. de Confessoribus ab Ordinario approbatis in ordine ad absolvendum per Bullam Cruciatæ de casibus occultis Bullæ Cœnæ: nam per illam possunt absolvere toties, quoties à casibus Episcopis reservatis: ergo si post istam damnationem manet illæsa opinio subsistens, posse Dominos Episcopos absolvere à casibus occultis Bullæ Cœnæ Domini, idem

dicendum est de Confessoribus ab Ordinario approbatis per facultatem Bullæ Cruciatæ. Corell. hic, n. 24. & ego in foro conscientiæ tract. 1. cap. 1. §. 3. num. 30.

27 Adverte, quod ab hæresi externa, et si occulta, nemo potest absolvere, præcipue in Hispania, nisi DD. Inquisidores, ob plura ipsorum privilegia. Et ipsi solum in foro externo, & quilibet eorum coram Notario auferre potest reservationem, qua sublata, quilibet Confessor ab ea absolvere valet.

28 Satis tamen probabile est, quod quilibet Dominus Inquisitor, etiam in foro conscientiæ iurisdictionem habet absolvendi ab ea, si occulta fuerit. Vnde et si Dominus Inquisitor non sit Sacerdos, potest facultatem delegare cuilibet Confessori, ut Sacramentaliter ab ea absolvat; & expediet aliquando, quod ita deleget. Ita Tolet. Rodrig. Enriq. & alij, quos sequitur, & refert Cursus Moral. tom. 2. tract. 10. cap. 4. punct. 4. num. 61. & 62. in articulo mortis quilibet Sacerdos. Et si solum sit hæresis interna, etiam extra mortis articulum, quilibet Confessor ab ea absolvere potest.



## QUARTA PROPOSITIO.

PRELATI REGULARES possunt in foro conscientiæ absolvere quoscumque Seculares ab hæresi occulta, & ab excommunicatione propter eam incursa. Damnata.

## EXPLANATIO.

29 **S**entiendum est, non posse Prælatos Regulares absolvere, etiam in foro conscientiæ seculares ab hæresi externa, etiam occulta, nec ab eius excommunicatione; quia ita declarat hic Alexander.

30 Et licet hic non damnetur, afferere, posse prædictos Prælatos absolvere suos subditos ab hæresi occulta, per accidens, dicendum tamen est, non posse ad minus in Hispania (vt dixi) num. 13. ex privilegio Innocentij X. & Alexand. VII. per Bullam expeditam Romæ die 23. Martij 1656. ita vt neque in Iubileis anni Sancti, vel alterius, et si amplissimi, intelligatur hæresis, nisi exprimatur. Lumbier. Toretilla.

31 Adverte 1. quod Bulla Cruciatæ nullum privilegium concedit circa hæresim.

32 2. Quod, qui habet hæresim, vel alium casum reservatum, & pro nunc oriatur scandalum, vel infamia, si non communicet, & alias additum ad superiorem non habet, poterit cum contritione, & absque confessione commun-

care, etiamsi copia detur Confessoris in non reservata facultatem habentis; dummodò non habeat alia mortalia non reservata. Ita Suarez, tom. 4. in 3. part. disp. 66. sect. 4. Quia si hæc habeat, debet confiteri reservata simul cum reservatis, & ab his directè absolvetur à Confessori inferiori; indirectè verò à reservatis; & hoc est securius, vel iuxta alios fateri non reservata debet, & tacere potest reservata, vt ait Palaus, tom. 1. tract. 4. disp. 4. punct. 3. §. 6. Semper verò cum obligatione facili postea superiori reservata. Vide hæc in Cursu Moral. tom. 1. tract. 6. cap. 8. punct. 5. num. 135. & cap. 13. punct. 6. num. 74.

33 Si autem se præsentavit superiori, & inter hæreses, quas confitetur, vel illi manifestavit, oblitus fuit alicuius, vel aliarum hæresum, manent istæ absque reservatione, ex regula communis aliorum casuum reservatorum, & idem affirmo, quamvis oblitus fuerit omnium, quas habebat hæresum, vel illius, qua solum gravatus fuit (vt affero in foro conscientiæ, tract. 1. cap. 1. §. 2. num. 21. cum Diana, Palao, & alijs, & hoc cum Lumbier: hic ita noto, etiam si in hæresi aliqualis videatur difficultas pullulare).

34 Non damnatur opinio afferens, quod ille, qui in scena gerit personam hæretici, vel qui amens, aut dormiens se fingens, profert hæreses, assentiendo interiori illis, possit à quilibet Confessario approbato ab Ordinario

absolvi; nam est probabile, non incurrere censuram contra hæreticos; quia talis prolatio non explicat esse hæreticum, et si revera hæreticus sit internus, ut dico in foro conscient. tract. 5. cap. 2. §. 9. punct. 1. num. 1070.

35 Et idem dicendum quotiescumque ex opinione probabili aliquis assensus, et si exterius prolatus, non est hæresis, ut dicitur de illo, qui assentit hæresi ex ignorantia, etiam vincibili, & etiam si affectata; ut affero in foro consci. loco citat. num. 1068.

36 Ille, qui dum sibi propinquatur Dubia in rebus fidei, manet suspensus (non ut tentationes vincat, quod prudenter agit) sed quia non se resolvit ex timiditate, & difficultate dubij: Etsi peccet contra fidem, non est hæreticus; quia hæresis est actus intellectus, cum sit error illius in rebus fidei: Et suspensio intellectus, quæ est dubium negativum, non est actus, sed suspensio ab acta. Sanchez, lib. 2. Summa, cap. 2. num. 12. Canon. lib. 12. de Locis Theologicis, cap. 9. Diana, 2. part. tract. 16. refol. 55.

37 3. Adverte, quod ex quacumque causa non incurrit excommunicatio ab hæretico externo, ut si ignorantiam invincibilem excommunicationis, vel illius reservationis habuit, vel actualem inadvertitiam, aut oblivionem illius, dum hæresim commisit; & idem dicendum, si excommunicationem iam incurrit, sed eius reservatio ablata est, etiam si extra con-

fessionem; in his ergo casibus non manet hæresis reservata; & sic à quolibet Confessario absolvi potest. Et hoc currit in quocumque casu reservato cum censura, quod ex quacumque causa non incurrit, censura, vel reservatio ab illa tollatur, non manet casus reservationis. Ita Sanchez, lib. 2. Summa, cap. 8. num. 5. cum commun.

38 4. Adverte, quod verbum, vel actio externa hæresim designans, debet esse significando non indifferens, sed determinatè per se hæresim significans; vnde, qui interius hæreti assentiens, exterius hæc proferret verba, ita est, conformando assensum hæreticum cum illis verbis, non ideò esset hæreticus externus, eti⁹ occultus, nec in poenas hæreticorum incurrit: quia non sufficienter, & complete declarat internam hæresim; vt docet Lugo, de fide, disp. 231. sect. 2. num. 18. Neque insuper hæreticus externus est, qui vulgo Entre dientes. Loquitur, si hæresis ab alio intelligi non potest. Nec, qui manifestat hæresim, vt a Docto consilium accipiat. Nec, qui inter peccata scribit hæresim, vt illam Sacramentaliter Confessori subiiciat. Nec qui somnians, aut ebrius hæresim pronuntiat, cui interius habitualiter assentitur. Sic afferit Bonac. & Thom. Sanch. quos citat Garcia, tom. 1. Polit. tract. 10. def. 5. dub. 6. punct. 3. apud Hozes hic, num. 10. & 11.

(?\*) S (?\*)

QVINTA

### QVINTA PROPOSITIO.

**QUAMVIS EVIDENTER TIBI**  
conset, Petrum esse hæreticum, non  
teneris denunciare, si probari  
non possit. Damnata.

### EXPLANATIO.

39 **S**entiendum est, quod si evidenter ribi constet, Petrum esse hæreticum, teneris illum denunciare, etiam si probare non possit; quia ita declarat Alexander, contrarium damnando.

40 Ratio est: nam delictum contra bonum commune denunciandum est, accidente præcipue Superioris præcepto, quamvis nec præcedat infamia, nec probari possit (probare namque ad accusatorem pertinet, non ad denunciatorem) Trull. lib. 7. cap. 10. dub.

32. num. 70. Sed hæresis est contra bonum commune Religionis: & alias datum præceptum Papæ, & DD. Inquisitorum ad hæreticos denunciandos: ergo si tibi constet evidenter quilibet esse hæreticum, denunciare debes, eti⁹ probare non possit.

41 Addo 1. debere denunciari omnia delicta, quæ sapient hæresim, quamvis, qui scit probare non possit, vt sunt omnia, quæ continentur in edicto DD. Inquisitorum; & huiusmodi sunt superstitiones adhuc non continent formalem hæresim; nam & militant contra bonum commune

Religionis, & non attinet ad denunciatorem probare. Vide Thomam Hurtad. tract. 4. cap. 7. resolut. 12. num. 124. & refol. 354. à num. 383. & tract. 5. num. 34 & 21.

42 Addo 2. quod denunciari debet hæreticus, quamvis non sit infamatus, & sive præcedat, si ve non, correctio fraterna, & etiam si emendatus credatur. Insuper denunciari debet complex delicti. Et idem intelligo de delictis sapientibus hæresim: & hoc, etiam si concedamus, non esse damnatum contrarium ab his assertis. Ratio horum est: nam si excusatio aliqua detur in reo, ad Sanctum Tribunal attinet examinare, quod zelo iungit pietatem. Sed ante denunciationem se reddat, in quantum possit, moraliter certus delator de obligatione delationis. Dixi Moraliter certus, idest, nullam excusationem inveniens, eti⁹ formido levis interveniat.

43 Audi Farinatum, tract: de hæresi, quaest. 185. ita ad propositum loquentem: *Cum simplexe denuntiatio sufficiat ad inquirendō, licet denuntiator probare non possit delictum; per illam tamen denunciationem, diligentia, & inquisitionem Dominorum Inquisitorum, & forsitan ex alijs revelationibus, & denunciationibus probabitur, & de remedio providebitur.*

44 Addo 3. quod illum, quem sub naturali secreto scis hæreticum esse, denunciare teneris: nam bonum maximum, publicum, & commune Christiano Populo pro-

## 10 Propositiones damnatae ab Alexand. VII.

provenit, reprimendo haereticos. Palao i. part. tract. 4. disput. 9. punct. 10. num. 5. Iudico tamen cum Corell. hic, num. 27. non esse in praesenti damnatam opinionem Bonacini. contrarium afferentis: Nam damnata propositio excusat, eo quod delicto non potest, qui scit, probare: haec autem, quia secretum naturale est; quod videtur diversum: sed hanc opinionem (ut dixi) eti si in alijs delictis ad Sanctum Inquisitionis Tribunal pertinentibus non damnem; in haeresi tamen non admitto.

45 Addo 4. quod obligatur denuntiare, qui ex auditu ab alijs novit haereticum, vel alios esse reos in delictis, quae DD. Inquisidores per edicta sua iubent publicare. Et licet Bonacini. ubi supra, §. 4. num. 1. affirmet, non teneri, si delictum novit de personis levibus, seu de infirma fide suspectis; imò etiam si à fide dignis audierit, non tamen recordatur à qua, vel à quibus: ego assero, quod in delicto heresis non est admittenda (quamvis hic non damnata, quia quod huiusmodi notitia acquiratur non evidenter scitur) nam ad sanctū Tribunal attinet notitias graduare, & fundamenta denuntiationis ponderare, ut prudenter secureque procedat. Diana, 4. part. tract. 5. resol. 28. Corell. hic, num. 38.

46 Nota 1. quod in Tribunalis Sancto admittitur ex consuetudine denuntiator, tanquam testis. Ita Palao, tom. 1. tract. 4. disp. 7. punct. 3. & alii.

47 Nota 2. quod in dicto

Tribunali admittuntur in testes in rebus fidei omnes in Iure inhabiles (exceptis inimicis capitalibus) vnde criminosi, excommunicati, infames, & socii in crimen, in cap. In fidei favorem de hereticis in 6. & Pater naturalis obligatur denuntiare filium haereticum, & contra ipsum testificare: & constat ex Deuteron. cap. 13. vers. 6. & cap. Qua propter, 2. quæst. 7. & ex Bullis Gregor. IX. Innocent. IV. & Nicol. III. Ita Lezana, tom. 4. conf. 2. & affert Torrecill. ad hanc prop. num. 10.

48 Non damnatur hic, quod si non constat, aliquem esse haereticum, eti si de eo dubitetur, imò etiam si probabilitè iudicetur haereticus, non erit obligatio in dubitante, aut opinante denuntiandi in vi huius damnationis; nam propositio aiebat: *Quamvis evidenter tibi confiteri*. Et non constat evidenter de eo, quod in dubio, aut opinione tenetur. Dico tamen obligari ad denuntiandum opinantem de haereticis, eti non ex hoc Alexand. decreto. Ita Corell. hic, n. 34. & 38.

49 Adverte, quod verbum, vel actio externa heresim designans, debet esse in significando non indifferens, sed determinate per se heresim significans. An autem, qui se finxit dormiens, vel qui in scena ageret personam haereticorum, heresim internam, determinatis verbis, eam significantibus, animo expressandi proferret, sit haereticus externus? Affirmat Lugo, tom. de fide Divin. disp. 23. sect. 2. à n. 35. alii negant (ut dixi) num. 34.

SEX-

## Propositio Sexta.

11

## SEXTA PROPOSITIO.

**C**ONFESSIONALI CONFESIONE TRIBUIT POENITENTI CHARTAM POSTEA LEGENDAM, IN QUA AD VENEREM INCITAT, NON CENSENTUR SOLICITASSE IN CONFESSIO: AC PROINDÈ NON EST DENUNTIANDUS.

Damnata.

## EXPLANATIO.

50 **S**entiendum est, quod debet denuntiari, tanquam solicitator in confessione Sacramentali, Confessor, qui tribuit poenitenti chartam postea legendam, in qua ad venerem provocat; quia ita declarat hic Alexand.

51 Ratio est: nam illa traditio est actio solicitandi directe.

52 Hæc denuntiatio, sicut & aliorum criminum, quæ publicantur in edicto DD. Inquisitorum facienda est intra sex dies sub pena excommunicationis majoris.

53 Addo, quod etiam denuntiandum est, si tribuat chartam, licet non in ipsam confessionem, tamen immediate ante, vel immediate post; quia si illa chartæ traditio est vera ad venerem solicitatio, erit solicitatio immediate ante, vel immediate post; & consequenter materia denuntiationis.

54 At vero, si post confessionem factam, pergit Confessor in domum poenitentis, & ibi, aut in itinere solicitat poenitentem, sive

verbis, sive tribuendo ei chartam amatoriam per se, vel per internum, non iudicatur solicitare contra edicta; quia non in confessione, nec immediate ante, aut immediate post confessionem, nec in Confessionario (ut supponitur) & consequenter, nec hic damnatur. Ita Torrecill, in præf. num. 3. & 4. & videbis in foro conc. tract. 2. cap. 80. §. 10. punct. 7. n. 338.

55 Et licet non sit damnatum hic in specie, quod sit idem dicendum de Confessore tribuente chartam in loco ad confessiones dicto: ego iudico denuntiandum esse propter eandem rationem, si cum advertentia, tum edicti, tum circumstantiae loci, Confessor illam tribuit. Corell. hic.

56 Non damnatur hic, asserere, non esse denuntiandum Confessarium, si in charta ad alia peccata (præter venerem, vel contra fidem) solicitet. Ita Diana, 1. part. tract. 4. resp. 20.

## SEPTIMA PROPOSITIO.

**M**ODUS EVADENDI OBLIGATIONEM DENUNTIANDÆ SOLICITATIONIS EST, SI SOLICITATUS CONFITEATUR CUM SOLICITANTE, BIC POTEST ILLUM ABSOLVERE, ABSQUE ONERE DENUNTIANDÆ.

Damnata.

## EXPLANATIO.

57 Sentiendum est, quod non est medium evadendi obligationem denuntiandi Confessorem solici-

tan-

tantem, quod solicitatus confiteatur cum ipso solicitante; & quod est falsum, quod iste possit illum absolvere absque onere denuntiandi; quia ita declarat Alexand. dum contrarium damnat.

58 Ratio est: nam ista non est causa sufficiens ad non implementum praeceptum Gregor. XV. vt hic declaratur, & sic graviter peccabit Confessor, qui poenitenti dicit, non teneris denuntiare.

59 Non tamen obligatur dictus Confessor admonere poenitentem, vt illum denuntiet; quia gravissimum est onus. Corell. hic, num. 47. & securius mihi videtur, dimittere inabsolutum, data discreta causa.

60 Si autem poenitens laborat invincibili ignorantia, vel de obligatione denuntiandi, vel de insufficientia medii, quod assument ad evadendum se ab obligatione, poterit Confessor illum absolvere; quia poenitens dispositus est, & alias non tollit Pontifex in isto casu iurisdictionem à Confessario. Vide Corell. & Hebas hic.

61 Adverte, quod Alexand. VII. approbavit in favorem Sancti Tribunalis quoddam decretum in 8. mensis Iulij, anno 1660. & inter alia, huc continet verba: *Propterea idem Sanctissimus declaravit, etiam si nulla fraterna correctione, vel alia monito præmissa fuerit, omnino teneri, & obligatos accedere ad denuntiandum::: Nec posse illos à denuntiando sub dicta fraterna correctionis, vel alio quovis praetextu retrahere, aut retardare.*

62 Quod quidem Decretum Romæ publicatum fuit, & sufficit, vt obliget, utpote, vel declaratio ad mores, vel lex Pontificia; quamvis ex hac secunda parte non est improbabile, maiorem requirere publicationem. Vide Cursus Moral. tom. 3. tract. 11. cap. 1. punct. 6. §. 1.

63 Vnde opiniones excusantes à denuntiando praetextu: iam correctionis fraternalis: iam si emendatus est reus: iam si solicitator non est suspectus de fide: iam si solicitatus est complex delicti, non debent practicari. Vide eas in Diana, 1. part. tract. 4. resp. 10. & 11. & 4. part. tract. 5. resp. 23. de quo in meo foro consc. tract. 24. cap. 8. §. 10. punct. 6. à num. 327. in quo capite alia plura tractantur de solicitationis materia.

64 Solicitatus tamen ante denuntiationem se reddat moraliter certus de obligatione delatandi (vt dixi) num. 42.

65 Notandum hic venit, quod in omnibus occurribus circumstantijs, & casibus, quibus excusat poenitens à delatione Confessoris, potest eum absolvere Confessarius, quin huic contraveniat damnationi, nam propositione loquitur, quando datur in poenitente obligatio delatandi: sed in his, quos supponimus casibus, non datur ea obligatio ex opinione probabile: ergo de ipsis non loquitur damnatio. Ita, & bene loquitur Corella hic, num. 50.

66 Vnicum, qui plures comprehendit, casum ponam à

me

me adductum in foro consc. numerato 313. (nimurum) si invenit Confessor poenitentem sollicitatam ad turpia, ab alio Confessore; sed ea circumstantia, quod imminet scandalum, si talis poenitens non communicat, vel instat lubileum lucrare, vel Confessor timet damnum sibi, si inabsolutam dimittit poenitentem, vel in alio simili casu, potest illam absolvere, dummodo disposita sit, data fide ab illa, quod denuntiabit quamprimum Confessorem, qui eam ad venerem in confessione solicitavit: nam ita debet præsumi de voluntate DD. Inquisitorum, ait Cursus Moral. tom. 2. tract. 10. cap. 2. punct. 7. num. 19. fine.

67 Et quotiescumque timerit, gravi fundamento, scandalum, vel grave damnum sibi, vel alio, faciendo delationem, non erit obligatio ad illam. Dux, *Gravi fundamento*; quia non facile liberandæ sunt ab ea mulieres, quæ allegantes dispendium sui honoris, convinci nequeunt, vt ad delationem accedant; sed potius persuadenda sunt, hoc pro honore suo militare; & Confessarii iustificata obligatione in illis, facilitent denuntiationem; quæ diversis modis fieri potest, non tantum Inquisitori, sed etiam Commissario Sancti Officij, verbo, aut scripto.



## OCTAVA PROPOSITIO:

**DUPPLICATUM STIPENDIUM**  
potest Sacerdos pro eadem Missa libet accipere, applicando petenti partem, etiam specialissimam fructus ipsius celebranti correspondenter, idque post decretum Urban.

VIII. Damnata.

## EXPLANATIO.

68 **A** Dvertendum 1. quod in Missa Sacrificio duplex invenitur fructus; unus *ex opere operato*, alter *ex opere operantis*. Primus immediate procedit ex meritis Christi, qui in illa actione talem valorem, & virtutem posuit, non ex meritis ipsius Sacerdotis; & ideo quamvis Sacerdos non sit in gratia, invenitur hic fructus, & ex ratione appellatur *ex opere operato*. Et consistit, in eo, quod Sacrificium est, primò, satisfactorium pro poenis debitis pro peccatis, 2. propitiatorium, quia consequimur per illud auxilium, vt à peccatis mundemur, 3. Impetratorium, quia per illud impetrarum alia bona, tam spiritualia, quam temporalia, 2. & 3. fructus non est infallibilis, vt ait Suarez. 3. part. disp. 79. sect. 3. Primum infallibilem esse, ait idem Suarez, sect. 6. & Lugo, de Eu-

charistia, disp. 79. num. 143.  
69 Hic autem fructus, & habet communem applicationem, ab Ecclesia videlicet, pro omnibus fidelibus, tam vivis, quam

de-

tantem, quod solicitatus confiteatur cum ipso solicitante; & quod est falsum, quod iste possit illum absolvere absque onere denuntiandi; quia ita declarat Alexand. dum contrarium damnat.

58 Ratio est: nam ista non est causa sufficiens ad non implementum praeceptum Gregor. XV. vt hic declaratur, & sic graviter peccabit Confessor, qui poenitenti dicit, non teneris denuntiare.

59 Non tamen obligatur dictus Confessor admonere poenitentem, vt illum denuntiet; quia gravissimum est onus. Corell. hic, num. 47. & securius mihi videtur, dimittere inabsolutum, data discreta causa.

60 Si autem poenitens laborat invincibili ignorantia, vel de obligatione denuntiandi, vel de insufficientia medii, quod assument ad evadendum se ab obligatione, poterit Confessor illum absolvere; quia poenitens dispositus est, & alias non tollit Pontifex in isto casu iurisdictionem à Confessario. Vide Corell. & Hebas hic.

61 Adverte, quod Alexand. VII. approbavit in favorem Sancti Tribunalis quoddam decretum in 8. mensis Iulij, anno 1660. & inter alia, huc continet verba: *Propterea idem Sanctissimus declaravit, etiam si nulla fraterna correctione, vel alia monito præmissa fuerit, omnino teneri, & obligatos accedere ad denuntiandum::: Nec posse illos à denuntiando sub dicta fraterna correctionis, vel alio quovis praetextu retrahere, aut retardare.*

62 Quod quidem Decretum Romæ publicatum fuit, & sufficit, vt obliget, utpote, vel declaratio ad mores, vel lex Pontificia; quamvis ex hac secunda parte non est improbabile, maiorem requirere publicationem. Vide Cursus Moral. tom. 3. tract. 11. cap. 1. punct. 6. §. 1.

63 Vnde opiniones excusantes à denuntiando praetextu: iam correctionis fraternalis: iam si emendatus est reus: iam si solicitator non est suspectus de fide: iam si solicitatus est complex delicti, non debent practicari. Vide eas in Diana, 1. part. tract. 4. resp. 10. & 11. & 4. part. tract. 5. resp. 23. de quo in meo foro consc. tract. 24. cap. 8. §. 10. punct. 6. à num. 327. in quo capite alia plura tractantur de solicitationis materia.

64 Solicitatus tamen ante denuntiationem se reddat moraliter certus de obligatione delatandi (vt dixi) num. 42.

65 Notandum hic venit, quod in omnibus occurribus circumstantijs, & casibus, quibus excusat poenitens à delatione Confessoris, potest eum absolvere Confessarius, quin huic contraveniat damnationi, nam propositione loquitur, quando datur in poenitente obligatio delatandi: sed in his, quos supponimus casibus, non datur ea obligatio ex opinione probabile: ergo de ipsis non loquitur damnatio. Ita, & bene loquitur Corella hic, num. 50.

66 Vnicum, qui plures comprehendit, casum ponam à

me

me adductum in foro consc. numerato 313. (nimurum) si invenit Confessor poenitentem sollicitatam ad turpia, ab alio Confessore; sed ea circumstantia, quod imminet scandalum, si talis poenitens non communicat, vel instat lubileum lucrare, vel Confessor timet damnum sibi, si inabsolutam dimittit poenitentem, vel in alio simili casu, potest illam absolvere, dummodo disposita sit, data fide ab illa, quod denuntiabit quamprimum Confessorem, qui eam ad venerem in confessione solicitavit: nam ita debet præsumi de voluntate DD. Inquisitorum, ait Cursus Moral. tom. 2. tract. 10. cap. 2. punct. 7. num. 19. fine.

67 Et quotiescumque timerunt, gravi fundamento, scandalum, vel grave damnum sibi, vel alio, faciendo delationem, non erit obligatio ad illam. Dux, *Gravi fundamento*; quia non facile liberandæ sunt ab ea mulieres, quæ allegantes dispendium sui honoris, convinci nequeunt, vt ad delationem accedant; sed potius persuadenda sunt, hoc pro honore suo militare; & Confessarii iustificata obligatione in illis, facilitent denuntiationem; quæ diversis modis fieri potest, non tantum Inquisitori, sed etiam Commissario Sancti Officij, verbo, aut scripto.



## OCTAVA PROPOSITIO:

**DUPPLICATUM STIPENDIUM**  
potest Sacerdos pro eadem Missa libet accipere, applicando petenti partem, etiam specialissimam fructus ipsius celebranti correspondenter, idque post decretum Urban.

VIII. Damnata.

## EXPLANATIO.

68 **A** Dvertendum 1. quod in Missa Sacrificio duplex invenitur fructus; unus *ex opere operato*, alter *ex opere operantis*. Primus immediate procedit ex meritis Christi, qui in illa actione talem valorem, & virtutem posuit, non ex meritis ipsius Sacerdotis; & ideo quamvis Sacerdos non sit in gratia, invenitur hic fructus, & ex ratione appellatur *ex opere operato*. Et consistit, in eo, quod Sacrificium est, primò, satisfactorium pro poenis debitis pro peccatis, 2. propitiatorium, quia consequimur per illud auxilium, vt à peccatis mundemur, 3. Impetratorium, quia per illud impetrarum alia bona, tam spiritualia, quam temporalia, 2. & 3. fructus non est infallibilis, vt ait Suarez. 3. part. disp. 79. sect. 3. Primum infallibilem esse, ait idem Suarez, sect. 6. & Lugo, de Eu-

charistia, disp. 79. num. 143.  
69 Hic autem fructus, & habet communem applicationem, ab Ecclesia videlicet, pro omnibus fidelibus, tam vivis, quam

de-

102. Lumbier, tom. 1. num.  
132. pag. 323. duos concedit pro dilatione menses; additque, & bene, quod celebrans, qui pro duobus, aut tribus, iuxta alios, mensibus Missarum stipendia accepit, applicet sacrum vii determinato iuxta graduationem temporis, quo ab illo recepit, vt ordine iustitiae ei debitæ satisfaciat; & insuper offerat pro intentione omnium illorum, qui stipendum tribuerunt, & nondum impleta sunt sacrificia commissa: nam cum hoc altissimum Missæ Sacrificium, in quo Christus verus Deus offertur, iuxta probabilem sententiam, apud Leandrum, idem pro vno, ac pro pluribus valeat, quin diminutionem patiatur, vt sol, qui absque sui dispensio vni, & alijs pluribus illuminat, pro omnibus illis valet applicare: sed hoc fiat cum causa (quia in probabili tantum assensu fulcitur) & sufficiens est prædicta: nullum tamen video ex eo, quod ita fiat inconveniens sequi, etiam non data causa: dummodo non assumatur, vt titulus, vt ad maiorem dilationem temporis, præter dictum Missarum stipendia accipiantur.



## DECIMA PROPOSITIO.

**NON EST CONTRA IUSTITIAM** pro pluribus Sacrificijs stipendum accipere, & Sacrificium unum offerre, neque etiam est contra fidelitatem, etiamsi promittam promissione, etiam iuramento firmata, danti stipendum, quod pro nullo alio offeram.

Damnata.

## EXPLANATIO.

103 **T**ria in hac propositionis damnatione, declarat Alexander.

104 Primum est esse contra iustitiam, applicare vnam solummodo Missam pro intentione illius, qui stipendum dedit pro pluribus Sacrificijs.

105 Intelligitur hic contra iustitiam commutativam; quia leditur ius alterius; & consequenter cum obligatione restituendi: sub mortali, si materia sit gravis, puta, quatuor regales.

106 Secundum, quod declarat est, quod erit contra fidelitatem promittere, quod illas mandatas Missas non applicabit pro alio, & non adimplere promissum.

107 Non loquitur propositio, nec de parte fructus correspondentis Sacerdoti, quem explicavi num. 34. nec in sensu posito, à num. 41.

108 Probabile tamen est, quod peccare contra fidelitatem, solum est veniale, si non datur alia cir-

cum-

## Propositio Decima

Constantia aggravans. Ita Diana. 1. part. tract. 17. & 3. miscel. resol. 9. & 4. part. tract. 4. ref. 122. cum alijs.

109 Tertiū, declarat implicitè, & est, quod si iuramentum pro Missis applicandis addatur, erit contra Religionem frangere illud, taliter, quod si animum non habuit adimplendi dum iuravit, mortaliter peccavit per iurio assertori, vide explicationem propositionis 24. ab Innocentio XI. damnatae anno 584. Si autem habuit animum adimplendi cum iuravit, sed non adimplevit, erit lethale, si materia est gravis, vt non applicare duas Missas, cum iuramento missas propter stipendum quatuor regalium. Non vero erit lethale iuxta opinionem probabilem, non applicare vnam ex stipendo duorum regalium: quia parua materia est. Vide locum citatum. Contrarium tamen asserit Filgueira hic: quia licet stipendum Missæ elargitum, materia parua sit, peccat mortaliter, si pro intentione elargientis non celebret ratione damni elati, vt reputari debet privatio fructus vnius Missæ. Ita Aragon, 2. 2. quæst. 85. art. 1. Bonacini. de Sacrament. disp. 4. quæst. ultim. de Eucharist. part. 7. §. 2. num. 6. & alij apud Filgueira.

110 Oppones 1. ex Mag. Hozes hic, num. 22. in favorem primæ damnatae propositionis partis. Nam scribæ non obligantur hodiè taxam pro exercitijs, cui officij servares quod in illo seculo con-

gruum erat; his temporibus insufficiens est: ergo pariter stipendum Missæ, quod anteā iustum erat, nunc incongruum iudicatur: eo, quia res excessivo emuntur pretio.

111 Cui argumento respondet Diana, 11. part. tract. 1. ref. 24. quod admittendo taxam pro scribarum exercitijs, pro nunc insufficientem esse, non ita intelligendum est de stipendio Missæ, quia non datur pro tota congrua Sacerdotis sustentatione: & ita vult Ecclesia, cum ad Presbiteratum non admittat, nisi quem ex aliquo titulo rationabile habeat iuvamen pro illius alimentis. Et etiam advertendum, quod præsens, & commune stipendum Missarum, non ita antiquum est; sed paucis ab hinc annis, sicut hodie est admissum, & firmatum.

112 Oppones 2. ex immedia- tè dictis: Nam Religiosi ordinantur in Sacris titulo paupertatis: ergo ipsi pro sua congrua sustentatione plusquam vnum stipendum recipere possunt?

113 Respond. quod titulus paupertatis est ius petendi à fidelibus eleemosinas à Papa concessum: & eo his præcipue coalesce re debet congrua pro Religiosis Mendicantibus. Vnde pluribus Pontificum Constitutionibus, de quibus Lezana v. Monasteria Regularium, præcipitur: & novissime in Tridentino, sess. 25. cap. 3. vt Conventus non admittant plusquam ex redditibus, & eleemosinis sustentare valent. Audi Tri-

stitia; & ex alia haec circumstantia rarissime accidet: & vt in plurimum damnantur omnes haec propositiones, secundum quod sunt ruinæ, seu scandalorum occasions.

89 5. Non damnatur sententia Basæi, verbo *Missa*, 7. num. 10. affirmantis, quod pro celebrando Sacrificio Missæ, speciali circumstantia, vt tali tempore, primo (scilicet) manè, vel hora duodecima; aut nocturnum defunctorum recitandum pactando, aut tali loco, puta, satis distanti à domicilio Sacerdotis, posse Sacerdotem maiorem consueto stipendium recipere: quia hic non recipitur maior pro fructu specialissimo Sacerdoti correspondentem, sed pro exteriori labore. Corell. hic, n. 59.

## NONA PROPOSITIO.

POST DECRETUM URBANI,  
potest Sacerdos, cui Missæ celebranda traduntur, per alium satisfacere,  
collato illi minori stipendio, alia  
parte stipendijs sibi retenta.

Damnata.

## EXPLANATIO.

90 **S**entiendum est, non posse Sacerdotem, cui Missæ celebrandæ traduntur, per alium satisfacere, collato illi minori stipendio, retenta sibi alia stipendijs parte; quia ita declarat Alexander, quod iam per Urbam VIII. declaratum erat.

91 Ratio est; nam sit hoc, in viti rationabilitè (vt præsumitur) tradente, & accipiente stipendium minus: ergo contra iustitiam; & consequenter, si in materia gravi, erit lethale peccatum, cum obligatione restituendi.

92 Ex quo infertur, quod si commendans Missas, vel Sacerdos celebrans non sit invitus, vel si materia reservata est parva, vt duo regales, non erit lethale, dummodo pluries intra annum non fiat; quia tunc materia moraliter vniuntur.

93 Si vero gravis fuerit materia reservata, mortale peccatum erit, & cum obligatione restituendi Sacerdoti, cui minoratum stipendium traditur, eo inscio, vel repugnanti de excessu. Et affirmare, solum esse veniale, indico cum Corell. hic, num. 62. esse damnatum: nam materia supra quam damnatio cadit, gravis est. Contra Torrecilla, & Prado, afferentes, damnatum non esse; quia proposicio solum dicit, *Licitum esse id facere*: Vnde, qui opinantur esse veniale, non iudicant licitum, sed illicitum, nam illicitum est, quod peccatum veniale est. Torrecilla, tamen eam opinionem, et si non damnatam dicat, non sequitur. Ego vero nec sequor, & in damnatione comprehendi affirmo.

94 Quæritur 1. An si testator ordinavit in testamento dari pro Missis stipendium plusquam ordinarium; & aliqui Sacerdotes se offerant, qui contenti erunt ordinario, satisfaciet heres, aut alba-

cea tribuendo hoc, retento sibi excessu?

95 Respondeat Mag. Hozes hic, num. 12. negando cum Fagundez, 1. Praecepto Eccles. lib. 3. cap. 10. num. 10. Tum: quia hoc est contra testatoris mentem. Tum: quia est contra Decretum Sacrae Congregation. ait Henao, 3. part. de Sacrific. disp. 3. I. fest. 5.

96 Quæritur 2. An Sacerdos pauper, qui stipendia maiora pro Missis accepit, possit postea, vt satisfaciat, Missas cum ordinario stipendio commendare? Respondeatur affirmative ex Thoma Hurtado, tom. 1. Moral. tract. 2. cap. 4. resol. 6. num. 169. & Fagund. ab ipso citato; quia iam satisfacit meliori modo, quo potest. Sed obligatur (ait Hozes) restituere excessum, si ad meliorem fortunam venerit. Sed hoc negat Hurtado: quæ resolutio ipsius cum suo additamento hic non damnatur.

97 Non damnatur 1. quod Capellanus tradat alteri Missas celebrandas minori, ac ex Capella-nia stipendio gaudet. Ita Sacra Congregatio sub Urbano VIII.

98 2. Si Sacerdos tradens alteri, accepit maius stipendium, ratione consanguinitatis, affinitatis, vel singularis amicitiae, potest illud maius sibi reservare. 3. Videtur, quod poterit reservare partem stipendijs, si Missas celebrans sit contentus minori stipendio dummodo iste certior factus sit à tradente, de parte stipendijs reservata. Sed hoc magna indiget circumspectio-

ne, & solum admitto in casu raro, vel ex aliqua causa, aut ex paupertate tradentis, & cum celebrans spontaneè cedit, non ex timore, quod alias Missas illi non tradet.

99 Hi ergo casus, dummodo tradatur celebranti stipendium iustum, liciti erunt; quia nec mandans, nec celebrans Missas, est rationabilitè invitus. Vide Cursus Moral. ita explicantem, tom. 4. tract. 15. cap. 7. punct. 5. §. 7. num. 135.

100 Additque Filgueir. hic propè finem, quod si verus adsit consensus iusto cedendi stipendio, non potest Episcopus statuere, ne Sacerdotes Missam celebrent pro minori stipendio à lege taxato; quia valet unusquisque condonare quidquid voluerit. Et oppositum esse viam liberalitati occludere: quam Sacerdos in elemosinis de sibi devitis exerceri potest. Ita assert ex Soto, lib. 9. de iust. quest. 6. artic. 1. ad 2. Villal. tom. 1. tract. 8. def. 15. num. 4. & ex alijs.

101 Quæritur hic Torrecilla, à num. 25. per quod tempus poterit Sacerdos detinere celebracionem Missarum pro quibus stipendium accepit? Et respondeat: quod iuxta aliquos DD. per unum mensem iuxta Leedesim. Villal. & Dian. per duos meses. At vero Leander à Sacramento, tom. 3. tract. 8. de Sacrific. Missæ, disp. 4. quest. 18. extendit detentionem licitam ad tres menses; quia hoc tempus breve reputatur: quod probabile iudico.

B Lum-

defunctis, & pro illis, quos Sacerdos ab Ecclesiæ institutione nominat in Missa, ut Summus Pontifex, Episcopus, & Rex. Et habet specialem ab ipso celebrante, pro quo, vel quibus applicare voluerit.

70 Secundus fructus dicitur, *ex opere operantis*, quia ipse metuens minister causat illum ex propria dignitate, hoc est, ex gratia ipsius significante illud opus, sicut quodlibet aliud opus virtutis in gratia factum, v. grat. ieiunare, orare, &c. habet tria, esse meritorium, satisfactorium, & imprelatorium, & 2. & 3. pro aliis possunt applicari; sic etiam opus excellentissimum celebrandi, quatenus proprium Sacerdotis hæc tria habet. Vnde si Sacerdos non est in gratia, nullum habet fructum.

71 Si autem in gratia celebravit, liberum erit applicare alteri quidquid satisfactorii habet illud suum opus celebrandi, & etiam impetrationis ab ipso factæ, in ipso sacrificio: non tamen poterit dare aliis meritum; quia hoc personale est, id est, solum accrebit operanti, non alteri.

72 Sentiendum est, non fuisse licitum, & potiori ratione non esse, post decretum Vrbani VIII. accipere celebrantem, etiam ab eadem persona duplex stipendium pro una Missa, applicando petenti partem specialissimam fructus correspondentis ipsi celebranti; quia ita declaratur hic ab Alexand. VII. Quod quidem per aliud decretum Sacrae Congregationis

iussu eiusdem Alexand. VII. editum, declaratum est, anno 1659. die 27. Octobris, quod decretum ad verbum adducit Mag. Hozes hic.

73 Decretum Vrbani VIII. quod prohibet id ipsum, quod Alexander damnat in præsenti, invenies in tom. 4. Bullarii inter Bulas illius Pontificis, Bulla 43. §. 2. & in Filgueira ad hanc propositionem, qui etiam ibi adducit dubia circa illud exorta, & declarationes Congregationis Cardinalium ad ea dubia.

74 Rationes, quibus ostenduntur dissonantiae huius propositionis sunt.

75 Prima: quia vt celebrens sit capax illius fructus, debet esse in gratia: & status gratiae incertus est illi.

76 Secunda: quia data certitudine status gratiae, ignorat intentionem, seu extensionem, aut quantitatem (vt ita dicam) huius fructus, vt sciat, quod mereatur stipendium: vnde Authores aliqui dixerunt, esse necessarium fructum trium sacrificiorum pro uno accipiendo stipendio.

77 Tertia: quia non est certum talem fructum applicabilem esse: ideoque est disputabile: quomodo ergo pro incerto valore, & fructu, certum stipendium Sacerdos accipiet?

78 Quarta, & præcipua: nam qui Missam commendat, præsumitur velle fructum Sacrificii ex opere operato. Pro quo.

79 Adverte 1. quod, qui

pe-

petit pro stipendio Missam, semper præsumitur velle fructum Sacrificij ex opere operato (vt dixi,) vnde si Sacerdos solum applicet illi fructum sibi correspondentem, pro comperto habeo, teneri ad restitutionem stipendi, vt potè deficiens in substantia pacti.

80 2. Quod illud stipendium est iustum, & unicum pro una Missa, quod vel à Synodali, vel à consuetudine statutum est, vel quod liberè accepit Sacerdos, etsi tenuerit, vel quod ex liberalitate dantis clargitur.

81 Ex quo sequitur, esse damnatos alios titulos, qui ab opinantibus fomentabantur, vt plus iusto pro stipendio acciperetur, siye ad emendos libros Theologiae; sive diurni alimenti ipsius Sacerdotis; sive vt ipse subveniat parentibus e gentibus; sive quia Missa in die festo celebratur.

82 Similiter, qui liberaliter alter Missam tribuit, non poterit stipendium accipere, si ille, cui dat, applicat pro aliqua iustitiae obligatione.

83 Nec communitas, sive Religiosa, sive non, quæ ex contractu applicat, vel ex fundatione alias Missas poterit pro eis stipendium accipere; nam in his casibus pro duplice iustitiae titulo applicaretur Sacrum. Corell. hic, 8. impr. à num. 57.

84 Non damnatur hic 1. quod Sacrificium applicatum pro stipendio, alteri elargiatur ex liberalitate, seu gratitudine; quia uterque hic titulus recte componibilis est.

85 2. Possunt licet Religiosi, qui ex Regula obligantur, vel ex Constitutione ad applicandas Missas pro defunctis, sui Ordinis, sive quas ex consuetudine, vel statuto applicant, non ex iustitia, sed ex benevolentia, aut gratitudine, pro benefactore, Protectore, aut alio huiusmodi; recipere pro eiusdem Missis stipendium. Hæc, & præcedens opinio est Dian. part. 10. tract. 7. resp. 27. cum alijs, & part. 6. tract. 6. resp. 5. & ita tenet Cursus Moral. tom. 1. tract. 15. cap. 7. punct. 5. nam explicans hanc propositionem, §. 3. n. 116. amplectitur, §. 6. num. 129. cum aliis hanc opinionem. Ita etiam Lumbier, & Torrecill. hic.

86 3. Non damnatur, asserere, quod Sacerdos, qui indiget emere cæram, hostiam, vinum, sive ornamentum, vt celebret, possit in stipendio augere, quod in hoc insumit. Ita Torrec. n. 2.

87 Adverte, quod si in Ecclesiis, aut locis piis non datur sufficiens redditus ad omnia prædicta, possunt Administratores horum locorum sumere plus stipendi, iuxta sumptus in hoc; nam ita determinat decretum Sacrae Congregationis sub Vrbano, vt videri est in Cursu citat. n. 134.

88 Non damnatur, quod tribuens stipendium, & sciens applicatam esse Missam pro alio, qui etiam stipendium dedit, si voluntarie contentus fuerit cum speciali fructu Sacerdoti correspondenti, possit Sacerdos, etiam illud accipere: nam ex una parte non sit iniurie.

stic

dentin. sess. citata: In predictis autem Monasterijs, & domibus, tam virorum, quam mulierum bona in mobilia possidentibus, vel non possidentibus, is tantum numerus constitutatur, ac impostorum conservetur, qui vel ex redditibus proprijs Monasteriorum, vel ex consuetis elemosinis sustentari commodè possit. Quod quidem Decretum, ut potè in materia gravi, non dubitandum est, sub mortali obligare. Caveant ergo Prælati, quorum cura est, siue Novitios admittere, sive Religiosos in Conventus mittere, aut domos de numero Religiosorum providere, iudicium Dei, si pro ipsis stat, quod exonerare possint Conventum, vel domum Religiosorum, quæ sustentare non valet eorum tot numerum, in alias distribuendo, non faciunt.

114 Nunc inquires: quid faciet Sacerdos pauper, qui plura accepit stipendia Missarum: & pro nunc satisfacere non potest? Nec debitum compensare auctoritate Apostolica?

115 Ad quod Lezana, verb. *Missa*, num. 29. respondet, quod applicet fructum specialem Missæ, sibi respondentem: nam de hoc casu non loquitur octava propositione. Insuper procuret indulgentias lucrare ex his, quas pro defunctis applicare conceditur, vt visitare ex Cruciatæ Bullæ quinque altaria, sumendo etiam alteram Bullam: quia sic in illa admittitur, vt indulgentiam duplacet. Item alia opera pia, orationes, assistentia devota ad Missas, quod est

valde fructuosum. Hozes, num. 27. 28. §. Vnicum.

## S. I.

## QUID IN HAC PROPOSITIONE non damnatur.

116 Non damnatur 1. asserere, quod celebrans poterit applicare fructum Sacerdoti correspondentem alteri, qui stipendium non dedit, et si dedit, contentus illo præcisè fuit. Corella hic, num. 69.

117 2. Non videtur damnari in praesenti opinio Angel. Silvestri, Nay. Lef. Navarræ, & Lug. apud Dian. part. II. tract. 7. resol. 27. Afferentium: quod in gravissima Sacerdotis necessitate, cui occurtere non valet aliquo decenti medio pro moderata sive personæ sustentatione, potest accipere plura iusta stipendia pro vna celebrandâ Missâ: nam prædicta propositione non loquitur de isto singulari casu: & quia strictæ interpretationis est, restringenda potius, quam amplianda erit; & cum præsens casus ius naturale tangit, non est præsumendum, Summum Pontificem, qui vt Pastor communis, pius reputandus est, velit, nec in minimo se illi opponere. Torrec. hic, num. 7.

118 Et licet hæc resolutio vindetur accedere ad illam damnatam per Innocentij XI. propositionem, que 16. est (nimirum) per missum est furari, non solum in ex-

trema; sed etiam in gravi necessitate. Prudenter tamen consideratum, non ita est: nam ista propositione de gravi loquitur necessitate, & præsens Sacerdotis agentis causus, de gravissima reputandus est, attenta dignitate, & modesta, moderata tamen decentia, qua se gerere debet, ne ab alijs despectui habeatur. Debet vero in hoc Sacerdos qui eget, cum magna circumspectione se habere; & ne periculose in hac materia procedat, non se sibi iudicem constituat, sed consulat pro praxi tuta statum suum cum viris timoratis, & doctis. Dian. part. II. tract. 7. resol. 27.

119 Hæc apposui, iudicans eam necessitatem plusquam gravem, attenta Sacerdotis dignitate, vt non vilipendio exponatur: & quia raro id contigit; cum alia media suppeterem communitè valent, iam Episcopo recurrendo, iam alijs pijs viris illi succurrentibus, iam vno (si congruum est) stipendio Missæ Sacerdote contento. Si autem stipendia ita incongrua fuerint, vel etiæ aliquod congruum, non tamen sufficiens pro occurrante maxima necessitate, nec alia inveniuntur media, & plusquam gravis necessitas iudicetur, tunc casus eam opinionem vt probabilem admitto: alio autem modo damnatam hic ascro.

120 Huic doctrinæ assentit Henao explicans decreta de celebratione Missarum, citans Lug. lib. 5. cap. 12. quest. 4. num. 29. per hæc verba: *Quod de extrema di-*

*ctum est, extenditur probabilitè ad valde gravem. In qua aliter Sacerdos nequeat providere de necessarijs.*

121 Item Diana, II. part. tract. 7. resol. 27. ait: *Licet etiam probabilitè in valde gravis sacerdotis necessitate plura stipendia iusta unius Missæ recipere pro sufficientib. vita Clericalis sustentatione. Nec Decreta Cardinalium anni 1625. loquuntur in hoc casu.*

122 Insuper Carsi in 2. censur. cap. 70. num. 5. dicit: *Si necessitas sit valde gravis, cum privilegio extreme gaudet: si aliter eam sublevare requirit Sacerdos, prou: Missa potest plura stipendia iusta accipere: neque prohibitions Pontificia loquuntur in hoc casu; cum non intendant iuri naturali derogare.*

123 Hos Authores adducit Mag. Hozes ad prop. 10. num. 6. 7. & assert. num. 8. hoc damnatum non esse.

124 Addit 1. ad dicta Torrecilla, num. 12. Quod dictus Sacerdos lucrare indulgentias debet, invitando altaria per ruciata Bullam, & orationes, aliaque pia opera applicare pro animabus Purgatori, pro quibus commendatas sunt Missæ.

125 Addit 2. quod Sacerdos, qui bona fide plura pro vna Missa stipendia accepit, & bona etiam fide insumpsit, si per ea non est factus ditior, non renebitur postea quamvis id advertat, restituere excessum, nec alia sacrificia pro illis acceptis stipendijs offerre: quia bona

bonae fidei acceptor, & bonæ fidei consumptor.

126. 3. Non damnatur, quod si Sacerdos accepit stipendium implicata papiro a commendante, qui dixit illi, ut sibi applicaret quinque Missas: & apperiens postea Sacerdos stipendium in papiro involutum, solum pro quatuor sacrificijs stipendia consuera inveniret, non tenetur, nisi quatuor applicare: quia presumitur, quod si hoc adverteret, dum accepit, dicitur non staret dantis. Hoces ad proposition. 10. num. 20.

## S. II.

UNICUM RESOLVITUR  
dubium.

127. **Q**uæritur, vtrum si in aliqua Provincia, Dicecisis, aut Civitate increverit consuetudo (ne dicam abusus) tradendi stipendia pro Missis in congrua minorata, & minus iusta (ne dicam iniusta) vt exigebat ratio, possit, v. g. Praelatus Conventus, quando non occurrit, qui iusta tribuat, vel alijs medijs non valet acquirere, recipere ex illis incongruis stipendijs tantum, quantum rationabile, iunque stipendium videtur, aut taxatum erat ex antiqua consuetudine, aut præseati Synodali Episcopatus: præcipue si eius communitatem aliter sustentare non potest moderato, & visitato victus?

128. Suppono, quod DD. Episcopi debent suam activitatem, ze-

lumque ad hoc applicare, vt decens, & congruum tribuatur pro sacrificijs stipendum: nam in hoc ad quietem, & pacationem conscientiarum attendent, & decens iuvamen pro Ministrorum sustentatione. Oibus suis persuadant, vt si centum pro anima non possunt mandare in testamento Missas cum rationabili, & congruo stipendio, relinquant tantum quinquaginta cum iusto. Et forte hoc erit Deo placidius, iucundiusque, & suis animabus fructuosius.

129. Dico ergo, quod in probabile mihi non videtur affirmative respondere. Ratio est: tūm, quia absolute non est dicendum, nec dicitur stipendium, quod est iniustum, & incongruum, sed cum addito (nimirū) incongruum, seu iniustum: & propositiones damnatae de stipendio absoluto loquuntur.

130. Tūm, quia propositio decima non loquitur cum hac prudenti moderatione, & limitatione: & forsitan damnata non fuisset, si hunc modicatum assensum haberet.

131. Dices: Esse contra iustitiam, & fidelitatem: vt in hac damnatione declaratum est, accipere eleemosinam pro pluribus sacrificijs, & vnum tantum offerre: ergo licet incongrua sint stipendia: semel quod pro pluribus sacrificijs accepta est eleemosina, tot idem iuxta initum pactum celebranda sunt.

132. Respondeo, quod haec etiam propositio non dicit stipendium,

dium, seu eleemosina incongrua, sed absolute eleemosina pro sacrificijs: & non est absurdum, & irrationabile, quod intelligatur de eleemosina congrua, & stipendio iusto, non vt iniusto habito, & tolerabilius, hoc rationabiliusque reddit prudens limitatio, seu excepto (nimirū) communis si increvit usus, seu abusus de incongruo, seu iniusto stipendio, & ea circumstantia, vt Praelatus sui quilibet alias Sacerdos non possit alia via stipendia adquirere iusta. Hoc enim, si una, aut altera vice accideret (videlicet) quod in resolutione affirmo, nullatenus admitto: sed potius assero, quod, vel tot sacrificia celebrantur, quod fuerint incongrua stipendia accepta, vel melius, quod dimittantur, vt ego non semel feci.

133. Explicatur, & confirmatur meum assertum per aliud probabile de famulis cum dominis se convenientibus cum iniusto salario. Nam si famulus cum necessitate compulsus, & ne illam commoditatem admitteret, pactum fecit cum domino minus iusto, retenta intentione, non cederet iniusto salario: vel etiam si intenderet cederet, fuit pactum manifeste iniustum, potest famulus iste se compensare iuxta prudentis viri iudicium. Ita asserit Cursus Moral. tom. 3. tract. 13. cap. 1. punct. 19. num. 316. quod iterum redibit in explicatione deposit. 37. ab Innocent. X l. damnata.

134. Pariformiter, si necessitate compulsus, & nullam aliam

occasionem bonam expectans, & ne presentem omittat, recipit Praelatus, seu Sacerdos privatus stipendia iniusta, non intenderis cedere iuri suo, poterit ea tantum sacrificia offerre, quæ iustum attingunt stipendium. Sic ergo his telatis circumstantijs, probable iudico resolutionem datam: sen. per Summo Pastori, insuper & docdis indicium meum submitrens.

## VNDECIMA PROPOSITIO.

PECCATA IN CONFESSIONB  
omissa, seu oblita ob instans vita  
periculam, aut ob aliam causam,  
non tenemur in sequenti  
confessioni exprimere.

Damnata.

## EXPLANATIO.

135. **S**entiendum est, quod peccata oblita, seu omissa in confessione ob periculum instans mortis, vel ob aliam (rationabilem intellige) causam obligamus ad ea posse confienda, quia sic declarat hic Alexander.

136. Ratio est: nam omnia peccata subliencia sunt Ecclesie clavibus, vt constat ex Tridentin. sess. 14. cap. 5. Canon. 8. iuxta possibilitatem poenitentis: ergo illa peccata, quæ ex aliqua causa rationabili non sunt directe subiecta, postea subliencia sunt.

137. Non damnatur hic: quod quando poenitens non est certus de numero determinato

peccatorum, v. g. An sint viginti, & addit, plus, minusve, si posteā competerat esse plura, vt viginti unum, aut duo, non obligatur ad duo confienda. Sed non inde inferas, esse idem dicendum de illo, qui sub dubio confiteretur aliquod peccatum, & posteā advertit esse certum; nam hic debet posteā, vt certum fateri illud. Licet satis difficile sit, disparitatem dari, vt ponderat Lugo, de Poenit. disp. 16. sect. 2. §. 4. num. 79. Nec etiam damnatur sententia docens, quod consuetudinarius, aut concubina, qua ex eo, quia non potest declarare præsumum peccatorum numerum, confiteretur tantum consuetudinem in ea materia, & concubina tempus, quo libidinibus insumpit, non tenetur posteā, etsi de certo numero recordatur, cum confiteri; nam in ea confessione includuntur, vt confessa peccata, quae posteā memoria occurrint. Ita Corella. Ego tamen semper confulerem, illa memorata peccata iterum, vt prædeterminata confiteri: nam si datur præceptum Trident. confiteri speciem, & numerum: si numerus non est confessus, dabitur obligatio, si memoriae occurrat, ad eum confitendum.

138 2. Non damnatur, asserere, quod si præcisè circumstantia oblita fuit, solum circumstantia debet confiteri, v. g. votum habens, & peccans contra castitatem, de qua est votum, si confitendo peccatum contra castitatem, oblitus fuit circumstantiae voti, sufficit

postea dicerē: Fregi unum votum. Sic Trull. lib. 2. cap. 2. dub. 12. num. 24. & alij. 139 3. Non damnatur opinio Dian. 3. part. tract. 4. resol. 124. afferentis cum alijs, quod peccata oblita, seu ex gravi causa omissa in annuali confessione, non est obligatio ad ea confitenda, usque ad sequentem annuam confessionem, nisi adsit mortis periculum, vel communicandum sit. Ita Torrecilla hic, num. 9. attende ad casum proposit. 38.

140 Suppono, quod peccata confessa in Sacramento informe, non est obligatio ad posteā confitenda, quia subjecta sunt in vero Sacramento: & cum in sequenti confessione ablatum fuerit obex, peccata omnia delebuntur.

#### DUODECIMA PROPOSITIO.

MENDICANTES POSSUNT  
absolvere à casibus Episcopis reservatis, non obtenta at id  
Episcoporum facultate.  
Damnata.

#### EXPLANATIO.

141 **S**uppono, quod casus Episcopis reservati, in duplice sunt differentia, alij à luce communi ipsi commissi, seu reservati, id est, quos Papa reservat, seu committit ipsi. Alij, quos ipsi Episcopi sibi reservant, vel in suis Sinodalibus per modum iuris, vel ab homine; & qui ab homine sunt, hoc est per

mo-

modum præcepti, expirant, ipso Episcopo mortuo, vel cedente Episcopatu, aut deposito à iurisdictione.

142 Inter casus DD. Episcopis commissos, sunt aliqui per speciale Bullam ipsis reservatis, ut aborsus, & excommunicatio ipsi annexa, quam Ordinariis reservavit Gregor. XIII.

143 Sentiendum ergo est, non posse Mendicantes absolvere à casibus, quos Episcopi reservant à iure, vel ab homine, non obtenta ab ipsis facultate ad hoc, quia ita declarat Alexand.

144 Vnde, quamvis anteā Mendicantes haberent facultatem, præcipue ab Eugenio IV. ut videtur est in nostro Fratr. Antonio à Spiritu Sancto, tract. 2. de privil. disp. 1. sect. 1. num. 23. & in Cursu Moral. tom. 1. tract. 6. cap. 13. punct. 3. num. 51. hodie tamen non possunt, propter hanc, sive revocationem, sive damnationem Alexand. Iudico tamen damnari hanc propositionem; quia erat contra Decretum Urbani VIII. talia privilegia revocantis.

145 Et nullatenus admittendus est titulus ille apprens (nimirum) quod licet Mendicantes, de quibus solum loquitur, ex vi suorum privilegiorum non possint ab his casibus absolvere, bene tamen ex communicatione cum alijs regularibus, circa hoc fortè privilegia habentibus. Si hoc esset, quemnam effectum haberet, vel revocatione Urbani, vel Alexandri damnatio intendentium in hoc Ecclesia

rectam gubernationem? Et sic ab hoc titulo, ut improbabile fugendum est.

146 Nec etiam regulares non Mendicantes ab his casibus sub ratione regularium absolvere possunt, nam per Urbanum VIII. revocata sunt circa hoc eorum privilegia, & etiam per Clementem X. vide Lumbier, tom. 1. Summa, num. 1180. & Torrecilla in consult. tract. 2. consult. 4. à num. 124 & non videtur rationi consonum, quod Mendicantibus, qui regulares sunt, ablata sit hæc facultas, & quod regulares eam habeant.

147 Intelligitur etiam hæc damnatio de communicantibus in privilegijs cum Mendicantibus: quia destructo principali, destruuntur accessoria.

148 Nec etiam valet dicere, hoc Decretum Alexandri non esse in Hispania publicatum; quia eius publicatio necessaria erat, secundum probabilem sententiam, ut obligaret, iuxta dicta in advertentiis initio possitis, num. 5.

149 Nam ad hoc dicitur, quod etsi demus, non obligare, quatenus lex, seu præceptum est, obligat tamen quatenus declaratio Summi Pastoris est, quæ non indiget, ut ei assentiamur, & obligati maneamus publicatione, sed notitia certa, ex quacunque via eam acquiramus.

150 Unde ille, qui post certam huius Decreti notitiam praticaverit has, vel harum, aliquam propositionem, non delinquet contra eius decretum in Hispania, qua-

te.

peccatorum, v. g. An sint viginti, & addit, plus, minusve, si postea compierat esse plura, vt viginti unum, aut duo, non obligatur ad duo confienda. Sed non inde inferas, esse idem dicendum de illo, qui sub dubio confiteretur aliquod peccatum, & postea advertit esse certum; nam hic debet postea, vt certum fateri illud. Licet satis difficile sit, disparitatem dari, vt ponderat Lugo, de Poenit. disp. 16. sect. 2. §. 4. num. 79. Nec etiam damnatur sententia docens, quod consuetudinarius, aut concubina, qua ex eo, quia non potest declarare præsumum peccatorum numerum, confiteretur tantum consuetudinem in ea materia, & concubina tempus, quo libidinibus insumpit, non tenetur postea, etsi de certo numero recordatur, cum confiteri; nam in ea confessione includuntur, vt confessa peccata, quæ postea memoria occurront. Ita Corella. Ego tamen semper confulerem, illa memorata peccata iterum, vt prædeterminata confiteri: nam si datur præceptum Trident. confiteri speciem, & numerum: si numerus non est confessus, dabitur obligatio, si memoriae occurrat, ad eum confitendum.

138 2. Non damnatur, asserere, quod si præcisè circumstantia oblita fuit, solum circumstantia debet confiteri, v. g. votum habens, & peccans contra castitatem, de qua est votum, si confitendo peccatum contra castitatem, oblitus fuit circumstantiae voti, sufficit

postea dicere: Fregi unum votum. Sic Trull. lib. 2. cap. 2. dub. 12. num. 24. & alij. 139 3. Non damnatur opinio Dian. 3. part. tract. 4. resol. 124. afferentis cum alijs, quod peccata oblita, seu ex gravi causa omissa in annuali confessione, non est obligatio ad ea confitenda, usque ad sequentem annuam confessionem, nisi adsit mortis periculum, vel communicandum sit. Ita Torrecilla hic, num. 9. attende ad casum proposit. 38.

140 Suppono, quod peccata confessa in Sacramento informe, non est obligatio ad postea confitenda, quia subjecta sunt in vero Sacramento: & cum in sequenti confessione ablatum fuerit obex, peccata omnia delebuntur.

#### DUODECIMA PROPOSITIO.

MENDICANTES POSSUNT  
absolvere à casibus Episcopis reservatis, non obtenta at id  
Episcoporum facultate.  
Damnata.

#### EXPLANATIO.

141 **S**uppono, quod casus Episcopis reservati, in duplice sunt differentia, alij à luce communi ipsi commissi, seu reservati, id est, quos Papa reservat, seu committit ipsi. Alij, quos ipsi Episcopi sibi reservant, vel in suis Sinodalibus per modum iuris, vel ab homine; & qui ab homine sunt, hoc est per

mo-

modum præcepti, expirant, ipso Episcopo mortuo, vel cedente Episcopatu, aut deposito à iurisdictione.

142 Inter casus DD. Episcopis commissos, sunt aliqui per speciale Bullam ipsis reservatis, ut aborsus, & excommunicatio ipsi annexa, quam Ordinariis reservavit Gregor. XIII.

143 Sentiendum ergo est, non posse Mendicantes absolvere à casibus, quos Episcopi reservant à iure, vel ab homine, non obtenta ab ipsis facultate ad hoc, quia ita declarat Alexand.

144 Vnde, quamvis anteà Mendicantes haberent facultatem, præcipue ab Eugenio IV. ut videtur est in nostro Fratr. Antonio à Spiritu Sancto, tract. 2. de privil. disp. 1. sect. 1. num. 23. & in Cursu Moral. tom. 1. tract. 6. cap. 13. punct. 3. num. 51. hodie tamen non possunt, propter hanc, sive revocationem, sive damnationem Alexand. Iudico tamen damnari hanc propositionem; quia erat contra Decretum Urbani VIII. talia privilegia revocantis.

145 Et nullatenus admittendus est titulus ille apprens (nimirum) quod licet Mendicantes, de quibus solum loquitur, ex vi suorum privilegiorum non possint ab his casibus absolvere, bene tamen ex communicatione cum alijs regularibus, circa hoc fortè privilegia habentibus. Si hoc esset, quemnam effectum haberet, vel revocatione Urbani, vel Alexandri damnatio intendentium in hoc Ecclesia

rectam gubernationem? Et sic ab hoc titulo, ut improbabile fugendum est.

146 Nec etiam regulares non Mendicantes ab his casibus sub ratione regularium absolvere possunt, nam per Urbanum VIII. revocata sunt circa hoc eorum privilegia, & etiam per Clementem X. vide Lumbier, tom. 1. Summa, num. 1180. & Torrecilla in consult. tract. 2. consult. 4. à num. 124 & non videtur rationi consonum, quod Mendicantibus, qui regulares sunt, ablata sit hæc facultas, & quod regulares eam habeant.

147 Intelligitur etiam hæc damnatio de communicantibus in privilegijs cum Mendicantibus: quia destructo principali, destruitur accessorium.

148 Nec etiam valet dicere, hoc Decretum Alexandri non esse in Hispania publicatum; quia eius publicatio necessaria erat, secundum probabilem sententiam, ut obligaret, iuxta dicta in advertentiis initio possitis, num. 5.

149 Nam ad hoc dicitur, quod etsi demus, non obligare, quatenus lex, seu præceptum est, obligat tamen quatenus declaratio Summi Pastoris est, quæ non indiget, ut ei assentiamur, & obligati maneamus publicatione, sed notitia certa, ex quacunque via eam acquiramus.

150 Unde ille, qui post certam huius Decreti notitiam praticaverit has, vel harum, aliquam propositionem, non delinquet contra eius decretum in Hispania, qua-

te.

quatenus lex, seu præceptum est, & consequenter, nec censuram in eo latam incurret, vt admittimus: peccavit tamen contra illam virtutem, de qua propositio tractat; & notam contradicere non effugiet, iuxta dicta loco citato, num. 1. & 7. Vide etiam in foro conscientiae explicationem huius propositionis, & notam initio harum Alexandri VII. propositionum positam.

151 Dices: quod in hac propositione non potest cadere damnatio, seu declaratio Papæ, sed revocatio, aut inhibitio: quæ ad iurisdictionem attinet; quam aliquando, Regulares Mendicantes ex Eugenio I V. per privilegium obtinuerunt: ergo in hac propositione non damnatio cadit: Cum nihil pernitiosum contra virtutem doceat, sed prohibitio iurisdictionis delegata, quam anteab Eugenio IV. habebant.

152 Nihilominus dicendum est, esse verè damnationem, & declarationem: Tum, quia Decreterum Alexandri VII. declaratum de quadraginta quinque propositionibus ab ipso damnatis loquitur, quarum una est duodecima, quæ ita est. Tum, quia propositio affirmabat, quod iurisdictione ab Eugenio I V. Mendicantibus clargita, iam tamen per Urbanum VIII. revocata, adhuc post ipsum perseverabat: & hæc Alexandri damnatio declarat, non permanere, sed extinctam esse: Vnde assertum absque dubio est, verè esse damnationem, & declarationem.

153 Non damnatur hic r: quod possint Mendicantes absolvere à censuris, quas sibi specialiter reservant Episcopi, attentis ilorum privilegijs; quia de casibus solum loquitur propositio, & est quid distinctum censura, & casus: nam censura est poena, & casus culpa, vt loquitur Hebas.

154 2. Non damnatur, quod etiam possint absolvere à casibus Episcopis reservatis, non ab ipsis, sed à iure communi, & non audio hic D. Hebas contrarium sententem, quia est commune, & assertur à Cursu Morali, tom. 4. tract. 18. cap. 4. punct. 1. §. 1. num. 6. Nam Urbanus, cuius revocationem facit hæc Alexandri damnatio, de casibus, quos Episcopi sibi reservant, loquitur,

155 Ratione item probatur: Nam casus à iure communi Episci pi commissi, sunt casus Papæ reservati: sed à casibus Papæ reservatis possunt regulares per eorum certa, & non revocata privilegia absolvere: ergo à casibus à iure communi Episcopis reservatis possunt regulares absolvere, quin huic contraveniat damnationi.

156 Quod etiam intelligitur de casibus per speciales Bullas Episcopis reservatis, vt de aborsu supradicto. Non obscure colligitur hæc resolutio ex quibusdam verbis revocationis privilegiorum ab Urbano VIII. quæ communiter, ait Hozes hic, num. 2. refertur ab Authoribus, & ita se habet: Adhuc privilegiorum pretextu à casibus, quos Episcopi ipsis reservant,

ab-

~~absolvebant~~. Vbi, vt vides, de casibus tantum, quos Episcopi sibi reservant, meminit Urbanus in sua revocatione.

157 3. Non damnatur, quod per Bullam Cruciatæ possunt Mendicantes ab Ordinario approbati, absolvere à casibus, quos sibi reservant DD. Episcopi, nam per eam quilibet approbatus potest. Ita communiter. Ratio est: nam damnata propositio loquitur de absolutione à regularibus, per eorum privilegia; sed quod nos loquimur est privilegium Bullæ Cruciatæ: ergo distinctum est.

158 Adverte, quod quotiescumque poenitens directe absolvitur à casibus, quomodo camque reservatis (vt in articulo mortis) vel dum adeat impedimentum adeundi ad Sedem Apostolicam in casibus Papæ reservatis, nulla obligatio se præsentandi postea manet in poenitente, nisi tales casus habeant annexam censuram (vt habent communiter, qui Papæ reservantur) quia tunc obligatus manet ex cap. Eos, qui de sentent. excommun. in 6. Ita Cursus Moralis, tom. 1. tract. 6. cap. 11. punct. 2. num. 21. & tom. 2. tract. 10. cap. 2. à num. 63. Vide supra num. 18. Si autem per Bullam Cruciatæ absolvatur ab eis, nec ista obligatio remanet (excepta heresi externa, quia pro hac nullus favor est in Bulla, vide num. 27.)

159 Vide in foro conscientiae, tract. 1. cap. 1. §. 5. 7. 8. 9. Privilegia regularibus concessa ad absolvendum, & dispensandum.

### TERTIA DE CIMA propositio.

SATISFACIT PRÆCEPTO  
annua confessionis, qui confitetur.  
regulari Episcopo presentato,  
sed ab eo iniuste reprobato.

Dannata.

### EXPLANATIO.

160 S Upponendum 1. ap-  
probationem esse  
quid distinctum à  
iurisdictione: illa est testimonium  
authenticum Ordinarij de sufficien-  
tia ministri. Iurisdiction autem est,  
licentia, seu elargitio subditorum  
ad eorum audiendas Confessiones.

161 2. Quod regulares solum  
indigent approbatione Ordinarii  
ad ministrandam secularibus po-  
nitentiam, qua posita, Summus  
Pontifex tribuit illis iurisdictionem,  
per privilegia illis concessa.

162 Sentiendum est, non sa-  
tisfieri præcepto Ecclesiæ de an-  
nua confessione per confessionem  
factam cum regulari Episcopo præ-  
sentato, & iniuste ab eo reproba-  
to, quia ita declarat Alexander.

163 Ratio est: nam talis con-  
fessio est invalida cum deficiat in  
ministro conditio necessaria, vt  
sit delegatus ad audiendas secula-  
rium confessiones (nimirum) ap-  
probatio exacta à Trident. sess. 23.  
cap. 15. de reform. Ergo si Ordinarii  
non approbat ex quacumque sit caufa, non habet regularis  
approbationem, & consequenter

non

non potest valide administrare Poenitentia Sacramentum.

164 Adverte, quod non intelligitur damnatio de regularibus in ordine ad alios regulares; nam respectu istorum, solum requiritur in quolibet Sacerdote deputatio, seu licentia Prælatorum poenitentis regularis iuxta suas Regulas, seu Constitutiones; & sufficit, quod hæc licentia sit tacita, id est, imbibita, vel in facultate, quam habet poenitens regularis ad agendum iter, vel quia Prælati vident, & tacent. Vnde Religiosi non habentes copiam Confessoris sui Ordinis, confiteri poterunt cum quolibet Sacerdote simplici: dummodo in contrarium Constitutionem non habeant, & apud nos tantum limitatur hoc respectu Sacerdotum simplicium eiusdem Ordinis, cum quibus non possunt Religiosi nostri validè confiteri; nec immediatus Prælatus ad hoc dare licentiam valet, nec ad intra, nec ad extra Conventuum. Ita nostra Constitutiones, 2. part. cap. 6. num. 5. Vide hæc apud nostr. Anton. à Spiritu Sancto, in direct. regul. tract. 2. disput. 2. sect. 1. num. 12. & in Cursu Morali, tom. 4. tract. 18. cap. 4. punct. 2. §. 6. n. 89. 92. & 93.

165 Idem intelligit Curs. Moralis, & Prado apud Corellam hic, num. 86. de Novitijs, & famulis commensalibus: nam in favorabilibus veniunt nomine regularium, qui sicut in Conventibus vbi degunt, possunt adimplere præceptum Ecclesiæ de annuali communione. Ita satisfacient præcepto

confessionis cum regulari non approbato ab Ordinario.

166 Non damnantur hic opiniones, quæ in regularibus supponunt approbationem, & assertant sufficere talem, aut talem approbationem, vt opinio afferens, posse regulares administrare mulieribus Poenitentia Sacramentum, et si non habeant etatem à Sinodalibus petitam. Vel illa, quæ affirmat, posse regulares sine limitatione sacerdotalium confessiones audire, etiam si limitat ab Episcopis approbentur, dummodo una, aut altera limitatio non sit ex defectu scientiæ, vel recte opinionis in moribus. Vide Cursus, §. 3.

167 2. Item, nec illa, quæ afferit, quod Religiosus ab Ordinario approbatus, quem idem, vel successor Ordinarius iniuste reprobavit, possit nihilominus sacerdotalium confessiones audire virtute privilegiorum suorum, & Cruciate Bullæ: quia Ordinarius non potest absque iusta causa approbationem à regulari auferre. Vnde verè manet approbatus, & consequenter adimpler sacerdotalis præceptum Ecclesiæ confessione cum illo facta.

168 Nullatenus tamen approbo, quod regulares semel ab uno Episcopo approbati, possint in alijs Dioecesis audire sacerdotalium confessiones, et si poenitentes subditi sint Episcopi approbantis, ut videre est in Moya, tom. 1. selectar. tract. 3. disp. 7. quest. 3. §. 2. num. 7. & circa hoc maxime vrget Bulla Clementis X. quam affert

affect Lumbier, & Torrecilla, in consult. tract. 2. consult. 1. num. 5. & num. 24. de qua in foro consc. tract. 1. cap. 1. §. 5. à num. 47.

169 Nec etiam damnatur, assertere, quod sufficit approbatio regularis ab Episcopo, reluctantibus illius Prælati. Ita Cursus Moralis, tom. 1. tract. 6. cap. 11. punct. 7. num. 109. Benè verum est, quod contradicentibus Prælati, non valebit regularis sic approbatus, vel sine licentia illorum approbatus, vt privilegijs Religionis, & sic nec absolvere a reservatis, nec dispensare in votis, iuramentis, & irregularitatibus. Et ratio est: quia privilegia conceduntur taliter à Pontificibus, vt Religiosi eis vtantur solum cum subordinatione ad Prælatos, per specialia privilegia in hoc ipsis concessa à Iulio II. Pio V. Leone X. & Clemente VIII. quod videri potest in Lezana, tom. 1. cap. 18. num. 26. & 27. & in Cursu Morali, tom. 4. tract. 18. cap. 4. punct. 2. §. 8. num. 107. in fine. Vnde in tali casu solum poterunt valide absolvere ab his peccatis, à quibus possunt ceteri sacerdotes Confessores. Vide Cursus, §. 1. num. 46.

170 Illa autem opinio, quæ affirmabat, quod approbatus in una Diocesi poterat ex privilegio Bullæ audire confessiones in alia, vbi non est approbatus, et si damnata non maneat ex vi huius Alexandri decreto, reprobatur tamen, & damnatur ex vi decreti Innocent. XII. de quo infra, & idem dic de aliis opinionibus ibi relatibus, §. 3.

## DECIMA QUARTA propositio.

**QUI FACIT CONFESSIONEM voluntariè nullam, satisfacit præcepto Ecclesie. Damnata.**

### E X P L A N A T I O.

171 **S**entiendum est, quod non satisfacit præcepto annuæ confessionis, qui voluntariè facit confessionem nullam; quia ita declarat Alexander.

172 Ratio: nam talis confessio est nulla, & potius sacrilegium: ergo non satisfacit, cum non apponat confessionem, quæ ei præcipitur.

173 Undè, qui voluntariè, & absque gravi causa peccatum in confessione, etiæ internum, aut circumstantiam speciem mutantem, tacet, vel qui voluntariè non affect dolorem, & propositum emenda, vt si est in occasione proxima voluntaria, seu cum mala peccandi consuetudine, quam non explicuit, & propter quas iudicavit non habere propositum, non adimpler, quia voluntariè nullam facit confessionem.

174 Adverte, quod quamvis defectus sit purè internum, vt non fateri peccatum internum, vel non habere internum dolorem, non adimpler, & incidit poenitens in excommunicationem, si posita fuit contra non adimplentes (contra Torrecilla hic, n. 21. ex Dian. 3. part. tractat. 4. resolut. 20. & Bas-

Basæo vbi infra, num. 14.) quia licet Ecclesia præcipere, prohibere, vel punire non possit actus interiores, vel eorum omissionem directè, potest tamen indirectè, hoc est, quatenus connexionem habent cum exterioribus, quos præcipit; & huiusmodi est dolor, aut peccatum internum non confessum, vel confitendum respectu confessionis, quam præcipit. Vide Suarez, de legib. lib. 1. cap. 13. & lib. 4. cap. 12. & tom. de cens. disp. 4. sect. 2. num. 27. & sect. 3. num. 18. & Salas de legib. disp. 9. sect. 1. num. 30.

175 Addit Torrecilla hic, num. 20. quod poenitens, erit nullam voluntariè fecit confessionem, reservationem tamen casuum, si aliquod poenitens fassus fuit, abstulit Confessor, si ex iure ordinario, vel ex privilegio, potuit ea reservata peccata audire. Et sic à quolibet approbato absolvi potest. Ita docet Basæus, tom. 1. verb. *Confessio Sacramentalis*, num. 13. & verb. *Casus reservatus*, num. 29. cum Coninch. Laiman. & alijs.

176 Non damnatur hic 1. asserere, quod adimpleretur præceptum per Sacramentum informe, quod quidem satis probabile est, quod datur, & non solum ex defectu extensionis doloris, sed etiam modo dicto in explicatione propos. 57. damnata ab innocentio XI. num. 894.

177 2. Non damnatur, quod si confessio nulla fuit ex defectu voluntario, non poenitentis, sed Confessoris, quia iurisdictionem

non habuit, vel intentionem absolvendi, aut non protulit verba absolutionis, & poenitens pro tunc non advertit, adimpleretur præceptum confessionis: quia confessio non fuit voluntariè nulla ex parte poenitentis, vt asserebat propositione.

178 Sed notandum, quod cum defectum advertit, tenetur poenitens ex præcepto Divino iterum illa peccata fateri; quia nec directè, nec indirectè, ab illis fuit absolutus. Si vero defectum Confessarii ante absolutionem advertit, & tamen confitetur cum illo, aut prosequitur confessionem, non adimpleretur; quia voluntarie fecit ipse poenitens nullam. Ita Corella hic, 8. impr. num. 91. cui assentio.

## DECIMA QUINTA propositio.

**POENITENS PROPRIA**  
authoritate substituere sibi alium  
potest, qui loco ipsius poenitentiam adimpleat.

Dammata.

## EXPLANATIO.

179 **S**entiendum est, non posse poenitentem propria authoritate substituere alium, qui poenitentiam Sacramentalem adimpleat; quia ita declarat Alexander.

180 Ratio est: nam adimplatio poenitentiae debet esse cum subordinatione ad iudicem: ergo non erit licitum absque subordinatione ad illum per alterum adimplere,

plere, & non præsumitur confessarium ita velle fieri, præcipue in oneribus personalibus, vt ieunare, orare, peregrinari, & potiori ratione in Poenitentijs medicinalibus.

181 Non damnatur 1. quod authoritate Confessoris possit poenitens adimplere poenitentiam per alium, & sufficit licentia Confessoris tacita, interpretativa, & virtualis. Ex Torrecill. cum D. Thom. & alijs. Debet tamen semper adimplere per se ipsum Poenitentiam medicinalis. Vide Leand. tom. 1. tract. 5. disp. 90.

182 2. Non damnatur, asserere, quod si poenitentia fuerit eleemosina, possit per alium elargiri, dummodo sit ex bonis poenitentis, aut si poenitens postulet ab alio, quod ex huius bonis faciat eleemosinam: quia idem est accipere ab illo materiam eleemosinæ. Et videtur mihi, quod si alter se offerat ad elargiendam eleemosinam ex suis bonis nomine poenitentis, poterit iste pro debita poenitentia applicare. Non vero tenetur poenitens ab alio petere, si ipse non potest.

183 Si autem confessarius præcipit poenitenti, vt ipsem elargiatur ad humiliationem, non adimpleretur; si per alium faciat; quia tunc imponitur pro poenitentia ipsa elargitio, seu humiliatio, vt est actio personalis poenitentis.

184 3. Non damnatur opinio Dian. 2. part. tract. 15. resol. 53. & Villal. de Poenit. def. 79. concl. 1. afferentum posse poeni-

tatem commutare in melius Pœnitentiam, etiam medicinalem; quia ita præsumitur velle confessarium. Non vero acquiesco huic opinioni, nisi illud melius contineat formaliter minus.

185 4. Non damnatur opinio Bonac. de Poenit. disp. 5. quæst. 5. sect. 3. num. 7. & aliorum (nimirum) quod Poenitentia non medicinalis potest commutari à poenitente, lucrando indulgentias, præcipue si plenariae sunt. Quod quidem distinctum est à damnata propositione; quia hoc non est, per alium implere poenitentiam. Addit tamen Bonac. sequentia: *Consulendum cuique est, ne satisfactiones pretermittat per indulgentias; sic enim certior via eligitur, magna percipitur utilitas ex satisfactione ad peccata in futurum praevenda.*

186 5. Non damnatur, asserere, quod si poenitentia sit levis, etiam pro mortalibus imposta, vt unus Psalmus *Miserere*, erit solum veniale adimplere per alium; sicut solum est veniale, vel non admittere, vel non adimplere. Ita Bonac. de Sacram. disp. 5. quæst. 3. punct. 4. num. 4. & Cursus Moral. tom. 1. tract. 6. cap. 10. punct. 4. num. 61.

187 Suppono, quod si poenitentia fuerit gravis, vt ieunium, est mortale non adimplere, & non admittere, si proportionata est. Et iudicat Suarez in 3. part. disput. 38. sect. 7. n. 2. esse contra fidem asserere, non obligari poenitentem sub mortali acceptare illam.

DECIMASEXTA  
propositio.

**QUI BENEFICIUM CURATUM**  
babent, possunt sibi eligere in Confessarium simplicem Sacerdotem,  
non approbatum ab Ordinario.  
Damnata.

## EXPLANATIO.

188 **S**entiendum est, non posse Parochum eligere in Confessarium sibi simplicem Sacerdotem: id est, non approbatum ab Ordinario; quia ita declarat Alexander.

189 Ratio est: quia licet admittamus, habere omnes Praelatos, tam saeculares, quam regulares, facultatem eligendi in Confessarium simplicem Sacerdotem, non competenter Parochis, quia propriè non sunt Praelati, & in iure fit distinctio ipsorum respectu Praelatorum, vt constat in Clementin. Dardum, de sepulturis. Et videri potest in Cursu Morali, tom. 4. tract. 18. cap. 4. punct. 2. §. 2. num. 53. ubi afferit, & explicat hanc damnam propositionem.

190 Vnde Praelatorum regularium facultas in hoc illæsa manet: & sic omnes Praelati regulares, vt sunt Generales, Provinciales, Priors Locales, & alij Conventuum immediati Praelati, & eorum Vicarij, elapsis viginti quatuor horis de absentia Praelatorum, possunt sibi eligere in Confessarium Sacerdotem simplicem, seu

secularem, sive regularem, sive sui, sive alterius Ordinis, & ita fuit ipisis concessum, in cap. ultim. de Poenit. & remissionibus, vt afferit praedictus Cursus, num. 50.

191 Et licet Concilium Trident. sess. 23. cap. 15. de reform. in aliquo hanc facultatem revocavit, non tamen respectu Religiosorum, sed respectu quorumcumque secularium, etiam Sacerdotum, id est, quod nullus saecularis, etiam Sacerdos, possit eligere in Confessarium, nisi beneficium habentem Curatum, aut ab Ordinario approbatum, vt constat ex illis verbis: *Nullum etiam regularem posse confessiones saecularium etiam Sacerdotum audiri.*

192 Ex quo decreto duo sequuntur, 1. quod in nullo revocat facultatem Praelatorum regularium possitam num. 190. quia loquitur Concilium de saecularibus: *Confessiones saecularium*, & neque in predicta damnatione includuntur, cum propriè non gaudeant beneficio Curato.

193 Secundum, quod sequitur est, quod licet Parochi essent Praelati, per Tridentinum revocata est illis hæc facultas, & non solum illis, verum etiam iuxta communem assensum DD. Episcopis revocata est. Quare non possunt eligere in Confessarium simplicem Sacerdotem, vel quia Sacerdotes sunt saeculares, vel quia beneficium habent Curatum. Contra Torrecill. hic, num. 54.

194 Bene verum est, quod cum eligunt Episcopi simplicem

Sacerdotem, idoneum iudicant, & eo ipso quod eligunt, approbant, vt colligitur ex cap. Trident. citato, illis verbis: *Aut alias idoneus iudicatur.* Ita Corella hic, 8. impres. num. 105. fine. Vide Suarez de Poenit. disputation. 28. sect. 4. à num. 8. & Palaum, tom. 4. tract. 23. disp. vnica, punct. 17. §. 2. num. 3.

195 Quibus autem privilegiis gaudeant regulares pro absolutione Sacramentali cum alijs regularibus, & in dispensando cum eis, in votis, iuramentis, & irregularitatibus, & pro eligendo sibi Confessario: Vide in foro concil. tract. 1. cap. 1. §. 8. 9. & 10.

196 Potest Parochus eligere pro suis oibis confitendis Parochum alterius Dioecesis, vel Sacerdotem approbatum in ea Dioecesi, ubi confessiones excepturus est, vt infra in explicatione decreti Innocentij XII. dicam.

197 Non damnatur hic, quod si Parochus regularis fuerit, possit eligere in Confessarium sibi simplicem Sacerdotem, habita suorum Praelatorum licentia ad minus tacita, iuxta dicta num. 164. non quia Parochus, sed quia regularis.

DECIMASEPTIMA  
propositio.

**E ST LICITVM RELIGIOSO;**  
vel Clerico calumniatorem varia cri-  
mina, de se, vel de sua Religione,  
spargere minantem, occidere, quan-  
do alius modus defendendi non sap-  
petit, ut suppeteretur non videtur, se  
calumniator sit paratus, vel ipse  
Religioso, vel eius Religioni publice,  
& coram gravissimis viris predi-  
cta impingere, nisi occidatur.

Damnata.

## EXPLANATIO.

198 **D**uas partes hæc propositio continet, unam de facultate occidendi calumniatorem, alteram de eo, quod alius non suppeditat modus se defendendi.

199 Et sentiendum est, 1. non esse licitum Religioso, vel Clerico occidere calumniatorem, varia crimina de se, vel de sua Religione spargere minantem, etiamsi alius modus se defendendi non suppeditat, quia ita declarat Alexander.

200 Ratio est: nam quamvis licitum sit cuilibet, etiam Sacerdoti, & Religioso defendere vitam, honorem, famam, aut rem familiarem, debet hoc intelligi servato moderamine, & in casu propositionis nunquam servatur, occidendo aggressorem, et si iudicio patientis non suppeditat alius modus se defendendi; quia ob-

34 *Propositiones damnatae ab Alexand. VII.*

noxium est hoc scandalis, cum plures iudicaret aggressus, non ad esse aliud medium. Vnde occidere illum, in hoc casu lethale iudicandum est, cum materia gravis sit.

201. Et hic venit secunda propositionis pars, circa quam sentendum est, esse falsum afferere quod communiter non suppetat alius modus se defendendi à calumniatore parato ad spargendum publicè crima coram gravissimis viris, vel ipsi Religioso, vel eius Religioni, quam ipsum occidendo.

202. Ratio est: nam medium proportionatum se defendendi à verbis minacibus ab altero minante calumnias, verba debent esse, & non iniuriosa, cum non deceant Statutum Ecclesiasticum, & Religiosum, sed persuassibilia, vel minantia de arguendo calumniatorem coram iudice de falsitate, & mendacijs.

203. Adverte, quod Clericus intelligitur ad minus, qui est tonsuratus, & habitum, & tonsuram defert, & de licentia Episcopi Ecclesiæ inservit, de quo vide Cursus Moral. tom. 2. tract. 8. cap. 7. punct. 5. à num. 59. nam si hoc requiritur ad favorabilia in Clerico, ratio dictat, quod exigatur ad odiosa.

204. Non damnatur 1. opinio Azor, Mol. & Dian. qui illos sequitur, 5. part. tract. 4. resol. 9. qui afferunt, quod seculari est licetum impedire calumniam, quam minatur alter, illum occidendo, si non datur aliud medium illam im-

pediendi, quia pròpositio damnata solum loquitur de Clerico, aut Religioso.

205. 2. Non damnatur, quod etiam Religiosus, vel Clericus potest impedire morte calumniatoris ne prosequatur in calumnijs coram gravissimis viris, quas iam cœpit spargere, & non datur alius modus impediendi; quia damnata solum loquitur de illo, qui minatur, non de illo, qui de facto spargit. Et licet in isto casu detur eadem ratio damnationis, tamen in odiosis, & poenalibus, non vallet similis, vel eadem ratio, ait Suarez de legib. lib. 6. cap. 3. num. 5. Curs. Moral. tom. 3. tract. 11. cap. 4. punct. 3. §. 3. num. 39. Sed nec vnam, vel alteram opinionem sequendam puto, quia fatis sunt scandalis obnoxiae.

## DECIMA OCTAVA

propositio.

*LICET INTERFICERE FALSUM ACCUSATOREM, FALSOS TESTES, AC ETIAM IUDICEM A QUO INIQUA CERTO IMMINET SENTENTIA, SI ALIA VIA NON POTESIT INNOCENS DAMNUM VITARE.* Damnata.

## EXPLANATIO.

206. **S**entiendum est, esse peccatum grave (quia materia gravis est) occidere falsum accusatorem, falsos testes, aut Iudicem, à quo iniqua certo imminet sententia, quamvis alia via non appareat innocen-

## Propositio Decima octava.

35

ti ad damnum vitandum; quia ita declarat Alexander, contrarium damnando, & intelligenda est damnatio, etiam de sententia capitali.

207. Ratio huius declarationis est: tum, & meo videri principaliter, quia etsi demus speculativè esse probabilem hanc propositionem, præcipue si sententia, quæ imminet capitalis est, cum licita sit defensio viræ, & famæ cum alterius occisione, servato moderamine, tamen in praxi valde perniciosa, & scandalosa est: nam pluribus homicidijs viam sternit, cum paucum obcœcati homines iudicarent iniuste contra ipsos agi.

208. Tum, quia prædictus casus non est ita vrgens, vt non possint alia proportionata media adhiberi, vt appellare de sententia, vel recusare iudicem, aut testes adducere contra testes.

209. Adverte, quod quotiescumque ab inimico præparantur instrumenta, vt scopelum, vel insidias ponit ad occisionem, si casus vrget certo moraliter, & non datur alia via evadendi periculum moraliter, etiam certo imminens: tunc casus, cum iam præsumitur actu moraliter aggressor, licitum est occidere: Vide Avilam de censor. 7. part. disp. 5. sess. 3. dub. 1. Dicattillo, tom. 2. tract. 1. disp. 10. dub. 9. Nunquam tamen licet de medio tollere eum, qui actu moraliter aggressor non iudicatur.

210. An autem si iniusta sententia capitis iam est probata, &

iudicatur vt medium vnicum, vt non publicetur, & executioni non mandetur, occisio iudicis, sit tunc licita? Non video, esse casum damnationis, quæ solum de imminente sententia loquitur, & hoc quamvis eadem detur ratio, iuxta dicta n. 205. nec tamen resolvo.

DECIMONA  
propositio.

*NON PECCAT MARITUS  
occidens propria autoritate vxorem  
in adulterio deprensam.*

Damnata.

## EXPLANATIO.

211. **S**entiendum est, maritum peccate (*moraliter, quia materia gravis*) occidendo propria autoritate vxorem in adulterio deprensam, quia ita declarat Alexander. Ratio est: nam occiso proximi autoritate privata solum causa defensionis est licita; sed in nostro cau non est defensio, sed vindicta, vt potè iniuria iam facta ergo non est licita.

212. Dices: Iura permitunt hanc occisionem: ergo licita est. Contra, nam iura permitunt solum permissione impunitonis, non executionis, id est, non permittunt factum, sed quod maneat impunitum. Nec iura civilia constituant maritum iustitiae ministrum in hac permissione, vt aliqui somniavere. Et addo, quod si talia decreverunt, à iure Canonico vt quid injustum reprobatum est:

C 2

cum

cum sit contra ius naturae reum inauditum punire. Vide hæc in D. Thom. in 4. dist. 37. quæst. 2. artic. 1. quod docet August. lib. 2. de Adult. coniug. vbi ait: *Non licet homini Christiano adulteram coniugem occidere, sed tantum dimittere.*

213 Idem die de ipso marito respectu adulterij; quia eadem, vel potius fortior invenitur ratio; & idem dic de illo, qui cum sua filia, aut sorore, aut matre alium comperit in fornicatione. Et adverte, quod si aliquis inveniat Clericum turpiter agentem cum uxore, matre, sorore, aut filia, non incurret, et si peccet, excommunicationem contra percutorem Clerici, ex cap. Si vero, 1. de sentent. excommunic. vt videri est in Palao de cens. disp. 3. punct. 23. §. 3. num. 13. Incurret tamen irregularitatem occidendo eos, aut alterum, vt omnes adstruunt, teste Curs. Moral. tom. 3. tract. 13. cap. 2. punct. 1. num. 16.

214 Non damnatur hic 1. quod si Iudex committat marito executionem sententiae, licet posse iste esse illius executor. Et quod si ipse maritus sit Iudex, possit eam capitum damnare per sententiam depositio in his odio, & vindicta; non tamen potest eam, vt persona privata occidere.

215 2. Non damnatur, quod si maritus inveniat uxorem, & adulterum paratos ad adulterium, & non velint desistere per eius presentiam, & minas, possit eos occidere, si non suppetat aliud

medium, quia est iusta honoris defensio. Ita Curs. Moral. tom. 3. tract. 13. cap. 2. punct. 1. num. 17.

216 3. Non videtur hic damnari, quod si maritus inveniat adulteros in fraguanti, & minetur ipsis, se eos occidetur, si non se avertant à perpetrandā iniuria, & noluerint, possit eos occidere servato moderamine; nam est iusta defensio continuationis offendæ, & propositio loquitur absque hac prudenti limitatione. Vide à paritate explicationem proposit. 30. ab Innocent. XI. damnatae, n. 659.

#### VIGESIMA PROPOSITIO.

**RESTITUTIO A PIO QUINTO**  
imposita Beneficiatis, non recitantibus, non debetur in conscientia  
ante sententiam declaratoriam  
Iudicis eo quod sit poena.  
Damnata.

#### EXPLANATIO.

217 **A**dvertendum est 1. quod humanus Legislator obligare potest ad poenam iustum in conscientia, hoc est, ante sententiam iudicis. Ita Tapia, lib. 4. quæst. 10. art. 8. Salas de legib. disp. 15. sect. 2. num. 25. Cursus Moral. tom. 3. tract. 11. cap. 2. punct. 3. num. 56.

218 Advertendum 2. quod non est propriæ poena, quæ à Pio V. Beneficiatis imponitur non faciendi suos fructus, si non recitaverint; sed inhabilitas ad facien-

dos

dos eos suos, quod legitimè fieri potest, cum hoc Ecclesiæ iurisdictioni, seu administrationi, quam in hæc bona habet, subiiciatur, & constat ex verbis Decretorum Leon. X. & Pij V. Nam in uno ait Pontifex: *Beneficiorum suorum fructus, suos non faciant, & ex sequentibus: Sed eos, tanquam iustè perceptos, erogare teneantur.*

219 Advertendum 3. quod Beneficiatus, quamvis non recitet Officium Divinum primis sex mensibus post obtentam pacificam possessionem Beneficij, non tenetur aliquid restituere, vt ait Castro Palao, 2. part. tract. 7. disput. 2. punct. 7. num. 2. cum alijs, quos affert, qui probant ex Const. Concilij Lateranens. & ex Bulla Pij V. Alia, quæ circa hoc decreatum, & Officij Divini recitationem, scire debent Beneficiati, videri possunt in Villal. tom. 1. tractat. 24. à dif. 10. & 17. & in Cursu Moral. tract. 16. cap. 2. punct. 4. & cap. 3. à punct. 4. & in foro consci. tract. 2. cap. 5. §. 6. num. 228.

220 Sentiendum est ergo, quod restitutio imposta à Pio V. Beneficiatis non recitantibus, debetur in conscientia ante sententiam iudicis, eo quod non est propriæ poena, quia ita declarat Alexand. Ratio est posita num. 218. & etiam si dicamus, quod est poena, manet quoque damnata hæc propositio propter dict. num. 217. nam si hæc poena est, intendit Iudex Canonicus, vt in hac damnatione patet, quod obliget in con-

scientia, id est, ante sententiam Iudicis.

221 Et addo, quod licet in specie non damnetur hic opinio assens, quod Beneficiatus, quæ uno, vel altero die non recitat, vt si per annum octo dies non recitaverit, non obligatur ad restitucionem; vt ait Enriq. Aug. sect. 36. quæst. 28. num. 73. Tamen iudico illam improbabilem, quia directe opponitur decreto Pij V. Ita Torrecill. hic, num. 42.

222 Adverte, quod si non datur peccatum grave in omittenda recitatione, nec etiam est obligatio restituendi, vt colligitur ex illis verbis Concilij Lateran. *Legitimo impedimento effante.* Ita Palaus, tom. 2. tract. 7. disp. 2. punct. 7. num. 3. & alii.

223 Unde si parva materia omittatur, quæ talis sit iuxta opinionem probabilem, nulla erit obligatio restituendi, et si quantitas fructus illi correspondentis magna sit. Sanchez lib. 4. summ. cap. 3. num. 13.

224 Insuper si ex qualibet hora omittatur parva materia, nec erit obligatio restituendi, etiam si omnes parvæ materiæ relatae faciant gravem materiam respectu totius officij, ac proinde peccet mortaliter omitens: nam præcepsum de restituendo est pro quacumque hora, at vero de recitando iuxta opinionem probabilem est totius officij. Ita Dian. 2. part. tract. 12. ref. 8. cum Filliuc. & Curs. Moral. tom. 4. tract. 16. cap. 2. punct. 4. num. 56.

cum sit contra ius naturae reum inauditum punire. Vide hæc in D. Thom. in 4. dist. 37. quæst. 2. artic. 1. quod docet August. lib. 2. de Adult. coniug. vbi ait: *Non licet homini Christiano adulteram coniugem occidere, sed tantum dimittere.*

213 Idem die de ipso marito respectu adulterij; quia eadem, vel potius fortior invenitur ratio; & idem dic de illo, qui cum sua filia, aut sorore, aut matre alium comperit in fornicatione. Et adverte, quod si aliquis inveniat Clericum turpiter agentem cum uxore, matre, sorore, aut filia, non incurret, et si peccet, excommunicationem contra percutorem Clerici, ex cap. Si vero, 1. de sentent. excommunic. vt videri est in Palao de cens. disp. 3. punct. 23. §. 3. num. 13. Incurret tamen irregularitatem occidendo eos, aut alterum, vt omnes adstruunt, teste Curs. Moral. tom. 3. tract. 13. cap. 2. punct. 1. num. 16.

214 Non damnatur hic 1. quod si Iudex committat marito executionem sententiae, licet posse iste esse illius executor. Et quod si ipse maritus sit Iudex, possit eam capitum damnare per sententiam depositio in his odio, & vindicta; non tamen potest eam, vt persona privata occidere.

215 2. Non damnatur, quod si maritus inveniat uxorem, & adulterum paratos ad adulterium, & non velint desistere per eius presentiam, & minas, possit eos occidere, si non suppetat aliud

medium, quia est iusta honoris defensio. Ita Curs. Moral. tom. 3. tract. 13. cap. 2. punct. 1. num. 17.

216 3. Non videtur hic damnari, quod si maritus inveniat adulteros in fraguanti, & minetur ipsis, se eos occidetur, si non se avertant à perpetrandā iniuria, & noluerint, possit eos occidere servato moderamine; nam est iusta defensio continuationis offendæ, & propositio loquitur absque hac prudenti limitatione. Vide à paritate explicationem proposit. 30. ab Innocent. XI. damnatae, n. 659.

#### VIGESIMA PROPOSITIO.

*RESTITUTIO A PIO QUINTO imposta Beneficiatis, non recitantibus, non debetur in conscientia ante sententiam declaratoriam Iudicis eo quod sit poena.*

Damnata.

#### EXPLANATIO.

217 **A**dvertendum est 1. quod humanus Legislator obligare potest ad poenam iustum in conscientia, hoc est, ante sententiam Iudicis. Ita Tapia, lib. 4. quæst. 10. art. 8. Salas de legib. disp. 15. sect. 2. num. 25. Cursus Moral. tom. 3. tract. 11. cap. 2. punct. 3. num. 56.

218 Advertendum 2. quod non est propriæ poena, quæ à Pio V. Beneficiatis imponitur non faciendi suos fructus, si non recitaverint; sed inhabilitas ad facien-

dos

dos eos suos, quod legitimè fieri potest, cum hoc Ecclesiæ iurisdictioni, seu administrationi, quam in hæc bona habet, subiiciatur, & constat ex verbis Decretorum Leon. X. & Pij V. Nam in uno ait Pontifex: *Beneficiorum suorum fructus, suos non faciant, & ex sequentibus: Sed eos, tanquam iustè perceptos, erogare teneantur.*

219 Advertendum 3. quod Beneficiatus, quamvis non recitet Officium Divinum primis sex mensibus post obtentam pacificam possessionem Beneficij, non tenetur aliquid restituere, vt ait Castro Palao, 2. part. tract. 7. disput. 2. punct. 7. num. 2. cum alijs, quos affert, qui probant ex Const. Concilij Lateranens. & ex Bulla Pij V. Alia, quæ circa hoc decreatum, & Officij Divini recitationem, scire debent Beneficiati, videri possunt in Villal. tom. 1. tractat. 24. à dif. 10. & 17. & in Cursu Moral. tract. 16. cap. 2. punct. 4. & cap. 3. à punct. 4. & in foro consci. tract. 2. cap. 5. §. 6. num. 228.

220 Sentiendum est ergo, quod restitutio imposta à Pio V. Beneficiatis non recitantibus, debetur in conscientia ante sententiam Iudicis, eo quod non est propriæ poena, quia ita declarat Alexand. Ratio est posita num. 218. & etiam si dicamus, quod est poena, manet quoque damnata hæc propositio propter dict. num. 217. nam si hæc poena est, intendit Iudex Canonicus, vt in hac damnatione patet, quod obliget in con-

scientia, id est, ante sententiam Iudicis.

221 Et addo, quod licet in specie non damnetur hic opinio assens, quod Beneficiatus, quæ uno, vel altero die non recitat, vt si per annum octo dies non recitaverit, non obligatur ad restitutio nem; vt ait Enriq. Aug. sect. 36. quæst. 28. num. 73. Tamen iudico illam improbabilem, quia directe opponitur decreto Pij V. Ita Torrecill. hic, num. 42.

222 Adverte, quod si non datur peccatum grave in omittenda recitatione, nec etiam est obligatio restituendi, vt colligitur ex illis verbis Concilij Lateran. *Legitimo impedimento effante.* Ita Palaus, tom. 2. tract. 7. disp. 2. punct. 7. num. 3. & alii.

223 Unde si parva materia omittatur, quæ talis sit iuxta opinionem probabilem, nulla erit obligatio restituendi, et si quantitas fructus illi correspondentis magna sit. Sanchez lib. 4. summ. cap. 3. num. 13.

224 Insuper si ex qualibet hora omittatur parva materia, nec erit obligatio restituendi, etiamsi omnes parvæ materiæ relatae faciant gravem materiam respectu totius officij, ac proinde peccet mortaliter omitens: nam præcep tum de restituendo est pro qua cumque hora, at vero de recitando iuxta opinionem probabilem est totius officij. Ita Dian. 2. part. tract. 12. ref. 8. cum Filliuc. & Curs. Moral. tom. 4. tract. 16. cap. 2. punct. 4. num. 56.

propositio obligationem supponebat, sed in adimplectione deficiebat. Sed ne Prædicatores nimiam sibi licentiam sumant in omittendo Officium Divinum, causa predicationis, referam responsum Gregorij XIII. cuidam Prædicatori quotidie tres Conciones ad Populum magno cum animarum fructu prædicanti, qui quidem Pontifici supplicans pro dispensatione obtinenda ea de causa, ad non recitandum Horas Canonicas: Respondit illi Gregorius, quod refert Urbanus Carmelita in Theolog. Moral. & practica, tract. 2. regul. 8. *Se malle* (inquit Pontifex) ipsam unica Concionem populos instruere, se vero primum adificare, & implere spiritu devotionis per recitationem horarum, ut alijs delinde communicare posset de sat abundantia fervoris, & affectus in precati- nibus banisti. Ita adducit Magister Hozes hic, num. 2. fine. Qui ad Horas Canonicas tenetur, non potest Officium suscipere impedimentum recitationis earum, ut communis fert sententia, nisi gravissima causa interveniente: Vnde nec ratione studij excusandus est, quamvis in eo plures insumat horas pro consultis respondendis: quia vt in plurimum, non ita vrget responsio, quod pro alio tempore differri non possit, nisi urgentissima, vt iam dixi, causa instante. Nec insuper excusat disponere libros, vt prælo mandentur: sic Bonacini de Horis Canoniciis, quæst. 6. punct. 2. num. 3. Villal. tract. 14. dif. 16. num. 8. Thom.

Hurt. tom. 1. resol. 10. vbi adducit Navarr. cap. 11. num. 32. qui refert sequentem Glossæ sententiam, quæ sic se habet: *Maledictum studium propter quod relinquitur Officium Divinum.* Ita Hozes, n. 3.

235 2. Non damnatur opinio afferens, quod si solus recitare non potest, bene verò cum altero, non obligatur socium recitationis vocare, nec etiamsi alter se invitet, recitare cum illo tenetur, vt officium adimpleat; quia hoc privilegium est, quo uti non obligatur, qui habet illud. Contraria tamen opinio communior, probabiliorque est, vt videri hic est in Garcia, qui eam tenet tract. 2. in Summ. Moral. disp. 7. dub. 2. num. 8. & in Dian. de Horis Canonici. resol. 43. Nam quando præceptum commode adimpleri potest, implendum est. Sicut interdictus, qui ex Bullæ Cruciatæ privilegio potest Missæ adesse, assistere illi debet in die festo ex probabiliori opinione. Ex damnatione sequitur, quod non tenerur per alium recitare, qui per se, aut cum socio recitare non vallet. Nec ab alio audire obligatur, quia qui solum audit, non recitat.

236 Religiosi habent diversa privilegia, vt cum illis à suis Prælatis dispensari possit in Officio Divino admixta aliqua commutatione, propter alias occupationes non excusantes à recitatione, quæ videlicet possunt in nostr. Fr. Ant. à Spiritu Sancto, in direct. regul. tract. 2. disp. 2. & in Curs. Moral. tom. 4. tract. 16. cap. 3. punct. 7. & in for. cons. citato num. 230.

### VIGESIMA SECUNDA propositio.

**NON EST CONTRA IUSTITIAM** Beneficia Ecclesiastica non conferre gratis, quia collator conferens, illa Beneficia Ecclesiastica, pecunia interveniente, non exigit illam pro Collatione Beneficij, sed veluti pro enolumento temporali, quod tibi conferre non tenebatur.

Damnata.

### EXPLANATIO.

237 **S**upponendum 1. quod Beneficium est: *Ius perpetuum percipiendi fructus de bonis Ecclesiasticis propter aliquod Officium Spirituale institutum auctoritate Ecclesie, in quo ut ex communi advertit Correll. 8. in præsent. num. 137. tria considerantur: 1. Obligatio, & ius ad aliquam actionem, seu ministerium spirituale: 2. Ius percipiendi fructus ex bonis Ecclesiasticis: 3. Ipsa bona, seu fructus, quos Ecclesia dat.*

238 Pro 1. accipere aliquid temporale, est simonia ex Divino iure. Pro secundo est simonia ex iure Ecclesiastico; & aliqui dicunt, quod etiam ex iure Divino propter connexionem cum primo. Suarez, tom. 1. de Relig. lib. 4. cap. 24. à num. 7. Pro 3. hoc est, pro fructibus Ecclesiasticis, potest accipi, & reddi aliquid temporale. Unde ius, quod habet conductor vulgo *Arrendador*, fructuum Eccle-

sasticorum, ad eos, non est Beneficium, sed pactum, quod iniit cum Beneficiato.

239 Supponendum 2. quod Beneficium tripliciter acquiritur, præsentatione, electione, & collatione. Acquiritur ergo præsentatione, quando Patronus præsentat aliquem pro Beneficio, & quando isto modo superior illud confert præsentato, dicitur institutionis; quando datur per electionem, appellatur modus concurrendi superioris confirmatio. Collatione datur Beneficium, quando ad Episcopum, aut alium Prælatum superiorem pertinet Beneficium conferre absque præsentatione, aut electione: & modus sic conferendi dicitur collatio. Duxi, quod etiam est iuxta aliquos simonia ex iure Divino, & Naturali accipere aliquid pro iure ad percipiendos fructus ex bonis Ecclesiasticis: nam ita connexum est hoc ius cum iure ad exercendas actiones, seu ministeria spiritualia, vt non valeant præscindi; quia prædicti fructus, si intelligantur, ut non orti à iure Spirituali, quod est in Beneficio, amittunt quod essentialiter requirunt, vt fructus Ecclesiastici sint; ergo inseparabile est, & impræscindibile ius percipiendi eos fructus, à iure spirituali in Beneficio: ergo si hoc est de iure Divino, & Naturali: ergo illud. Ita sentiunt Villal. tract. 27. dif. 28. num. 1. Sanch. in Concil. lib. 2. cap. 3. dub. 24. num. 1. Palao, disp. 3. punct. 13. & alij. Contra summistas quosdam, qui assertunt, esse tantum de iure Eccle-

225 Non damnatur hic opinio afferens, quod Beneficiatus, qui omnino distractus Officium Divinum recitavit, non obligatur ad restitutionem, et si obligationem recitandi non impleverit, nam præcepta recitandi, & restituendi diversa sunt: & præceptum recitandi indirecte præcipit attentionem: & ideo Innocentius III. in cap. *Dolentes* iubet, ut devote, & studiosè recitetur. Et præceptum restituendi ponitur, non recitantibus absque addito: & huic præcepto vere accommodatur, quod *Ecclesia non iudicat de occultis*. Ita refert Curs. Moral. de Horis Canonicas, cap. 2. punct. 4. num. 17. sic etiam Hozes cum Villal. sed ego id non admitto, quia iste vere non recitavit: & restitutio imponitur non recitantibus, seu Horas Canonicas omittentibus.

226 Non damnatur 2. opinio Dian. 2. part. tract. 12. resol. 25. afferentis, quod obligatio restituendi non oritur ex virtute iustitiae, sed Religionis: nam hæc opinio non deobligat à restituendo, sed tantum designat radicem restitutionis, sed huic opinioni non assentio, quia restitutio est actus rigurosæ iustitiae, non Religionis, quæ solum est pars iustitiae, non subiectiva, sed potentialis.

227 Non damnatur 3. opinio apud Dian. 9. part. tract. 3. resol. 67. affirmans, quod qui vulgari idiomate, v. g. *Castellano*, recitaret Officium Divinum, non tenetur restituere: nam eti materialiter peccaret, vere recitavit. Ita

Corella hic, numer. 132.

228 Non damnatur 4. afferre, quod Canonicus Choro assistens, quamvis nec ibi, nec extra Chorum recitet, non tenetur distributiones restituere: nam istæ dantur pro assentia, & hic vere assit, & retributiones non comprehenduntur nomine fructuum Beneficij. Ita Dian. 4. part. tract. 4. resol. 149. cum alijs, & Torrecilla hic, num. 38. cum Escobar, & Sanchez. Torrecill. in present. num. 36. refert opinionem Salas de legibus, disp. 15. sect. 2. num. 27. affirmantis, quod Canonicus, qui fructus omnes sui Beneficij, quos Hispanæ vocant *La grueza*, iam accepit, si postea omittit Officium, non tenetur restituere: quia legitime accepit, quam referens Dian. 2. part. tract. 12. resol. 8. fine, non impugnat, sed ego omnino rejicio, sentioque directè in damnatione comprehendi: quia licet tunc licet accepit, ea fuit conditione, ut Divinum impleret Officium: quod si lethaliter peccando omissit, reus mansit restituendis.



### VIGE SIMA PRIMA propositio.

**HABENS CAPELLANIAM**  
*Collativam, aut quodvis aliud Beneficium Ecclesiasticum, si studio litterarum vacet, satisfacit sua obligationi, si officium per alium recitet. Damnata.*

### EXPLANATIO.

229 **S**entiendum est, quod habens Capellaniam Collativam, & vacat studio litterarum, non satisfacit obligationi recitandi, si officium per alium recitet, quia sic declarat Alexander. Ratio est: nam obligatio recitandi est onus personale: ergo supposito, quod occupatio, quæcumque sit, non tollit obligationem, nequid per alium adimpleri: sicut obligatus ad ieiunium, non adimplet ex eo quod alter per illum ieiunet.

230 Ex quo sequitur, quod talis Beneficiatus manet obligatus ad restituendum ex omissione horarum, etiamsi per alium officium recitet, quia si advertit ad damnationem omittit peccando graviter. Vide num. 222.

231 Non loquitur propositio de Capellanijs non collativis, vulgo, *de Legis*, quæ absque Episcopi auctoritate, & obligatione ad maius officium fundantur.

232 Non damnantur 1. opinio deobligantes à recitatione horarum, & quod de eorum obli-

gatione dubitent. Prima est, vt si Beneficium ita est tenue, vt non supersint Beneficiato (demptis sumptibus Missarum, & subsidijs) triginta annuatim ducata, vel vt alijs placet, tertia pars congrui alimenti, non tencatur Officium Divinum dicere. Vide Diana 2. part. tract. 12. resol. 9. & 4. part. tract. 4. resol. 146. & 5. part. tract. 5. resol. 25.

1. 233 Secunda est, quod per Beneficium Ecclesiasticum inducens obligationem recitandi, non intelliguntur Vicaria, aut Pensio, vel Coadiutoria cum successione futura. Ita Palao, tom. 2. tract. 7. disp. 2. punct. 1. §. 2. num. 5. & 7. cum alijs. Non ergo prædictæ opiniones, & aliae similes, quæ dubitant de obligatione, & probabilitè assentient, eam non dari ad Horas Canonicas recitandas comprehenduntur in damnatione: nam propositio supponit certam in Beneficiato obligationem, & affirmat, quod per alium impleri possit, & relatæ, vel aliae similes opiniones deobligant, quia dubitant positive de obligatione.

234 Non damnantur hic opinio deobligantes à recitatione propter alias rationabiles causas, vt propter infirmitatem; assentiam ad audiendas confessiones, Sermones laborandos, & prædicandos, omnino etiam voluntariè admissos, quod licet fieri potest, dicunt Salmi nostr. tom. de peccatis, tract. 13. dub. 6. num. 103. & propter alias causas apud Authores videndas: & ratio, quia

Ecclesiastico , quod ius ad percipiendos fructus vendi nequeat , & probant à paritate : nam in Calice consecrato est inseparabilis materia à consecratione ; & tamen materia Calicis est quid temporale : pro eaque temporale pretium accipi potest : ergo etsi in Beneficio illa duo iura ad ministeria spiritualia , & ad percipiendos fructus inseparabilia sint , erit dispensabile ab Ecclesia , vt pro hoc secundo pactum fiat de aliquo temporali .

Nicol. Garcia de Benefic. part. II. cap. 2. num. 5. & alij. Resp. ex D. Thom. 2. 2. quæst. 100. artic. 4. ad 1. quod quando in uno vniuntur spirituale , & temporale , attendendum est , quale ex his primum sit , & principale ; et si hoc fuerit id , quod spirituale est , vt in Beneficijs constat , nequid temporale ab eo præscindi , quia tunc erit accessorium ad spirituale : *Et accessorium sequitur naturam principalis.* At verò quando temporale est primum , & spirituale accessorium : tunc præscindi potest ab spirituali , & pro eo pretium recipi . Et hoc modo est in Calice : & ideo pro temporali ipsius pactum venditionis est licitum fieri ; & pro eo dari , & accipi pretium non plus quam temporale valet . Ita adducit Mag. Hozes hic , num. 78. Non tamen damnatur hic opinio secunda .

240 Sentiendum ergo est , esse contra iustitiam non conferre gratis Beneficia Ecclesiastica , etiam si pecunia præstata pro eorum collatione exacta fuerit à collatore , fo-

lum pro emolumento temporali alterius , ad quod non tenebatur conferens ; quia ita declarat Alexander . Ratio est : nam Patronus , vel elector ad Beneficium est obligatus ex iustitia , & non solum legali , verum etiam commutativa ad conferendum gratis Beneficia , quia cum Beneficia , quæ confert , non sunt sua , sed Dei , & ab Ecclesia administrata , deficit contra pactum , & voluntatem Ecclesie , cuius administrationi subiacet , non conferendo gratis .

241 Nec valet , quod solum exigitur , & datur propter emolumentum temporale : nam titulus valde futilis , & absque fundamento est , & sic rationabilitè damnatus . Nam quod ego assero , constat ex cap. *De hoc , de simonia* , vbi Alexander III. scribens Archiepiscopo Toletan. ait : *Regem , & Principes debes inducere , ut si que receperint à Prelato Episcopo , ut eius electioni prestarent assensum Ecclesia Oxomensis , sine diminutione restituant , cum ea , sine gravi sua salutis periculo , retineri non possint . Vbi vides iniustitiam peccatum dari , non conferendo gratis Beneficium .*

242 Nec valet , quod Praelatus , aut Patronus potuit Beneficium dare Antonio , aut Francisco : ergo quia ius ad fructus temporales dedit isti , non illi , aliquid ei licet accipere ? Contra : ea libertas non est pretio estimabilis ; cum actus tribuendi sit ex obligatione , & pacto , quod sit gratis ex voluntate Ecclesie , & patet exemplo : nam si testator ordinat in testa-

mento , vt testamentarius distribuat pauperibus quandam pecunia summam , non potest iste patetare cum isto , & illo paupere , quod illis eleemosinam dabit , reservando sibi pecunia partem ; eo quod ea libertas estimabilis pretio non est ; cum elargitio testamentarij , sive istis , sive illis , actus est obligationis : ita similiter in nostro casu . Sic Hozes , num. 17.

243 Vnde , qui aliquid accepit , restituere tenetur : nam etsi dans voluntarie , & sponte dederit ( quod non facile intelligitur ) tamen ex iure Canonico fit incapax recipiendi : quia Deus , cuius Beneficia Ecclesiastica sunt , vel Ecclesia , cuius administratione subiaceat , declaravit , vt ea gratis dari debeant . Vide Suarez de Religion . lib. 4. cap. 59. à num. 10. Vnde non solum contra iustitiam , verum & contra Religionem peccat ; cum sit simonia ex iure Ecclesiastico . Torrec. in præsent. num. 135. affert doctrinam Suar . tom. 1. de Relig. lib. 4. cap. 24. num. 5. & à num. 12. dari nimis in Beneficio , & id , quod est de iure Divino , & id , quod de iure Ecclesiastico est . De iure Divino est , quantum ad spirituale ius , quod includit ad aliquam functionem , vel ministerium spirituale , & hoc ius vendere , ita est intrinsecè malum , vt nec Summus Pontifex in eo dispensare potest . Ius autem , quod datur in Beneficio ad percipiendos fructus Ecclesiasticos , partim habet de iure Ecclesiastico , in eo , quod merè est temporale , & in hac

consideratione , potest vendi Beneficium ex Papæ dispensatione . Sed regula hoc iuxta dicta , vide num. 238.

244 Ex dictis sequitur , quod taliter conferens , vt asserebat damnata , tenetur ad restitucionem , & quia iniustus contra commutativam iustitiam , & quia simoniacus . Cui autem facienda sit restitutio ? Probabilius iudico , quod Ecclesiæ , non autem danti ; quia iste iuste privatur pecunia tradita , propter simoniam commissam . Distinguunt , & bene Mag. Hozes hic , num. 21. quod si ante collationem Beneficij pactum rescisum est , pretium si iam traditum erat , restitui debet datori ; quia nondum perfectum , seu consummatum est contractum . Si vero iam Beneficium collatum , & pecunia tradita , probabilius iudico Ecclesiæ restituendum , non danti : nam iste iuste privatur pecunia elargita propter simoniam commissam . Ita D. Thom. 2. 2. quæst. 100. art. 6. ad 3. & 5. & colligitur ex iure , cap. *De hoc , cap. Audivimus , de simonia* :

245 Adverte , quod dantur alii tituli , vel iura percipiendi fructus Ecclesiasticos , qui ad minus iuxta opinionem probabilem non sunt Beneficia ; talia sunt plures pensiones , Præsimonia , Commenda Ordinum Militarium , quæ si fuerint pure Clericales , erit simonia eas vendere ; si pure Laicales , vt in plurimum sunt Commenda Militarium , non erit . Si vero mixtae , ex Bulla quadam Pij V. vendi non possunt , absque simonia labore .

Vide circa hoc Cursum Moral. tom. 4. tract. 19. cap. 2. punct. 9. & 10.

### VIGESIMA TERTIA propositio.

*FRANGENS IEIUNIUM EC-  
clesie, ad quod tenetur, non peccat  
mortaliter, nisi ex contemptu, vel ex  
inobedientia hos faciat, puta, quia  
non vult se subiicere praecepto.*

Damnata.

### EXPLANATIO.

**S**entiendum est, quod qui frangit voluntarie, & absque causa, ieiunium Ecclesiasticum, mortaliter peccat, etiam si non faciat ex contemptu, aut ex motivo inobedienti, quia ita declarat Alexander. Ratio est: quia praeceptum, lex, aut consuetudo, animo se obligandi introducta, in materia gravi, graviter obligat, nisi aliud constet, ex praeipientis Legislatoris mente; sed ieiunij praeceptum, est materia gravis, & potius constat de intentione obligandi in praeiciente: ergo graviter obligat.

**247** Adverte, quod sicut ad adimplitionem praecepti non requiritur intentio adimplendi illud, sed solum intentio faciendi, quod praecipitur: ita etiam ad peccandum in omittendo rem praeceptam, non requiritur intentio non obediendi; sed sufficit, quod omittas voluntarie, cum posis, & temporaris. Ratio est: quia qui praecipit

actum, v. g. Religionis, vel Abstinentiae, non praecepit actum obedientiae, sed actum illius virtutis, & cum adimplere ex intentione obediendi, sit actus obediendi, non erit subditus obligatus ad adimplendum ex hac intentione. Vide Cursum Moral. tom. 3. tract. 11. cap. 2. punct. 7.

**248** Et est contra: omittere ex contemptu, & ex motivo inobedienti, addit ad peccatum omissionis duplum circumstantiam mutantem speciem peccati commissionis, & contra praeceptum negativum, superiorem, vel proximum non contempnendi, & contra praeceptum non operandi ex motivo inobedienti, quod meo videri negativum est; quia in illo motivo non peccat omittendo, cum ad motivum obediendi non teneatur: ergo committendo, ac consequenter contra praeceptum negativum.

**249** Non damnantur hic opiniones deobligantes a ieiunio, propter alias rationabiles causas, vel excusantes a fractione extanta, vel tali materia sumpta, eo quod iudicant parvam: quae passim apud Authores inveniuntur; vt videri possint in foro consc. tract. 2. cap. 5. §. 4. praecepit a num. 218. Qui scire voluerit, quomodo distinguuntur causae excusantes ab omissione legis, & causae, quae extrahunt ab obligatione legis, videat Salm. nostr. tom. 4. in 1. 2. quæst. 19. de peccat. disp. 5. dub. 6. & Curs. Moral. tom. 3. tract. 11. cap. 2. punct. 10. a num. 158.

do;

doctissime Theologizantes, & in foro conc. tract. 3. cap. 2. §. 2. a num. 622.

**250** Plures hic P. Corell. congerit opiniones, quæ in praesenti damnatae non sunt; vt affirmantes, quod viri sexagenarij, & mulieres quinquagenariæ, & dubitantes, an impleverit vigesimum, & primum annum, & infirmi, & valetudinarij, etiam si sua culpa infirmitatem contraxerint, & stomacho debiles, qui horis assuetis alimentum sufficientem sumere non valent, & qui dormire non possunt, nisi coenam accipiant, non obligantur ieiunio. Item nec pauperes non habentes vnde unicum, & rationabile prandium faciant, obligantur; sicut nec vagi, & peregrini ad ieiunia territorij, & locorum per quæ transeunt.

**251** Insuper nec damnatur opinio affirmans, quod non peccat mulier, que ieiunium omittit timore debilis valetudinis, vel deformitatis, vel gravis metus mariti sui non permittentis illam ieiunare. Et quod nec etiam peccat maritus, qui non ieiunat, eo quod ieiunando redditur impotens ad debitum vxori solendum. Bonac. tom. 2. disp. vlt. de precept. Eccles. quæst. vltim. num. 14.

**252** Deinde nec damnatur opinio afferens, quod qui omittit ieiunium, iudicans bona fide sufficientem adesse causam, non peccat, quamvis re ipsa insufficientis sit. Bonac. ibi, num. 20. Sa. v. *Ieiunium*, num. 14. pro cuius

confirmatione vide in explicacione proposition. 52. damnatae ab Innocent. XI. num. 850. advertentiam ex Caeterano.

**253** Item non damnatur opinio Leand. à Sacram. 3. part. tractat. 5. disp. 8. quæst. 140. Sentientis, eum qui magnam sentit in ieiunando difficultatem non ex gulae vitio, sed à nimio naturali calore, qui voracitatem excitat, non obligari ieiunio.

**254** Nec damnatur opinio affirmans, quod qui ex obliuione, aut inadvertentia per duas vices in die ieiunii quantitatem gravem comedit, non tenetur ad illud ieiunium. Bonac. vbi supr. quæst. 1. punct. 3. num. 8. Nec illa, quæ dicit, quod qui primo mane gravem sumpsit quantitatem, seu inadvertenter, sive malitiosè, in quo peccavit, non tenetur eo die ieiunare, quæst. 145. 146. Sed hanc cum Corella non admitto, si pro sufficienti prandio ea cibi sumptio iudicatur.

**255** Denique non damnatur opiniones, quæ dubitant de tempore obligationis in circumstantia dubitationis de media nocte, vel initio sequentis diei. Vnde de qui die Iovis dubitat de media nocte, vel an inceperit dies Veneris: & sufficienti facta diligentia, non vincitur dubium, potest adhuc vetita pro Venere comedere. Et contra, si dubitatur de media nocte ad Sabbathum, nondum licet carnes ientare: quia in primo casu libertas possidet. In 2. possidet lex; & idem de ieiunio di-

dicendum est. Omnia hæc congerit Corell. loc. citat. Circa opiniones horologiorum in observacione, aut deobligatione abstinentiae carnis, aut ieiunij, placuit sequentem resolvere dubitationem: quam in foro conc. tract. 3. cap. 1. §. 3. num. 591. tradidit his verbis.

*De aqua resulta una grave difficultas;* y es, que se sigue de lo dicho, que se puede uno conformar con un Relox en la abstinencia de carne, y en el ayuno, y con otro para el ayuno de la Comunion, en esta forma: Supongamos, que el dia que precede es de Abstinencia: dà un Relox las doce para el dia siguiente, que no es de abstinencia: Come carne, conformandose con él; y despues de comer carne dà otro Relox las doce; y en este caso, segun lo dicho, dexada la opinion del primer Relox, se puede acomodar con este, en orden à la Comunion, y comulgar ese dia; lo qual parece absurdo. Respondo con Lugo de Eucaristia, disput. 15. sect. 2. à num. 48. y con el comun sentir, que el que ya siguió el primer Relox, no se puede conformar con el segundo: lo uno, por la dissonancia dicha: y lo otro, porque se presume, que el Legislador obliga en estos preceptos à no mudar la sentencia; si bien, no parece improbable lo contrario; y que si con buena fe siguió el primer Relox, sin intento de seguir despues el segundo, no se ha de condenar, mudando el animo con intento de comulgar; que antes

no tenia; especialmente si despues de comer carne (y lo mismo de cualquier otro alimento) lupo, ó se acordó, que avia esse dia algun gran Jubileo, ó se ofrecio otra grave causa de comulgar. Vease Lugo, num. 47.

### VIGESIMA Q U A R T A propositio.

*MOLLITIES, SODOMIA, ET  
bestialitas sunt peccata eiusdem specie  
infimae sed que sufficit dicere in  
confessione se procurasse pollu-  
tionem.* Damnata.

### E X P L A N A T I O .

**S**entiendum est, quod mollities, sodomia, & bestialitas, sunt tria vitia diversæ speciei infimæ; & consequenter, qui commissi sunt sodomitam, aut bestialitatem, non sufficit, quod in confessione dicat, se procurasse pollutionem, quia ita declarat Alexander, dum contrarium damnat. Et adverte, quod consequentia huius propositionis bona est, supposita falsitate antecedentis; & sic quamvis falsa in Theologia talis propositio, vt Alexander declarat, non opponitur Trident. sess. 14. cap. 5. præcipienti, vel declaranti, quod fateri debent omnes differentiae, & circumstantiae speciei diversæ peccatorum.

**257** Quod autem pollutio, sodomia, & bestialitas specie distinguntur infima, patet: tum,

quia

quia diversam contra rationem dissonantiam dicunt: tum, quia diverso modo deformitatis opponuntur castitati: tum, quia diversa formalis iniustitia fit semini naturæ, vel prodigendo illud per pollutionem, vel elargiendo intra eandem speciem individuo, aut vase indebito, vel in bestiam illud effundendo.

**258** Et sic debent explicari in confessione, haec peccata, vt specie diversa, non soluit si consummata sint, verum & non consummata, vt sunt desideria, delectationes morosæ, & tactus libidinosi cum viro, aut bestia, & ait Bensem. in 6. Decal. præcepto, dub. 4. in fin. quod si tactus fiunt ex affectu ad personam eiusdem sexus, cum qua habentur, sodomia malitiam non effugiant.

**259** Non damnantur hic 1. opiniones afferentes, quod in sodomia non est obligatio explicandi, si fuit agens, aut patiens, nec si fuit cum viro, aut foemina; nec si cum eodem, vel diverso sexu; nec si cum consanguineo, aut affine; nec si cum virgine, aut soluta. Vide eas in Dian. 3. part. tract. 4. resol. 101. & 2. part. tract. 4. resol. 105. & in Moya, tom. 1. select. tract. 3. disp. 3. quæst. 3. cap. 3. sed ferè omnes has opiniones reiicio. Qui se cum bestia commiscerit, non indiget explicare in confessione speciem bestiæ cognitæ: vt quod fuit cum ove, cane, asina, &c. Dian. 1. part. tract. 7. res. 2.

**260** Non damnatur opinio

affirmans, non esse mortale refricare brutorum verenda, et si intentione solum videndi curiosè eorum semen. Sed etiam cum Corell. hic, 8. impres. num. 105. non approbo, quia talis actio satis ad venerem provocat. Cum reservantur so domia, & bestialitas, intelligitur de sodomia, & bestialitate completis, seu consummatis. Sanchez lib. 3. de Matrim. disput. 2. num. 5. Dian. 5. part. tract. 9. resol. 59. & quando sodomia non est perfecta, scilicet, vir cum foemina extra naturale vas, etiamsi in præpostero sit, ait Diana, 2. part. tract. 17. & 3. miscel. resol. 62. cum Bonacín. Cruz, & Filliuc. non manere reservatam, nec subiectam poenitentiæ decreti Pij V. vide forum conc. tract. 2. cap. 8. §. 1. num. 269. & 270.

### VIGESIMAQUINTA propositio.

*QUI HABUIT COPULAM  
cum soluta, satisfacit confessionis  
præcepto dicens, commissi cum so-  
luta grave peccatum contra casti-  
tatem, non explicando copu-  
lam.* Damnata.

### E X P L A N A T I O .

**S**entiendum est, quod qui habuit copulam cum soluta, non satisfacit præcepto confessionis dicens, commissi cum soluta grave peccatum contra castitatem; quia ita declarat hic Alexander.

Ra-

Ratio est: quia nisi ignorantia invincibili fiat, non satisfit præcepto Divino de integritate materiali confessionis, & hoc, ut suppono, absque gravi causa: ergo confessio est nulla, ac consequenter non adimpletur præceptum de confessione facienda. Explicatur hoc: nam licet ex una parte assentiamus opinioni affirmanti, non dari obligationem ad fatendas circumstantias aggravantes intra eandem speciem; & ex alia, ut certum iudicamus, quod peccatum cogitationis, seu verbi, aut operis non consummati, ut in honesti tactus absque copulam, & consummatum, ut copula carnalis, si idem habeant obiectum, sunt eiusdem speciei: attamen, si peccatum sit consummatum, seu exterum, et si non consummatum, explicandum est: quia haec non sunt præcise circumstantiae accidentales talis numeri peccati, quæ non fateri debent iuxta opinionem, si speciem non mutent; sed substantiam huius numeri peccati, ut ex communi ait Curs. Moral. tom. 1. tract. 6. cap. 8. punct. 7. num. 2. vnde, qui non faterur consummationem peccati patrati, non faterur peccatum, quod commisit. Vide May. tom. 1. select. tract. 3. disp. 3. cap. 5. à n. 42.

262 Ex verbis Concil. Tridentin. colligitur, nam sess. 14. cap. 5. ita loquitur: *Verum cum universa peccata mortalia, etiam cogitationes, homines iræ filios, & Dei inimicos reddant, necessum est, omnium etiam veniam, cum aperta,*

*& verecunda confessione à Deo querere. Vbi vt vides, respectu peccatorum, quæ tantum de cogitatione sunt, ponit illud ampliativum *etiam*, in quo supponit, quod externa declaranda sunt.*

263 Non damnatur hic 1. quod quando pœnitens fateretur peccatum consummatum, v. g. copulam, non indiget fateri tactus, aut verba obscena antecedentia, & absque interruptione morali ordinata ad copulam; & etiam probabilitè, nec immediate subsequentia: quia sunt appendices, & adhaerentes copula, ita Moya, tract. 3. disput. 2. quæst. 1. §. 3. à num. 17. & 42.

264 Et generaliter dicto peccato consummato, seu fine obtento, non est necesse explicare cogitationes, verba, & actiones ablique interruptione morali ad eundem peccatum ordinatas, nisi habeant circumstantiam speciei diversam. Sic Moya, à num. 17. & ille, qui veneros tactus cum muliere cepit habere absque intentione copulae, & etiam si cum intentione illam non habendi, si postea copula cum illa secura fuit, non indiget illam intentionis negationem, seu novam intentionem in confessione aperire. Moya, select. tom. 1. tract. 3. disp. 2. quæst. 2. à num. 2. E contra, ut dictum est, quando peccatum externum datur, non sufficit internum confiteri, sufficit tamen externum dicere, quia exterior actus non subsistit sine interiori & ita illo explicato, declaratur iste.

iste. At verò interior dari potest absque exteriori; & sic interiori, vel in communi confessio contra eam virtutem commisso, non manet confessum exterius peccatum; quod eo ipso ad substantiam, & individuationem ipsius pertinet; & consequenter non dicitur in confessione peccatum commissum, exterius non declarato.

265 Non damnantur 2. hic opiniones excusantes ob aliquam gravem, & rationabilem causam ab integritate materiali confessionis. Vide eas in explicatione propositionis 59. damnatae ab Innocentio XI.

266 Pluresque in hac materia vagantur opiniones, & refert hic Corella, non damnantur. Ut qui copulata habuit cum non baptizata, non indiget aperire in confessione eam circumstantiam. Et qui cum mortua pollutionem tantum voluntariam commisit; & qui occasionaliter cum dormiente, non est raptor; & qui cum virgine consentiente absque violentia, non est formalis stuprator; & qui habuit oscula, seu alios tactus cum muliere, etiam impudendis, non indiget explicare in qua parte fuerunt; & sponsus, qui cum sponsa non commiscetur, sed cum alia, non obligatur eam explicare circumstantiam.

267 Torrecilla hic, num. 5. & 6. afferit, non esse in præsenti damnatam opinionem Caramuelis, Terransini, Tamburini, & aliorum, quos sequitur Verde, quæst. 3. §. 8. num. 65. affirman-

tum, quod qui copulam habuit cum soluta satisfacit confessioni dicendo: *Commisi grave peccatum cum soluta in specie naturali luxurie. Sed eam opinionem nullatenus sequor, cum ea forma verborum non explicet copulam, quæ declarari debet, ut hoc numero peccatum dicat pœnitens.*

## V I G E S I M A S E X T A

propositio.

Q U A N D O L I T I G A N T E S  
babent pro se opiniones eque probabiles, potest Index pecuniam accipere pro ferenda sententia in favorem unius præ alio.

Damnata.

## E X P L A N A T I O.

268 **I** Ta dissonum semper visum fuit rationi, quod ludex à litigibus munera, vel dona accipient, ut non solum ius Canonicum, in cap. Cum ab omni, de vita, & honestate Clericor. & in cap. Statutum, de rescript. in 6. & ius civile: L. Plebis cito, ff. de officio Presul, & in iure Recopil. Hisp. leg. 16. tit. 5. lib. 2. & in leg. 5. tit. 9. lib. 3. graviter prohibetur Iudicibus, ut à litigantibus munera accipient; quæ quidem leges in conscientia, & graviter obligant, ut videre est in Tapia, tom. 2. lib. 5. quæst. 13. art. 6. verum & nationes barbaræ id abhorrente censuerunt, sufficit pro mille celebris iustitia, & exemplar Cambissem

D. Pers

Ratio est: quia nisi ignorantia invincibili fiat, non satisfit præcepto Divino de integritate materiali confessionis, & hoc, ut suppono, absque gravi causa: ergo confessio est nulla, ac consequenter non adimpletur præceptum de confessione facienda. Explicatur hoc: nam licet ex una parte assentiamus opinioni affirmanti, non dari obligationem ad fatendas circumstantias aggravantes intra eandem speciem; & ex alia, ut certum iudicamus, quod peccatum cogitationis, seu verbi, aut operis non consummati, ut in honesti tactus absque copulam, & consummatum, ut copula carnalis, si idem habeant obiectum, sunt eiusdem speciei: attamen, si peccatum sit consummatum, seu exterum, et si non consummatum, explicandum est: quia haec non sunt præcise circumstantiae accidentales talis numeri peccati, quæ non fateri debent iuxta opinionem, si speciem non mutent; sed substantiam huius numeri peccati, ut ex communi ait Curs. Moral. tom. 1. tract. 6. cap. 8. punct. 7. num. 2. vnde, qui non faterur consummationem peccati patrati, non faterur peccatum, quod commisit. Vide May. tom. 1. select. tract. 3. disp. 3. cap. 5. à n. 42.

262 Ex verbis Concil. Tridentin. colligitur, nam sess. 14. cap. 5. ita loquitur: *Verum cum universa peccata mortalia, etiam cogitationes, homines iræ filios, & Dei inimicos reddant, necessum est, omnium etiam veniam, cum aperta,*

*& verecunda confessione à Deo querere. Vbi vt vides, respectu peccatorum, quæ tantum de cogitatione sunt, ponit illud ampliativum *etiam*, in quo supponit, quod externa declaranda sunt.*

263 Non damnatur hic 1. quod quando pœnitens fateretur peccatum consummatum, v. g. copulam, non indiget fateri tactus, aut verba obscena antecedentia, & absque interruptione morali ordinata ad copulam; & etiam probabilitè, nec immediate subsequentia: quia sunt appendices, & adhaerentes copula, ita Moya, tract. 3. disput. 2. quæst. 1. §. 3. à num. 17. & 42.

264 Et generaliter dicto peccato consummato, seu fine obtento, non est necesse explicare cogitationes, verba, & actiones ablique interruptione morali ad eundem peccatum ordinatas, nisi habeant circumstantiam speciei diversam. Sic Moya, à num. 17. & ille, qui veneros tactus cum muliere cepit habere absque intentione copulae, & etiam si cum intentione illam non habendi, si postea copula cum illa secura fuit, non indiget illam intentionis negationem, seu novam intentionem in confessione aperire. Moya, select. tom. 1. tract. 3. disp. 2. quæst. 2. à num. 2. E contra, ut dictum est, quando peccatum externum datur, non sufficit internum confiteri, sufficit tamen externum dicere, quia exterior actus non subsistit sine interiori & ita illo explicato, declaratur iste.

iste. At verò interior dari potest absque exteriori; & sic interiori, vel in communi confessio contra eam virtutem commisso, non manet confessum exterius peccatum; quod eo ipso ad substantiam, & individuationem ipsius pertinet; & consequenter non dicitur in confessione peccatum commissum, exterius non declarato.

265 Non damnantur 2. hic opiniones excusantes ob aliquam gravem, & rationabilem causam ab integritate materiali confessionis. Vide eas in explicatione propositionis 59. damnatae ab Innocentio XI.

266 Pluresque in hac materia vagantur opiniones, & refert hic Corella, non damnantur. Ut qui copulata habuit cum non baptizata, non indiget aperire in confessione eam circumstantiam. Et qui cum mortua pollutionem tantum voluntariam commisit; & qui occasionaliter cum dormiente, non est raptor; & qui cum virgine consentiente absque violentia, non est formalis stuprator; & qui habuit oscula, seu alios tactus cum muliere, etiam impudendis, non indiget explicare in qua parte fuerunt; & sponsus, qui cum sponsa non commiscetur, sed cum alia, non obligatur eam explicare circumstantiam.

267 Torrecilla hic, num. 5. & 6. afferit, non esse in præsenti damnatam opinionem Caramuelis, Terransini, Tamburini, & aliorum, quos sequitur Verde, quæst. 3. §. 8. num. 65. affirman-

tum, quod qui copulam habuit cum soluta satisfacit confessioni dicendo: *Commisi grave peccatum cum soluta in specie naturali luxurie. Sed eam opinionem nullatenus sequor, cum ea forma verborum non explicet copulam, quæ declarari debet, ut hoc numero peccatum dicat pœnitens.*

## V I G E S I M A S E X T A

propositio.

Q U A N D O L I T I G A N T E S  
babent pro se opiniones eque probabiles, potest Index pecuniam accipere pro ferenda sententia in favorem unius præ alio.

Damnata.

## E X P L A N A T I O.

268 **I** Ta dissonum semper visum fuit rationi, quod ludex à litigibus munera, vel dona accipient, ut non solum ius Canonicum, in cap. Cum ab omni, de vita, & honestate Clericor. & in cap. Statutum, de rescript. in 6. & ius civile: L. Plebis cito, ff. de officio Presul, & in iure Recopil. Hisp. leg. 16. tit. 5. lib. 2. & in leg. 5. tit. 9. lib. 3. graviter prohibetur Iudicibus, ut à litigantibus munera accipient; quæ quidem leges in conscientia, & graviter obligant, ut videre est in Tapia, tom. 2. lib. 5. quæst. 13. art. 6. verum & nationes barbaræ id abhorrente censuerunt, sufficit pro mille celebris iustitia, & exemplar Cambissem

D. Pers

Persarum Regis ; qui quendam Iudicem muneribus acceptis asuetum decorari iussit , eiusque pellem pendere fecit pro spectaculo supra Tribunalis sellam : & instituendo successorem loco decorati Iudicis filium suum ; etiam sequentes versus voluit ad Tribunal præ illius oculis ponit :

*Sit tibi lucerna pellis , sed esque paterna  
A manibus reseras manus , ab aure  
preces.*

Et ante oculos potius habeant Iudices , quod illis Divinus præcipit spiritus , Deuter. 16. Non accipies personam , nec munera : quia munera exceccant oculos sapientum . Hæc adducit Filgueira .

269 Sentiendum est : quod quando litigantes pro se habent opiniones æquè probabiles , non potest Iudex accipere pecuniam pro sententia ferenda in favorem vnius partis præ alias quia ita declarat Alexander . Ratio est : tum , nam ex pacto cum Republica tenetur cum suo solo salario se contentum esse .

270 Et cum sit contractus implicitus cum Republica administrandi iustitiam indemnem , hoc est , absque acceptatione pretij , nequit Iudex à parte in cuius gratia sententiam profert , aliquid accipere , in tantum , ut dixerit Mendio in statera , decis. 6. quest. 7. Sententiam pro pretio datum , non solum esse prohibitam iure naturali , & positivo , sed nullitatem ex hoc capite contrabere .

271 Tum : quia pro admini-

stranda iustitia commutativa , non potest Iudex aliquid accipere ; sed Iudex in hoc casu obligatur ex iustitia commutativa ad proferendam iustam sententiam : ergo nihil potest accipere , vt proferat in præsenti casu sententiam pro qualibet parte æqualem probabilitatem habente , cum pro qualibet iusta sit sententia : tum , quia Iudices passim obsecrati , interesse oblato , iudicarent , opinionem partis offerentis , esse æquè cum alia probabilem . Vnde sequitur , quod nec ab alio tertio accipere debet Iudex aliquid , ut in favorem vnius partis dicat sententiam , ob easdem rationes . Hozes , n. 12 .

272 Fortiori ratione afferendum est , non posse Iudicem aliquid accipere pro ferenda sententia in favorem litigantis probabiliorem opinionem habentis : cum fortius pro illo militet iustitia . Corella hic .

273 Adverte : quod non solum de pecunia , verum de quolibet alio dono pretio æstimabili , intelligenda est damnatio ; & etiam de remissione debiti ad quod Iudex tenebatur . Item notare debes , hanc huius propositionis damnationem intelligendam esse tanquam in materia lethalis peccati , si ea , quæ à Iudice recipitur gravis fuerit ; quia ex genere suo peccatum mortale est ; cum in linea iustitiae sit , nisi materia levis fuerit , quidquid in contrarium opiniari nitantur aliqui . Corella hic , num. 162 .

274 Non damnatur hic i. af-

serere cum Lessio , lib. 2. de iust. cap. 14. dub. 9. num. 64. quod attento iure naturæ , non est contra iustitiam , nec ad restitutionem tenetur Iudex aliquid à litigante recipiens pro ferenda sententia in favorem vnius partis , æqualem probabilitatem habentis cum alia : nam exitum à damnatione sibi hac opinio parat : cum non affirmet , hoc etiam ex iure positivo (quod ita fieri prohibet ) licet accipi posse . Huic tamen opinioni non assentio , sed constanter affirmo ius naturæ iudicare Iudicem modo dicto à litigante accipientem . Filgueir . in præsent . vide Curs. Moral. tom. 3. tract. 13. cap. 1. punct. 8. num. 179. & 180. qui eam opinionem non improbat , ex eo quod Iudex ita accipiens non iudit ius dantis , & iste spontaneè , ut præsumi debet (licet ex pacto ) obtulit , & alias non tenebatur Iudex pro hac determinata parte proferre sententiam ; & pro hoc asserto citat Lessium , lib. 2. cap. 14. dub. 9. num. 64. & alios ; ipse vero contrarium sequitur cum Palao , tom. 7. disp. 2. punt. 21. num. 3. & Dian. 3. part. tract. 5. resol. 55 .

275 Nec valet dicere non teneri Iudicem ex probabilissima opinione restituere , quæ ob sententiam iniustam accépit : ergo neque quæ pro iusta . Sed contra : nam admissa ea opinione , magna datur disparitas : quia oblatum pro iniulta sententia recipitur pro eo quod Iudex non tenetur facere , & sic adimpleto pacto , et si de

re turpi , validè accipiet Iudex : obligatur tamen ad restitutionem damni illati parti . At vero sententiam iustam debet ex obligatione iustitiae proferre ; & consequenter nihil validè , & absque obligatione restituendi accipere potest . Hozes hic , num. 16 .

276 Non damnatur 2. quod Iudices , tam Seculares , quam Ecclesiastici , aliqua parva materia esculenta , vel proculenta recipiunt , omnino liberaliter oblata , id est , nullo interveniente pacto explicito , aut implicito . Ita prædictus Curs. num. 175. & Torrecill. hic , a num. 142 . Et securiori conscientia id fieri potest post latam sententiam absque prædicto pacto ; quia propositio non dicit : Quia protulit sententiam , sed pro ferenda sententia : ut ego affero in foro consc. super hanc propositionem .

277 Adverte , quod DD. Inquisitoribus est prohibitum recipere quæcumque dona à quibuscumque , etiam Officialibus Sancti Tribunalis , sub poena excommunicationis latæ sententie , ut constat ex instructione 1. Hispanensi , cap. 25. ex instructione 2. cap. 1. ex instructione 4. cap. 15. Sanchez , tom. 1. consilior. lib. 3. cap. vnic. dub. 2. num. 6. ex Si-ñancas .

278 Non damnatur 3. quod pars offerat ex aliquo pacto cum Iudice , ut pro ipsa ius dicat ; quia propositio solum de Iudice accipiente loquitur ; tamen illicitum omnino iudico , ut potè alliciens ,

seu cooperans ad peccatum iudicis. Nisi hoc faciat ad suam redimendam vexationem, quam timeret. Ita Corella hic, 8. impres. num. 168. qui addit num. 169. non esse damnatum, quod iudex possit licet accipere premium pro terminanda una causa ante aliam, non poscentem prius finiri ex iustitia; quod quidem distinctum est à causa damnationis. Torrec. num. 126.

### VIGESIMA SEPTIMA propositio.

*SI LIBER SIT ALICUIUS iunioris, & moderni debet eius opinio censeri probabilis, dum non constet reiectam esse à Sede Apostolica tanquam improbabilem.*

Damnata.

### EXPLANATIO.

279 **S**upponendum est, quod opinio dupliciter probabilis dicitur, & ab intrinseco, & ab extrinseco. Tanc dicitur aliquem habere opinionem ab intrinseco probabilem, quando eius assensus fundatur in ratione bona apparentiae. Tunc ab extrinseco, quando solum fundatur in extrinseca auctoritate doctorum. Sentendum ergo est, non esse sufficiens fundamentum, ut censeatur probabilis opinio, quod sit impressa in libro alicuius iunioris, et si non constet reprobata esse ab Ecclesia; quia ita declarat Alexander.

Ratio est: nam talis propositione scandalosa est, cum ruinosum ostenderet ad tot sequendas satis debiles opiniones, & plures forte improbables, quæ passim in lucem prodeunt; & nec ex eo quod impressa, & iunioris sit, vel ab Ecclesia non reprobata, est probabilis opinio.

280 Nec obstat dicere, quod opinio impressa, non solum habet iunioris auctoritatem, verum & aliorum ad minus duorum viorum in scientia scholastica, & morali versatorum, qui librum approbarunt. Respondeo, quod ad libri revisores solum attinet præcavere, ne liber quid contineat contra dogmata, & mores, & dignum censura scholastica; & non curant illi ponderare opiniones. Item, quia revisores valde transeunt librum revident, quia non ita, ut fas erat, præceptum, seu ordinem revidendi accipiunt. Filgueira, & Lumbier hic, numer. 771

281 Nota tamen, quod opinio damnata sequi potest in causa urgentis necessitatis: nam ipsa causa urgentia probabilitatem dat in practica, ut ait Portell de opinione eligenda, ubi dicit: *In causa magna necessitatis urgentis, ipsa necessitas quasi est probabilissima ratio.* Et Sanchez, lib. 2. de Matrimon. disp. 36. num. 8. dicit: *Ia quod non iudicatur alias probabile, redditur probabile per urgentem necessitatem, & periculum impendens.*

282 Non damnatur hic 1. af-

ferre, quod sit probabilis, & sequi potest opinio moderni Authoris, non passione duci, & in Theologia, non præcisè scholastica, sed morali docti, timoratæ conscientiæ, & non singularis communiter in opinionibus. Ita Lumbier, tom. 2. fragm. apend. 2. fragm. 7. num. 632. nam hoc non est præcisè, quia est opinio impressa iunioris. Corell. n. 174.

283 Vnde ex Castro Palao, tom. 1. tract. 1. disp. 2. punct. 1. num. 3. potest iunior doctus, pius, & gravis opinionem reddere probabilem, si eam solida ratione fundet, quamvis à nullo alio materia sit controversa; & etiamsi ab aliquibus tractata fuerit, contra eos sua verè fulcita opinione insurgere valet, practicèque probabilem efficere potest. Quæ Palai opinio hic damnata non venit; quia non ex eo præcisè, quod ex iuniore, & quia impressa est; sed aliis allatis circstantiis, probabilem, & ad proxim reducibilem esse affirmat; ita Corell. n. 175.

284 Et hinc inserit, quod Author singularis potest opinionem contra communem assensum facere, si solida ratione, & non transeunt, sed ex professio rem controversam tractet. Villal. tom. 1. tract. 1. dis. 4. num. 7. Palao citat. num. 5. & dummodo talis opinio ab alijs non reiiciatur communiter, ut improbabilis, nec ab Ecclesia damnata sit.

285 Non damnatur 2. quod possit sequi opinio viri communiter habiti, ut docti, verbaliter,

& bona fide consulti, et si doctiores alii inveniri possent, quia onerosum valde esset doctiores semper querere circa interiora, & quæ sèpè accidunt. Et propositio solum de opinione impressa loquitur, quæ plus occasionis permanitur, & profusæ præfert, & non debet extendi, intelligitur hoc dummodo casus non sit gravissimus, nam si talis fuerit, doctiores constendi sunt. Addit. Torrecilla hic, num. 12. quod Confessarij mediocriter docti in Theologia Morali, & timorati possunt resolvere, medio prædentiali fundamento, calus non difficiliores, si vrgeant. Vnde in foro cum Salas de probabilitate, quod parochiani, præcipue in opidulo, sequi possunt opinionem sui Parochi, non habiti ut illitterati.

286 Non damnatur 3. afferre, quod practica viorum approbata virtutis, dat probabilitatem operibus, sine scrupulo ab ipsis factis: nam videre in talibus prudenter, & virtute predictis ea opera ad usum redacta, non est leve, sed fundamentum grave, ad secundam præxim in aliis ita Torrec. n. 13. ex Sà, Enriq. Aug. & Hozes.



## VIGESIMA OCTAVA

propositio. mulo. 590  
POPULUS NON PECCAT,  
etiam absque vila causa non recipiat legem à Principe promulgatam. Damnata.

## EXPLANATIO.

287 **S**entiendum est, peccare Populum, legem à Principe promulgatam non recipientem absque vila causa, quia ita declarat Alexander. Ratio est: nam agit Populus contra ius Principis imperantis, *Ly, peccare*, intelligitur graviter, aut leviter iuxta legis materiam.

288 Attende nunc ad verba D. Pauli 1. ad Rom. *Omnis anima potestatis sublimioribus subditas sit, &c. Itaque qui resistit potestate, Dei ordinatio resistit; qui autem resistunt, ipsi sibi damnationem acquirant.* Et post pauca concludit Apostolus: *Ideo necessitate subditi estote, non solum propter iram, sed etiam propter conscientiam.* Vbi (ut vides) in conscientia ponit Apostolus obligare, Principis obediens legi promulgatae, & ex his verbis D. Pauli probat Illustr. Tapia, tom. 1. de legib. lib. 4. quest. 9. art. 1. num. 2. *Hoc esse certum secundum fidem.* Apud Hozes hic, num. 9.

289 Dices: Opinio Bonacini. disp. 1. de legib. quest. 1. punct. 4. num. 47. & Valent. tom. 1.

disp. 7. quest. 5. & aliorum assertentium, quod ut obliget lex promulgata, requiritur, quod eam Populus acceptet, non damnatur hic, quod etiam iuxta citatos, intelligitur de legibus Pontificis Summi, vel alterius Praelati Ecclesiastici, si non exprimunt, quod independenter ab acceptatione obliget: ergo non peccat in hac non damnata opinione Populus, etiamsi absque vila causa, legem non recipiat. Respondet. quod etiam supposita hac opinione, est quid distinctum, non recipere legem, ac quod lex non maneat cum rigore obligandi ad eius observationem: vnde, quia lex ut obliget, non habet ultimum complementum, independenter ab acceptatione Populi, ideo Princeps iure Principis, cuius solum est legem ferre, præcipit Populo, ut eam recipiat, & non obediendo, peccant contra ius Principis; non tamen frangunt legem, quia ista legis vigorem, & complementum nondum habet. Vide Curs. Moral. tom. 3. tract. 11. cap. 1. punct. 7. num. 97. Lumb. fragm. num. 773.

290 Non damnatur hic assertere, non peccare populum legem non recipientem, ob aliquam rationabilem causam; quia propositio affirmit, *absque vila causa.* Quæ quidem causæ sufficienes sint, ut lex non recipiat? Respondeo iuxta opiniones probabiles esse plures. Prima si lex difficultas observandi est, ut ait Suarez, lib. 4. de legib. cap. 16. num. 4.

fine.

fine. 2. Si in lege ferenda, non observat Princeps iura populi, quibus se obligavit. 3. Non obligat receptu lex toto tempore, quo durat interpellatio pro exoneratione ab ea. 4. In opinione exigente acceptationem populi ut obliget, non obligat iuxta aliquos huius opinionis, si dubitatur, an sit recepta, seu in usu, ita Diana, 1. part. tract. 10. resol. 3. & 4. part. tract. 3. resol. 14. vide Cursum, num. 104. 109. & 110. 5. Si ex observatione legis sequitur scandalum. Torrecilla hic, 1. impres. num. 15.

VIGESIMA NONA

propositio.

IN DIE IEUNII, QUI SEPIUS modicum quid comedit, et si notabilem quantitatem in fine comedierit, non frangit ieunium.

Damnata.

## EXPLANATIO.

291 **S**entiendum est, quod qui in die ieunii sepius modicum quid comedit, si in ultima parvitate comesta pervenit ad notabilem quantitatem, frangit ieunium; quia ita declarat Alexander, & hoc non solum, quando ex intentione antecedenti eas in eodie sumendi, sed etiam si ex accidenti ratione occasionis occurrentis sumantur.

292 Ratio est: nam revera magnam quantitatem comedit,

quamvis per parvas comediones. Sicut, qui per parva furta ad magnam summam accedit. Et quia non est in potestate comedentis, quod illæ parvitates non vniuantur in stomacho ad nutritionem; & consequenter moraliter ad peccatum. Limita dummodo illæ parvæ in uno die repetitæ comediones non fiant ex inadvertentia: nam ad minus non erit peccatum, licet materialiter ieunium frangatur: neque ideo relinquenda est collatio: nisi proximè ad illam sumptus fuerit cibus. Corella, Lumbier, Torrecilla. Vnde omnia esculentia (non poculenta) licet sint fructus terre, ut uiva, poma in quantitate notabili sumpta, etsi minutatim, frangunt ieunium. Plus tamen in his requiritur, quia magis aquatilia, & minoris alimenti sunt.

293 Et sicut qui in die festo tres, aut quatuor laborat horas diversis diei temporibus, non ideo non omittit diei sanctificare, sed potius observationem diei festi graviter frangit; ita hic in parvis materiis sumptis.

294 An autem sicut ad imaginam quantitatem in furtiolis parvatum sumptam, plus materie requiritur, quam si unica vice sumeretur; ita etiam ad quantitatem in canticulis magnam magis desideratur, ac si unico prandio sumeretur? Iudico, posse sub opinione vagari. Et pro parte affirmante ita probari potest. Nam alimentum minutatim, & per diversas comediones sumptum, nisi

in sensibus, non ita sovet; ac simul rationabili moderatione, ientatum, sicut virtus unita fortior est, & cum hoc dubium solum militet, & circa quantitatem magnam assignandam, nihil contra damnationem sentimus.

295 Inclino tamen assensum meum parti neganti, id est, non ita in vitroque casu se habere; & assertere non posse plus materiae constitui in cibo pro parvitate materiae in die ieiunii, ex eo quod diversim sumatur; & disparitas in posito exemplo est: Nam in furtis, ideo aliqua materia est gravis, quia infert damnum grave: unde quoties damnum illatum per furum non iudicatur grave, non erit peccatum grave; & sic non est attendenda materia secundum se, sed in ordine ad damnum; & cum non censeatur, ita grave nocurhentum, quando paulatim aliquid sumitur, ac quando simul, ideo requiritur plus materiae, ut accedat ad gravem, cum divisi, seu paulatim ablatur, ac simul. In abstinentia autem per ieiunium non præcipitur directe, quod alimentum soveat: nam si postquam magna quantitas sumpta est, evomatur, etiamsi ea intentione comesta fuerit, non ex hoc ieiunium non frangitur; sed præcipitur tantum abstinentia cibi secundum se: unde id, quod secundum se excedit de parva quantitate semper excedit, sive unica, sive diversis vicibus sumatur: & licet finis Ecclesiæ, in ieiunijs sit inacratio carnis, seu extenuatio

illius, contra quem finem nihil opponit, qui ea intentione sumit cibum, ut statim evomat: nec ille, qui minutatim illam parvam quantitatem paulo, plus maiorem ea de causa sumit: cum ita sumpta, minus alit, & sovet. Tamen in præceptis Ecclesiæ, & humanis non est in eorum observantia attendendus finis, ut serventur, sicut in præceptis naturalibus, sed observandum, quæ secundum se præcipiant.

296 Non damnatur 1. afferre, quod parvitas materiae sint duas alimenti vnicæ, ut affert Diana, 5. part. tract. 5. resol. 11. sive simul, sive divisi sumptæ, sed non cuiuscumque materiae, ut carnis, casei, ovorum, sed panis, aut fructuum, ut anigdalarum, pomorum, uvarum, ficorum, etiam si eorum, quæ si cum causa sumantur, ut ne deficiant vires, vel ne potus noceat, vel cocus, vel custos infirmorum, ut degustet condimentum, etiamsi parvum per carnis pro hoc fine edat, non erit peccatum: si absque causa sumantur, erit veniale. Parvitas carnis non debet excedere octavam partem vnicæ; ita Leand. in præceptis Ecclesiæ, part. 3. tract. 3. disp. 2. quæst. 13.

297 Rogatus autem ab amico, unica vice in die poterit quis absque peccato parvitatem sumere: non una ab uno, altera ab alio; & idem affirmo de circumstantia, ne potus noceat: nam pro unica vice tantum concedo absque peccato. Corella, num. 183.

Torrecilla, num. 8. nisi materia pro qualibet vice sumpta ad duas vncias non accedat: quia tunc causus repeti potest sumptio toties, quoties maneat intra eandem quantitatem: unde si qualibet vice dimidiam tantum summas vnicam, quater in die id facere poterit, absque peccato veniali cum aliqua adsit causa.

298 Insuper, qui manè sumptat parvitatem, si vespere nova, & singularis causa gravis accidat, ut sermocinatio, aut iter, aliam parvitatem sumere poterit, servato ieiunii merito; quia rationabile videtur, ait Corella hic, 8. impr. num. 187. ad omnia hæc vide Diana, 5. part. tract. 5. à resol. 10. & 1. part. tract. 9. resol. 24. & 29. & à res. 43. Non damnantur 2. opiniones versantes circa assignandam notabilem, vel parvam digressionem inter prandium: ut si occurrat negotium ante finitam mandationem, quasi dimidiæ horæ, & plus iuxta alios, eo finito, continuari potest.

299 Non damnantur opiniones afferentes, chocolatum non frangere ieiunium. Sive quia ab Ecclesia toleratur; sive quia potus dicitur, aut per modum potus sumitur; sive quia maior quantitas, quæ est aqua, minorem ad se attrahit; unde si aqua potus est, erit potus chocolatum: sed ego nullatenus his assentio, & frangere ieiunium affirmo, nisi pro parvitate materiae vasculum vnicum sumatur; ita Diana, 5. part. tract. 5. resol. 11. & 4. part. tract. 4.

resol. 194. vide pro his forum conscient. tract. 2. cap. 5. §. 3. à num. 216.

300 Dubiolum proponit, & resolvit Mag. Hozes hic, à num. 11. cum Leand. de Murc. tom. 2. disquisit. lib. 6. disp. 2. res. 9. Utrum, nimirum materia collationis, v. g. octo vnicæ cibi possint diversis horis diei sumi, ut per tres, quatuor, aut quinque vicibus? Ad quod certissime cum ipsis respondet, non servari eo modo ieiunium. Ratio est: tunc, quia formam ieiunii introduxit consuetudo; sed modus prædictus est contra eam: ergo est contra formam ieiunij: tunc, quia prandium posset similiter per tres, aut quatuor vices in die distribui: tunc denique, quia privilegium (ait Hozes) contra ius communie stricte interpretandum est: sed collatio introducta est contra ius commune, sive contra vnicam comedionem, quæ est in forma ieiunij: ergo stricte intelligendum, & accipendum est; & consequenter, quod prædicta materia collationis continuatae vnicæ vice, non distributa diversis diei horis, licet sumi.



## TRIGESIMA PROPOSITIO.

**O M N I S O F F I C I A L E S , Q U I**  
in Republica corporaliter laborant  
sunt excusati ab obligatione ie-  
niū, nec debent se certificare, an  
labor sit compatibilis cum  
ieiunio. Damnata.

## EXPLANATIO.

301. **S**entiendum est, quod omnes officiales, qui in Republica corporaliter laborant, ut excusentur à ieiunio, debent se certificare, non esse compatibilem eorum laborem cum ieiunio, quia ita declarat Alexander. Ratio est: nam ieiuniū lex est in vigore, & possessione: ergo dum practice non certificantur officiales, quod eorum labor moraliter non est compatibilis cum ieiunio, ieiunare debent.

302. Vnde, qui dubius negativè manet de sufficienti causa excusante, non est excusatus, usque dum certificetur, quia præceptum est in possessione.

303. **D**ixi, negativè manet. Nam, qui positivè dubius est, videlicet, quia opinatur, vel ab intrinseco, hoc est, à ratione probabili, cui assentitur, vel ab extrinseca authoritate, non esse compatibile ieiunium cum labore (intellige moraliter, hoc est, absque considerable incommodo) potest talem opinionem in practice sequi, dictamen implicitè sal-

tim faciendo, quod sit licitum opinionem sequi; quia non exigitur in humanis actibus aliis modus se certificandi de executione, aut de obligatione à lege: & adverte, quod eo ipso, quod quis determinetur ad opinionem sequendam, implicitè facit dictamen de lito eius vsu. Vide circa hoc Moyam, tom. 1. select. tract. 1. quæst. 6. num. 15. 19. & 31. & §. 6. vide etiam explicationem proposit. 1. damnatae ab Innocentio X I. numer. 1.

304. **O**fficia, quorum labor, si magna sit partis diei, incompatible cum ieiunio iudicatur, sunt omnia onerosa, & defatigantia, ut ea, quæ habent agricolæ, hortulani, fabriferrarij, & alij huiusmodi; & non solum corporaliter laboriosa, verum & attentionem, & ratiocinationem exigentia, si diurna fuerint, & huiusmodi, sunt exercitia Prædicatorum, quiter, aut quater in hebdomada prædicant cum fervore, & sic isti deobligantur à ieiunio quadragesimæ, insuper dies, & vesper sermonis excusat eos. Item Confessarij, qui ferè per diem confessiones audiunt, Lectores etiam, & scholastici, qui totius diei labore defatigantur. Denique Advocati, Procuratores, Iudices, Scribæ, Notarij, quando diurnè in suis officijs occupantur, excusat sunt à ieiunio, plura circa hoc videri possunt in Trullenc. lib. 3. cap. 2. a dub. 7. copiose ista tractante. Alii autem officiales, quorum labor levior est, ut Pictores, Su-

to-

## Propositio Trigesima.

tores, Barbitonsores, & alij huiusmodi non deobligantur à ieiunio, quia cum eo labor eorum compatitur, nisi addatur circumstantia debilitatis laborantis, vel aliqua infirmitas, propter quam sufficienter defatigantur. Diana, 1. part. tract. 15. resol. 37. excusat predictos, si toto die in his officijs laborant ex declaratione Eugenij IV.

305. Lumbier hic, num. 777. & Torrecilla, asserunt, quod Genius IV. licet excusat officiales à ieiunio, tamen ex quadam declaratione, quam adducit Compendium Fratrum Minorum, v. ieiunio, num. 2. declaravit, quod intelligendus est de officialibus in officiis nimis defatigantibus, numer. anteced. relatis; non vero de his, quæ hoc numer. referimus, non ita laboriosa. Pauperes, qui commode ynicum rationabile prandium facere non valent, eo quod ostiatim, v. g. per domos Religiosorum vagantur, in quorum nulla sufficienter accipiunt pro vna manducatione, non obligantur ad ieiunium. Si autem in aliqua rationabilitate ientarunt, vel in duabus, aut tribus per modicam interruptionem vnius, vel duarum horarum satis prandient, ad ieiunium tenebuntur. Lumbier hic, num. 779.

306. Mag. Hozes hic, num. 11. Regulam ponit pro diversis casibus occurrentibus, ait enim: *Aunque be deixado esto ultimo indeterminado, y confuso (loquitur de alijs officijs, & occupationi*

*bus; de quibus non facile cognoscitur excusatio à ieiunio) para dar una regla general, con que se puedan decidir muchos casos, digo, que esto queda à la prudencia de buen varon, que consideradas todas las circunstancias, determinará los Oficios, que tienen trabajo incompatible con el ayuno; y es muy cierto, que si dichos Artífices no pueden cumplir con sus oficios ayunando, o si son de flaca, y débil complexion, están escusados; y por ultimo, se ha de notar, que aunque se engañe el Confessor, o el mismo Artifice, juzgando con buena fe, que ay causa bastante para excusar del ayuno, no pecará mortalmente, aunque in rei veritate no la aya; lo qual advierten algunos Autores, porque aviendolo buena fe, y voluntad, *mittus agitur cum lege, quam cum hominibus*. L. Celsius, ff. de recept. arbitr. hucusque Hozes.*

307. Doctrinam pariformem, nec minus utilem affero in foro conscient. tract. 2. cap. 5. §. 3. num. 222. per sequentia verba: Para corona dese §. advierto con Cayetano, 2. 2. quæst. 147. artic. 2. dub. 2. y Silvestr. quæst. 8. dict. 1. y verb. *Missa*, 2. quæst. 1. dict. 6. y otros, que los que dexan de ayunar, ñ oír Missa en dias de obligación, juzgando con buena intencion, que ay causa para ello, no aviendola en la realidad, no pecan mas de venialmente; lo qual se entiende, aunque la ignorancia que en esse juicio

cio tienen, si fuera respecto de precepto de Derecho Natural, sería vencible, y gravemente pecaminosa, no cristi, ó supina; de lo qual se vea à Sanch. lib. 1. Summæ, cap. 17. num. 21. y será conveniente dexarlos en esta fea. Aunque parece esta doctrina conforme à la proposicion 30. condenada por Alejandro VII. bien mirado no lo es; porque aquí se afirma, que ay ignorancia invencible; pero que esta si fuera respecto de precepto natural, dificultosamente se juzgara invencible, mirada de parte del mismo precepto: lo uno, porque este pide mas advertencia, y el mismo la excita: lo otro, porque la mucha suavidad con que la Iglesia se porta en sus Preceptos (especialmente los que tienen por fin el ejercicio de virtud) les hace creer a muchos, que son bastantes algunas desconveniencias, que en su observancia hallan, para ser excusados dellos: Lo cierto es, que si se ofreció duda, ó escrupulo de si avia bastante excusa del ayuno, debian asegurarse, ó certificarse; y no aviendola, pecaron gravemente, dexando de ayunar sin deponer duda, ó escrupulo; y contra esto parecen aquellas palabras de la proposicion condenada: *Ni estan obligados a certificarse si el trabajo es incompatible con el ayuno.*

308 Sexagenarius etiamsi robustus, excusatur à ieunio iuxta probabilem opinionem, quam refert Diana, 1. part. tract. 9. ref. 29.

insuper mulier quinquagenarias & sufficit, quod sexagenarius, aut quinquagenarius annus cæptus sit: Vide hæc, & alia in foro conscient. tract. 2. cap. 5. §. 3. à num. 216.

### TRIGESIMA PRIMA: propositio.

*EXCUSANTUR ABSOLUTE A  
præcepto ieunii omnes illi, qui iter  
agunt equitando, utcumque iter  
agant, etiamsi iter necessari-  
um non sit, & etiam si iter  
vnus diei confiant.*

Damnata.

### EXPLANATIO.

309 **A**dvertendum, quod licet hæc proposi-  
tio tria asserat: 1. quod excusantur à præcepto ieu-  
niū omnes illi, qui equitando iter  
agunt, quomodo cumque fiat:  
2. etiamsi iter necessarium non  
sit; 3. Et etiamsi iter sit vnius diei;  
& omnia damnantur ab Alexan-  
dro. Tamen 2. & 3. sunt amplia-  
tiones, & adhærentia ad primum;  
ad illud scilicet, verbum: *Equi-  
tando.* Vnde declarat Alexander:  
quod non excusat à præcepto ie-  
uniij iter equitando, si iter solum  
sit vnius diei; & vt ait Bonacca  
de Præcept. Eccles. disp. ultim.  
quæst. 1. punct. ultim. num. 11.  
*Hoc genus itineris (nimium equi-  
tando) facilis peragitur cum ie-  
unio, quam repleto ventre.* Præci-  
pua ergo ratio est: qui iter vnius  
diei

diei, & in suavi, seu morigerato  
quadrupedo, levisque gressus non  
defatigat equestrem, nec debili-  
tat sufficienter pro excusando ie-  
unio.

310 Si autem iter necessa-  
rium non fuit, & tamen in eo sa-  
tis defatigatus est homo, de facto  
obligatus non manet. Sed inspi-  
ciendum est, vtrum prævideri se  
ex illo impediendum ad ieunandum,  
& si prævidit, tunc pecca-  
vit contra præceptum. Attende  
tamen ad sequentia.

311 Adverte, non esse dam-  
natam hic opinionem NN. Sal-  
mant. tom. de peccat. disp. 5.  
dub. 6. à num. 103. cum vtroque  
Sanchez, Filiuc. Fagundez, &  
alijs afferentium, non esse pecca-  
tum grave contra legem oppone-  
re impedimentum ad adimplatio-  
nem legis graviter obligantis, si  
tale impedimentum (nota) ex-  
trahit subditum ab obligatione  
legis. Etiamsi apponatur ani-  
mo eximendi se ab ea; & huiusmo-  
di est defatigatio, etiam voluntar-  
ie, hoc est, sine aliqua necessitate  
causata; & huiusmodi etiam est  
infirmitas voluntarie, & absque  
causa sumpta, vt est effusio san-  
guinis per scisionem venæ, quam-  
vis peccet alias graviter contra  
propriam charitatem. Ratio est:  
quia Ecclesia non obligat defessos,  
vel infirmos.

312 Sed non est huiusmodi,  
qui Breviarium projicit in mari-  
ne recitet: quia etsi talis excusatus  
sit, dum non habet, manet sub  
obligatione legis; & sic peccavit

contra legem, quando impedi-  
mentum apposuit, cum non se  
extraxerit ab obligatione. Et hu-  
iusmodi etiam est, qui prævidens  
se omissum Sacrum in die festo,  
sonno se tradidit: nam etiam in  
hoc casu manet sub obligatione  
legis. Et hoc licet, supposito im-  
pedimento, maneat vterque ex-  
cusatus; quia non est idem, non  
obligatio, ac excusatio ad obliga-  
tionem implendam. Vide Salman-  
ticens. à num. 98. & 105. in fine,  
& Curs. tom. 3. tract. 1. cap. 2.  
punct. 10. à num. 158. & num.  
164. casum propositionis præci-  
sè excipio, si in hac doctrina  
comprehenditur, quia ruinosum  
cum Sancta Ecclesia iudicari de-  
bet. Vnde non est damnatum af-  
ferere, quod qui pedestres iter  
non necessarium agunt vnius dici-  
tantum, vel trium leucarum, si  
debiles sunt etiam intentione se  
ab obligatione legis eximendi,  
non peccant graviter. Vide ad  
hac omnia forum consé. tract. 3.  
cap. 2. §. 2. n. 622.

313 Non damnatur hic 1. af-  
ferere, quod si iter sit plurium die-  
rum, quamvis equitando, deobli-  
git à ieunio; & idem, etiamsi  
in curru, lectica, vel ferculo, vul-  
go coche, & litera, sed hoc cum  
debilitate iter agentis regulandum  
est; & si iter sit cursatim, vulgo à  
la posta, quamvis vnius diei sit,  
etiam deobligat: Vide Leand. à  
Sacrament. de ieunio, tract. 5.  
disp. 8. quæst. 99. Non tamen con-  
cedo, quod si iter sit duorum, vel  
trium dierum, deobliget ieu-  
niuum;

cio tienen, si fuera respecto de precepto de Derecho Natural, sería vencible, y gravemente pecaminosa, no cristi, ó supina; de lo qual se vea à Sanch. lib. 1. Summæ, cap. 17. num. 21. y será conveniente dexarlos en esta fea. Aunque parece esta doctrina conforme à la proposicion 30. condenada por Alejandro VII. bien mirado no lo es; porque aquí se afirma, que ay ignorancia invencible; pero que esta si fuera respecto de precepto natural, dificultosamente se juzgara invencible, mirada de parte del mismo precepto: lo uno, porque este pide mas advertencia, y el mismo la excita: lo otro, porque la mucha suavidad con que la Iglesia se porta en sus Preceptos (especialmente los que tienen por fin el ejercicio de virtud) les hace creer a muchos, que son bastantes algunas desconveniencias, que en su observancia hallan, para ser excusados dellos: Lo cierto es, que si se ofreció duda, ó escrupulo de si avia bastante excusa del ayuno, debian asegurarse, ó certificarse; y no aviendola, pecaron gravemente, dexando de ayunar sin deponer duda, ó escrupulo; y contra esto parecen aquellas palabras de la proposicion condenada: *Ni estan obligados a certificarse si el trabajo es incompatible con el ayuno.*

308 Sexagenarius etiamsi robustus, excusatur à ieunio iuxta probabilem opinionem, quam refert Diana, 1. part. tract. 9. ref. 29.

insuper mulier quinquagenarias & sufficit, quod sexagenarius, aut quinquagenarius annus cæptus sit: Vide hæc, & alia in foro conscient. tract. 2. cap. 5. §. 3. à num. 216.

### TRIGESIMA PRIMA: propositio.

**EXCUSANTUR ABSOLUTE A**  
præcepto ieunii omnes illi, qui iter agunt equitando, utcumque iter agant, etiamsi iter necessarium non sit, & etiam si iter unius diei conficiant.

Damnata.

### EXPLANATIO.

309

**A** Dvertendum, quod licet hæc propositio tria asserat: 1. quod excusantur à præcepto ieunii omnes illi, qui equitando iter agunt, quomodocumque fiat: 2. etiamsi iter necessarium non sit: 3. Et etiamsi iter sit unius diei; & omnia damnentur ab Alejandro. Tamen 2. & 3. sunt ampliationes, & adhærentia ad primum; ad illud scilicet, verbum: *Equitando.* Vnde declarat Alexander: quod non excusat à præcepto ieunij iter equitando, si iter solum sit unius diei; & vt ait Bonacca de Præcept. Eccles. disp. ultim. quæst. 1. punct. ultim. num. 11. *Hoc genus itineris (nimium equitando) facilis peragitur cum ieunio, quam repleto ventre.* Præcipua ergo ratio est: qui iter unius diei

### Propositio Trigesimaprima.

61

diei, & in suavi, seu morigerato quadrupedo, levisque gressu non defatigat equestrem, nec debilitas sufficienter pro excusando ieunio.

310 Si autem iter necessarium non fuit, & tamen in eo sati defatigatus est homo, de facto obligatus non manet. Sed inspicendum est, utrum prævideri se ex illo impediendum ad ieunandum, & si prævidit, tunc peccavit contra præceptum. Attende tamen ad sequentia.

311 Adverte, non esse damnatum hic opinionem NN. Salmant. tom. de peccat. disp. 5. dub. 6. à num. 103. cum utroque Sanchez, Filiuc. Fagundez, & alijs afferentium, non esse peccatum grave contra legem oppone impedimentum ad adimplitionem legis graviter obligantis, si tale impedimentum (nota) extrahit subditum ab obligatione legis. Etiamsi apponatur animo eximendi se ab ea; & huiusmodi est defatigatio, etiam voluntariè, hoc est, sine aliqua necessitate causata; & huiusmodi etiam est infirmitas voluntarie, & absque causa sumpta, vt est effusio sanguinis per scissionem venæ, quamvis peccet alias graviter contra propriam charitatem. Ratio est: quia Ecclesia non obligat defessos, vel infirmos.

312 Sed non est huiusmodi, qui Breviarium projicit in mari, ne recitet: quia etsi talis excusatus sit, dum non habet, manet sub obligatione legis; & sic peccavit

contra legem, quando impedimentum apposuit, cum non se extraxerit ab obligatione. Et huiusmodi etiam est, qui prævidens se omissum Sacrum in die festo, somno se tradidit: nam etiam in hoc casu manet sub obligatione legis. Et hoc licet, supposito impedimento, maneat uterque excusatus; quia non est idem, non obligatio, ac excusatio ad obligationem implendam. Vide Salmanticens. à num. 98. & 105. in fine, & Curs. tom. 3. tract. 1. cap. 2. punct. 10. à num. 158. & num. 164. casum propositionis præcisè excipio, si in hac doctrina comprehenditur, quia ruinosum cum Sancta Ecclesia iudicari debet. Vnde non est damnatum asserere, quod qui pedestres iter non necessarium agunt unius diei tantum, vel trium leucarum, si debiles sunt etiam intentione se ab obligatione legis eximendi, non peccant graviter. Vide ad hæc omnia forum consic. tract. 3. cap. 2. §. 2. n. 622.

313 Non damnatur hic 1. asserere, quod si iter sit plurium dierum, quamvis equitando, deobligat à ieunio; & idem, etiamsi in curru, lectica, vel ferculo, vulgo *cocbe*, & *litera*, sed hoc cum debilitate iter agentis regulandum est; & si iter sit cursatim, vulgo à *la posta*, quamvis unius diei sit, etiam deobligat: Vide Leand. à Sacrament. de ieunio, tract. 5. disp. 8. quæst. 99. Non tamen concedo, quod si iter sit duorum, vel trium dierum, deobliget ieunium;

**TRIGESIMAQUARTA**  
propositio.

*IN DIE PALMARUM  
recitans Officium Paschale, satisfacit  
præcepto. Damnata.*

**EXPLANATIO.**

330 **S**entiendum est, quod obligatus ad horas, non satisfacit præcepto, in Dominica Palmarum per Officium Resurrectionis; quia ita declarat Alexander. Ratio est: dissonantia maxima inter diem Passionis, & Officium Resurrectionis: Vnde si est Beneficiatus, tenetur ad restitutionem.

331 Et licet in specie non sit datum, quod id possit fieri in alijs Quadragesimæ, & Adventus Dominicis, & in vtriuslibet ferijs, & in tribus Dominicis ante Quadragesimam, iudico omnino id non posse fieri, quia eadem datur ratio: Vide num. 98. Vnde, qui in his diebus non haberet Breviarium ad recitandum Officium illius diei, & memoriter sciret Officium Resurrectionis, non teneretur ad hoc; & idem sentio de quolibet Officio per annum, respectively ad Officium Resurrectionis; quia qui non potest id ad quod ob ligatur, non tenetur ad id, ad quod obligatus non est.

332 Iudico tamen: quod si memoriter sciret Officium novem lectionum, v. g. de Sanctissimo, aut de B. Virgine, & Officium

diei esset Sancti, aut Dominicæ per annum, teneretur; quia ita debet præsumi de superioris mente, præcipue in opinione referenda, num. 334.

333 Suppono: quod ex devotione, aut ex alio iusto motivo recitari potest in die Palmarum Officium Resurrectinis. Non damnatur hic 1. quod extra Adventum, & Quadragesimam, possit commutari Officium diei in Officium Resurrectionis; sed hoc solum admitto, interveniente gravi, & urgente necessitate, nondum deobligante, sed causa dante, v. g. fatigatus ex itinere, vel valetudinarius, qui etsi obligatus ad recitationem, molestum illi erit Officium longius; ita Lumbier, tom. 2. fragment. numer. 788. & alij.

334 Non damnatur 2. opinio afferens, quod in alijs Officijs possit pensum Officij diei per aliud brevius impleri, v. g. recitare de Sanctissimo, aut de B. Virgine in die Dominicæ Officij, vel de Sancto pro feriali, si absque causa fiat, erit veniale, si cum moderata causa, nullum; & non pro ter, aut quater tantum in anno, sed toties, quoties. Quæ opinio est Villal. nostr. Anton. Azor, Lefsiij, & aliorum apud Curs. Moral. tom. 4. tract. 6. cap. 3. punct. 4. num. 18. Ego vero mortale cum illo iudico, à num. 20.

335 Religiosi Professi Choro deputati, & in Sacris non ordinati, & Moniales obligantur, iuxta communiores opinionem ad

Officium

**Propositio Trigesimaquinta.**

Officium Divinum privatum quotidie recitandum, si Choro non intersint, ex consuetudine multis ab hinc annis introducta; vt vide ri est in Suarez de Religion. tom. 2. lib. 4. cap. 27. num. 9. Sanch. Concil. tom. 2. lib. 7. cap. 3. dub. 3. n. 6. & 12. Et iuxta hunc assensum idem dicendum est de predictis, ac de reliquis ad Divinum Officium obligatis. Solum, quod in Monialibus frequentius occurrit causæ, vt recitent Officium brevius modo dicto, num. 333. in quibus dijudicandis non scrupulosè procedendum est.

336 Ex concessione Innocentii IV. possunt Moniales commutare sibi autoritate propria Officium diei cum rationabili causa, puta, si scrupulosa sit Monialis, in Officium Laicarum. Quod etiam Religiosi, qui in privilegijs participant, facere possunt; ita Pillizziar. tom. 1. tract. 5. cap. 8. num. 129. & tom. 2. tract. 10. cap. 6. num. 16. & Curs. tom. 4. tract. 16. cap. 3. punct. 7. num. 62. vide ad hæc, & alia de Horis Canonicas, forum conc. tract. 2. cap. 5. §. 4. num. 223.

337 Religiosi unius Ordinis non possunt ex vi communicacionis privilegiorum Officia Sanctorum alterius Ordinis recitare; quia mens Pontificis est, hoc illi tantum Religioni concedere Beneficiati tamen commensales alicuius Conventus valent Officia illius peragere. Sicut & Tertiarij propriæ tales; de quo videbis Quint. Dueñ. tom. 2. tract. 8. singul. 17.

& 18. Non vero, qui præcisè sunt Confrates, vt qui portant Cordam, Corrigiam, aut Scapulare: licet isti gaudeant privilegijs, quoad indulgentias tantum, & remissionem peccatorum: Ita Cursus Moral. tom. 4. tract. 18. cap. 1. punct. 7. §. 1. num. 94. fine. Ex Rodriguez, & Bruno Casseag. Item Lumb. ad hanc propositionem, num. 790.

**TRIGESIMA QUINTA**  
propositio.

*UNICO OFFICIO POTEST  
quis satisfacere duplice præcepto  
pro die presenti, & crastino.  
Damnata.*

**EXPLANATIO.**

338 **S**entiendum est, non posse satisfieri unico officio pro duplice præcepto, nimurum pro die presenti, & crastino, quamvis hora competenti pro vtroque die recitetur; quia ita declarat Alexand. Caslus est: Si recitas hodiè matutinum vespere hora quinta solum satisfacit, vel pro hodiè, vel pro crastino. Ratio est: quia pro qualibet die distinctum ab alio onus recitationis Officij præcipitur, in honorem illius diei: vnde si duplex Officium non recitatur hora competenti, non satisfit pro duplice die.

339 Tum, quia Ecclesiæ mens, & intentio est, quod septies in die laudem Ecclesiastici dicant Deo

321 Non damnatur 3. affirmare, quod absque Bulla Cruciae possunt pauperes, & itinerantes, si aliud ad victimum, vel vnicum sufficiens prandium non habeant, edere ova, & lacticinia. Et addit Corella hic, quod mendici possunt absque Bulla manducare residua ovorum, & lacticiniorum, quae ex mensis habentium Bullam illis elargiuntur.

322 Non damnatur 4. quod ex alijs causis possint ova, & lacticinia edi, vt cantores ad vocem conservandam, vel si salutinoceant aquatilia, seu salitrofi cibi, vel ex aliqua infirmitate.

323 Non damnatur 5. assertare, quod illi, qui per communem Cruciae Bullam ova, & lacticinia comedere in quadragesima non possunt, vt Ecclesiastici, & Religiosi (non loquitur de Regularibus Militaribus, de quibus ex alio capite dubitatur) licet illis per eandem Bullam comedere ea in Dominicis quadragesimæ. Ita Trullenc. in Bull. lib. 1. §. 4. dub. 7. num. 2. cum Anton. Gom. Corduba, & alijs, & hanc opinionem probabiliorem iudico, ac oppositam: nam in Bulla Latina prohibetur Sacerdotibus, & Regularibus, alijsque exceptis, vius ovorum, & lacticiniorum in diebus ieunij quadragesimæ: ergo extra istos dies possunt illis vesci; sed dies Dominicæ non sunt dies quadragesimalis ieunij, sed tantum dies abstinentiæ: ergo in illis possunt persona excepta per Bullam, ova, & lacticinia edere. Sic Tru-

llenc. citatus, qui assert Villal. tract. 27. claus. 6. num. 11. fine afferentem, non esse in praxi commendandam; & Diana, tract. 11. ref. 5. ait, esse probabilem, & in praxi turam, & Ludovicus à Cruce valde probabilem existimat in expositione Bullæ, disput. 1. cap. 5. dub. 18. num. 5. Item prædictæ personæ possunt licet ova, & lacticinia edere ex eadem Bulla, si sexagenarij sunt, in diebus ieunij quadragesimæ; quia ita illi concedet; & intelligitur incepto sexagesimo anno: nam in favorabilibus sumitur incepitus pro completo; sicut in honoribus, iuxta illam regulam: *In bonoribus annus ceptus habetur pro completo. Leg. Ad rem publicam, ff. de munere. & bonoribus, & in concordat. Glossa, v. Exegerit, & cap. Cum in cunctis, de elect.*

324 Quæres: An per privilegium concessum Religiosis Ordinis Sancti Iacobi, quod asservatur in Regio Conventu de Vcles, vt ova, & lacticinia possint in quadragesima edere, valeant Regulares aliorum Ordinum, quæ in privilegijs communicant, comedere illa? Respondeo negando: quia tale privilegium non est participabile ab alijs Religionibus, vt probat late Mendo, lib. de Ordinib. Militar. vbi videbis eum; & Diana, part. 9. tract. 8. ref. 67. nullatenus admittit pro alijs Regularibus tale privilegium, & N. Anton. à Spiritu Sancto de privil. Reg. in partic. tract. 2. disp. 1. sect. 3. §. 2. n. 140. irresolutus manet.

Yan

325 Vnicum peccatum specie, & numero committit, gravetamen, qui in die quadragesimali in vno prandio carnes, & ova, & lacticinia comedit; quia eti diversa præcepta, & diversam videantur prohibere materiam: ipsa tamen materia, vt prohibita, se habet, vt incluens, & inclusa: nam in ovis, & lacticinijs prohibitis censetur prohibita caro: & frangens præceptum abstinentiæ carnis, frangit præceptum abstinentiæ ovorum, & carne inclusorum respectu fractionis.

326 Dixi, in vno prandio: nam si pluribus moraliter vici bus ova quis comedit, plura numero peccata committit; quia cum præceptum, sive consuetudo lacticinia, & ova non comedendi sit divisibile, tot peccata committit, quot fuerint transgressiones. Corella hic.

### TRIGESIMA TERTIA propositio.

**RESTITUTIO FRUCTUUM**  
Beneficij causa omissionis recitationis Diviniti Officij potest suppleri per quascumque eleemosinas, quas ante Beneficiatus erogaverit ex fructibus Beneficij.  
Damnata.

### EXPLANATIO.

327 **S**entiendum est, quod Beneficiarius non potest supplere pro obligatione

restituendi ob horas omissas per quascumque eleemosinas, quas ante omissionem fecerit ex fructibus Beneficij; quia ita declarat Alexander contrarium damnando.

328 **L**y per quascumque, intellige, nec per aliquam earum; & potiori ratione, non potest satisfacere per eleemosinas antea factas bonorum non Beneficij.

329 Ratio horum est: tunc, quia nondum erat concretum debitum, quando facta fuit eleemosina: ergo non potest esse restitutio; & opus illud ante amissionem fuit misericordia, non iustitia, vt est restitutio: tunc, quia si hoc esset licitum, omitteret facilius Beneficiarius horas, sciens iam habere satisfactum. Non est damnatum assertare, quod per quascumque eleemosinas, seu pia opera postea facta; quorunque bonorum satisfacit; quia ita de Beneficiato presumitur: Vnde si per has positivè noluit satisfacere, dum elargiretur, non facit satis; quia in contrarium est præsumptio, & regula posita, num;

247. non intelligitur de obligationibus iustitia: Vide explanationem proposition. 20.



nium, nisi accedente alia circumstantia debilitatis, vel inclemencie temporis, aut equi, sive muli, vulgo *trotones*. Torrecilla, & Corella. Non damnatur 2. quod etsi equitando, & vnius diei sit iter, excusetur equitans, si debilis sit. Non damnatur 3. quod si itinerans non invenit in diversorio, & opidulo necessaria ad viationem, in pecta complexione personae, non tenebitur ad ieunandum, ut si nobilis, & delicatus solum habeat olera, & poma. Sanchez, Concil. part. 2. lib. 5. dub. 15.

314 Filgueira hic afferit, non esse in præf. damnatum afferere, quod qui iter vnius diei confecit, si octo, aut decem Hispanicas leucas in eo ambulavit, ad ieunium non est obligandus; nam propositione damnata dicit: *Utcumque iter agant; sed meo videri, ex hac parte non effugit damnationem: nam ly utcumque non eadit supra iterationem leucarum itineris; cum potius supponat, quod sit vnius diei iter, qui communiter reputatur octo, vel decem leucarum. Insuper, & quod vnius diei sit iter taliter in propositione supponitur, quod potius sit ampliatio illius; nam ita in ultima clausula afferit: Et etiam si iter vnius diei conficiant. Vnde Ly utcumque, appellat supra modum equitandi, sive sit equo, sive curru, lectica, aut ferculo, vel alio, si datur commodiori modo.*

315 Non damnatur 4. quod regulares itinerantes possint trans-

ferre ieunium illius diei, in quo iter faciunt, in aliud diem Ecclesiæ ieunio, aut alia gravi obligatione, vt ex voto non occupato, ex privilegio vivæ vocis oraculo Leonis X. & intelligitur non excusante itinere ab obligatione ieunij: nam si excusat, non est opus translatione ad illum omitendum licet. Et ita erit in itinere equitando vnius diei. Sic refert Rodrig. tom. 2. qq. regular. quest. 101. art. 3. Bordon. tom. 2. resol. 108. num. 7. & Casarr. in comp. privileg. v. *Itinerantes*, num. 6. & docet Sorbus, quem refert, & sequitur Pasqual. de ieunio, decis. 416. num. 3. Cruz, lib. 1. cap. 6. dub. 22. concl. 4. N. Anton. à Spiritu Sanct. de privileg. Regul. in particul. tract. 2. disp. 1. sect. 3. §. 2. num. 144. Pillizzari. tract. 5. cap. 5. num. 44. fine.

316 Sed timorati, experientia dictante, non vntuntur eo privilegio, nec ego vterer eo, nisi in dubio, an itineris labor sufficeret ad excusandum à ieunio; præcipue si equitando, aut in quadriga fiat; nam hoc privilegium concessum est Minoribus; eo quod ipsi frequenter pedestres iter faciant. Veruntamen est, quod vt ait Pillizzarius in generali privilegiorum communicatione non apponuntur restrictiones, qua in huius, aut alterius privilegiis concessione appositæ sunt; & ideo communicantes in hoc privilegio, quamvis equitando fiat iter, eo uti possunt; sed ego (vt dixi) cum

ea limitatione tantum ieunium transferrem. Et notabis, quod licet hoc privilegium fuerit vivæ vocis oraculum, & sublata fuerint vivæ vocis oracula; tamen quæ fuerunt ante Sextum V. & nemini præjudicantia, confirmata sunt per Bullam, vt probat Bordon. tom. 1. resol. 3. quest. 3. & resol. 18. quest. 4. n. 7. & huiusmodi est hoc relatum.

### TRIGESIMA SECUNDA propositio.

**NON EST EVIDENS, QUOD**  
consuetudo non comedendi ova, &  
lacticinia in quadragesima obli-  
get. Damnata.

### EXPLANATIO.

317 **S**entiendum est, quod consuetudo non comedendi ova, & lacticinia in quadragesima obligat: nam sic ab Ecclesia recepta est, & ab Alexand. hic declarata. Unde licet non sit damnatum afferre, quod ex vi iuris, seu præcepti Ecclesiastici (vt Torrecilla hic ait) non obligat sub mortali: attamen duo sententia: Primum, quod etiam ex vi iuris obligat (vt ait Moya) tom. 1. tract. 6. disp. 5. quest. 2. num. 6. Secundum, quod in præsentí damnatur opinio affirmans, non obligari sub mortali ex vi consuetudinis: nam materia est gravis, & ita receptum habent fideles, communiter de hac materia vt gravi se accusantes; & neminem has propositiones exponentium

vidi contrarium sentientem.

318 Dux, etiam ex vi iuris: nam etsi verba in cap. *Iuris, denique*, dist. 4. (nimis) par est, vt quibus diebus à carnibus abstineamus, ab his qui fementinam à carnis trahunt originem, ieunemus, à lacte, videlicet ovis, & caseo; non videbantur præceptiva: attamen, quia ea verba fuerunt responsio ad interrogationem, quæ facta est à Sanct. August. Episcopo Anglorum, D. Gregor. Papæ; an obligaret abstinentia lacticiniorum in quadragesima, sicut & carnium? Et respondet illis verbis, quibus declarat adhibita ratione, quod sicut unum, sic & aliud; propterea obligativa esse decerno; & consequenter obligationem non comedendi ova, & lacticinia, in quadragesima, etiam ex iure provenire, & huius sententiae sunt plures Authores: Vide Hozes hic, a num. 6.

319 Non damnatur hic 1. quod in alijs anni diebus præter quadragesimam possint ova, & lacticinia edi.

320 Non damnatur 2. opinio Enriq. August. sect. 16. quest. 8. & Mach. tom. 1. lib. 2. part. 4. tract. 3. docum. 2. num. 4. & aliorum afferentium, quod in Dominicis quadragesimæ est licitum absque Bulla Cruciatæ edere ova, & lacticinia. Licet longè probabilius sit contrarium, ob declarationem Congregationis Indicis, & Sancti Officij: Vide Dian. 1. part. tract. 11. res. 5. & part. 10. tract. 11. res. 45. & Moyam, num. 8.

Non

per septem Canonicas Horas ad exemplum Prophetæ, *Septies in die laudem dixi tibi*, Psalm. 108. & qui vno matutino pro duobus diebus applicat, non laudat Deum prædicto obsequio; cum pro vno die matutinum deficiat, ait Mag. Hozes, num. 20.

340 Bene verum est: quod vna actione potest quis satisfacere dupli præcepto, facta tempore competenti, sive præcepta diversum motivum habeant, sive non, v.g. vna eleemosina adimplere possum poenitentiam Sacramentalem, & succurrere extremè indigenti: illud ex motivo Religionis, vel iustitiae vindicativæ: Hoc charitatis, & vno Sacro adimplere præceptum Missæ in Dominica, & pro festo Sancti Petri in ipsa incidente; & vno ieiunio pro Vigilia Sancti Matthæi, & feria temporum; sed hoc intellige dummodo de præcipientis mente contrarium non constet, aut præsumatur, sicut communiter non præsumitur de Confessario imponente poenitentiam, quod velit esse opus alias præceptum. Et ita etiam in præsenti, nam de mente præcipientis constat, quod pro quolibet die vnum præcipiat Officium distinctum numero ab alio alterius die; quod probat inconcussa recitantium praxis: Vide Cursus Moral. tom. 4. tractat. 17. cap. 1. punct. 6. §. 1. circa hoc alias regulas assignantem.

341 Qua autem hora recitari possit? Dico, quod matuti-

num ex consuetudine, vt testatur Navarrus de Orat. cap. 3. numer. 6. potest anticipari, & ab hora secunda diei antecedentis recitari, vt ait Sanchez, tom. 2. Concil. lib. 7. cap. 3. dub. 37. num. 3. Trullenc. Decalog. lib. 1. cap. 7. dub. 18. numer. 8. & alii plures; & quod in Quadragesima hora undecima, vesperris recitatis, afferit Sanchez, ibi, dub. 37. num. 4. quia iam ex tunc incipit dies festus crastinus. Respetu autem aliarum horarum non datur talis consuetudo, et si aliqui possè anticipari, etiam dixerunt, vt ait Diana, 2. part. tract. 12. resol. 39. Et ideo omnino dicendum est, debere recitari, à punto mediae noctis incipientis diei, usque ad medium noctem sequentem, qua finitur; & intra id tempus, anticipare, vel postponere, non erit lethale; erit tamen veniale recitare absque causa vespertas, & completorium primo mane. Ita Sanchez citat. cap. 2. dub. 36. num. 4. Trullene, dub. 10. num. 5.



### TRIGESIMASEXTA propositio.

**R E G U L A R E S P O S S U N T**  
*in foro conscientie uti privilegijs,*  
*que sunt expressè revocata per*  
*Concilium Tridentinum.*

Damnata.

### E X P L A N A T I O .

342 **D**icendum est, quod non possunt Regularis uti privilegijs expressè revocatis in Concilio Tridentino; & affirmare contrarium, damnat Alexander. Ratio est: nam eadem potestas est concedentis anteā, & revocantis postea, in Trident. ergo cum attendendum sit posteriori voluntati, inde est, quod absque fundamento asseritur, talibus privilegijs uti posse.

343 Et eadem ratione affirmo, nullo modo intelligendam esse damnationem de privilegijs, postea revalidatis, vel noviter concessis. Et adverte: quod dicta damnatio solum intelligitur de privilegijs, quæ in Concilio Tridentin. habent clausulam expressè revocatoriam, qualis ista est: *Non obstantibus, quibuscumque privilegijs in contrarium.* Nam propositio asserebat: *Expressè revocata.* Non vero de illis circa cuius materiam, et si contrarium Tridentin. disposuerit, non apposuit clausulam revocatoriam eorum. Ita Lumb. tom. 2. num. 794. & alij.

344 Vide Ioannem à Cruce de Statu Religioso, lib. 3. dub. 6. vbi affert casus expressè per Tridentin. revocatus; alii autem sunt non expressè revocati. Quales sunt: 1. quod Regularis possint Officia Divina celebrare tempore interdicti, & sæculares admittere: 2. quod possint extra tempora ordinari in Dominica, vel alio die festo: 3. quod à Prælatis possint dispensari in interstitijs: 4. quod Regularis possunt dispensare in petitione debiti cum conjugatis incestuosis. Vide Corell. ad hanc propositionem.

345 Probabile etiam est: quod *viva vocis oracula*, videlicet, privilegia Regularibus concessa, verbo tantum, non sunt revocata, si expressè per Tridentinum non revocata sunt; quod quidem hic non damnatur, vt ait Torrecilla hic, 1. part. num. 5. Quæ autem ira sunt, & quomodo intelligatur non esse revocata; & quid in hoc sentiendum sit? Explicat Curs. Moral. tom. 4. tract. 18. cap. 2. punct. 6. §. 1.

### TRIGESIMASEPTIMA propositio.

**I N D U L G E N T I A E C O N C E S S A**  
*Regularibus revocata à Paulo V,*  
*bodie sunt revalidata.*

Damnata.

### E X P L A N A T I O :

846 **S**entiendum ergo est, non esse hodiè revalidatas indulgentias, quas Pau-

E 3 lus

per septem Canonicas Horas ad exemplum Prophetæ, *Septies in die laudem dixi tibi*, Psalm. 108. & qui vno matutino pro duobus diebus applicat, non laudat Deum prædicto obsequio; cum pro vno die matutinum deficiat, ait Mag. Hozes, num. 20.

340 Bene verum est: quod vna actione potest quis satisfacere dupli præcepto, facta tempore competenti, sive præcepta diversum motivum habeant, sive non, v.g. vna eleemosina adimplere possum poenitentiam Sacramentalem, & succurrere extremè indigenti: illud ex motivo Religionis, vel iustitiae vindicativæ: Hoc charitatis, & vno Sacro adimplere præceptum Missæ in Dominica, & pro festo Sancti Petri in ipsa incidente; & vno ieiunio pro Vigilia Sancti Matthæi, & feria temporum; sed hoc intellige dummodo de præcipientis mente contrarium non constet, aut præsumatur, sicut communiter non præsumitur de Confessario imponente poenitentiam, quod velit esse opus alias præceptum. Et ita etiam in præsenti, nam de mente præcipientis constat, quod pro quolibet die vnum præcipiat Officium distinctum numero ab alio alterius die; quod probat inconcussa recitantium praxis: Vide Cursus Moral. tom. 4. tractat. 17. cap. 1. punct. 6. §. 1. circa hoc alias regulas assignantem.

341 Qua autem hora recitari possit? Dico, quod matuti-

num ex consuetudine, vt testatur Navarrus de Orat. cap. 3. numer. 6. potest anticipari, & ab hora secunda diei antecedentis recitari, vt ait Sanchez, tom. 2. Concil. lib. 7. cap. 3. dub. 37. num. 3. Trullenc. Decalog. lib. 1. cap. 7. dub. 18. numer. 8. & alii plures; & quod in Quadragesima hora undecima, vesperris recitatis, afferit Sanchez, ibi, dub. 37. num. 4. quia iam ex tunc incipit dies festus crastinus. Respetu autem aliarum horarum non datur talis consuetudo, et si aliqui possè anticipari, etiam dixerunt, vt ait Diana, 2. part. tract. 12. resol. 39. Et ideo omnino dicendum est, debere recitari, à punto mediae noctis incipientis diei, usque ad medium noctem sequentem, qua finitur; & intra id tempus, anticipare, vel postponere, non erit lethale; erit tamen veniale recitare absque causa vespertas, & completorium primo mane. Ita Sanchez citat. cap. 2. dub. 36. num. 4. Trullene, dub. 10. num. 5.



### TRIGESIMASEXTA propositio.

**R E G U L A R E S P O S S U N T**  
*in foro conscientie uti privilegijs,*  
*que sunt expressè revocata per*  
*Concilium Tridentinum.*

Damnata.

### E X P L A N A T I O .

342 **D**icendum est, quod non possunt Regularis uti privilegijs expressè revocatis in Concilio Tridentino; & affirmare contrarium, damnat Alexander. Ratio est: nam eadem potestas est concedentis anteā, & revocantis postea, in Trident. ergo cum attendendum sit posteriori voluntati, inde est, quod absque fundamento asseritur, talibus privilegijs uti posse.

343 Et eadem ratione affirmo, nullo modo intelligendam esse damnationem de privilegijs, postea revalidatis, vel noviter concessis. Et adverte: quod dicta damnatio solum intelligitur de privilegijs, quæ in Concilio Tridentin. habent clausulam expressè revocatoriam, qualis ista est: *Non obstantibus, quibuscumque privilegijs in contrarium.* Nam propositio asserebat: *Expressè revocata.* Non vero de illis circa cuius materiam, et si contrarium Tridentin. disposuerit, non apposuit clausulam revocatoriam eorum. Ita Lumb. tom. 2. num. 794. & alij.

344 Vide Ioannem à Cruce de Statu Religioso, lib. 3. dub. 6. vbi affert casus expressè per Tridentin. revocatus; alii autem sunt non expressè revocati. Quales sunt: 1. quod Regularis possint Officia Divina celebrare tempore interdicti, & sæculares admittere: 2. quod possint extra tempora ordinari in Dominica, vel alio die festo: 3. quod à Prælatis possint dispensari in interstitijs: 4. quod Regularis possunt dispensare in petitione debiti cum conjugatis incestuosis. Vide Corell. ad hanc propositionem.

345 Probabile etiam est: quod *viva vocis oracula*, videlicet, privilegia Regularibus concessa, verbo tantum, non sunt revocata, si expressè per Tridentinum non revocata sunt; quod quidem hic non damnatur, vt ait Torrecilla hic, 1. part. num. 5. Quæ autem ira sunt, & quomodo intelligatur non esse revocata; & quid in hoc sentiendum sit? Explicat Curs. Moral. tom. 4. tract. 18. cap. 2. punct. 6. §. 1.

### TRIGESIMASEPTIMA propositio.

**I N D U L G E N T I A E C O N C E S S A**  
*Regularibus revocata à Paulo V,*  
*bodie sunt revalidata.*

Damnata.

### E X P L A N A T I O :

846 **S**entiendum ergo est, non esse hodiè revalidatas indulgentias, quas Pau-

lus V. revocavit Regularibus; quia à nullo alio Pontifice invenitur facta talis revalidatio: Vide *Fulgucir.* plura de indulgentijs revocatis, & nullis congerentem, decretumque Sacrae Congregacionis die septima Marci anno 1678. declarans, vt nullas, pluresque vt indulgentiae, vagabantur afferentem; idemque adducit *Corella* hic. Sed in hac revocatione, & damnatione non ingrediuntur: 1. indulgentiae concessæ Regularium Confraternitatibus ante Paulum V. vnde Regularis factus *Confrater*, eas lucrare potest: 2. indulgentiae cæteris fidelibus concessæ, quas possunt Regulares, sicut alij fideles lucrare: 3. Non sunt revocatae indulgentiae, quas Regulares per sua privilegia alijs applicare possunt; quia non sibi, sed pro alijs sunt: Vide *N. Anton.* à num. 31. & *Lumbier* hic, à numer. 802.

347 4. Non sunt revocatae indulgentiae concessæ Regularibus, pro defunctis, sive Religiosis, sive Sæcularibus; ita ait Mag. *Hozes*, presumi debet de Pontificis benignitate. Quod probat à simili; & est, quod cum interrogaretur *Vrbanus VIII.* à quodam Generali nostrorum Discalceatorum Congregationis Italiae: An revocatio Oraculorum comprehendebat indulgentias defunctorum? Respondit: quod non, sed potius in suo robore manere; & ita refert *N. Petrus ab Angel.* in *Specul. Privileg.* disp. 1. sect. 2. §. 10. num. 12. & afferit, se vidis-

se testimonium authenticum huius *Vrbani* responsionis: ergo idem ( ait *Hozes*) de nostro casu afferendum. Vide eum.

348 Nunc transeuntē memorare volo indulgentiam altaris animæ, nostris Excalceatis Carmelitis concessam pro defunctis nostris Regularibus; quam refert *Mag. Lumbier*, tom. 2. fragment. tract. 4. §. 5. advertent. 2. num.

143. nimicum, quod eo die, in quo Religiosus, aut Monialis è vita decesserit, omnia illius Ecclesiæ altaria privilegiata sint pro indulgentia plenaria animæ; in quo privilegio non communicant alia Religiones; nec in quolibet alio huius generis privilegio de altari privilegiato datur communicatio vnius ad alteram Religionem; vt probat *Diana*, part. 6. tract. 7. ref. 39. & part. 9. tract. 2. refol. 20. & *Lumbier* citat. num. 1135. & 1143. Adverte 1. quod qui intentionem habuerit lucrandi, per opera bona, quæ fecerit, indulgentias, quas potuerit, lucrabitur eas, quæ his operibus concessæ fuerint; & idem dicendum, de indulgentijs tali statu, v. g. Religioso concessæ; vnde fructuosum erit hanc intentionem quotidie habere; sic *Torrecilla* hic 1. impr. num. 5.

349 Adverte 2. quod decreto à Sacra Congregatione editum Romæ die 7. Marci anno 1678. ab *Innocentio XI.* confirmatum, in quo decernitur, vt pro uno die vna tantum indulgentia plenaria lucretur; Intelligitur si

præ-

prædicta indulgentia pro uno motivo concessa sit, v. g. pro visitatione altarium per Bullam Cruciatæ in Quadragesima, vel alicuius Ecclesiæ in feito talis Sancti. At tamen si pro diversis titulis, aut motivis diversæ indulgentiæ concessæ fuerint in uno die, vt visitatio altarium, & Ecclesiæ in die Sancti, omnes lucrari possunt. Nec tollit Pontifex quod illa opera, etiam respectu vnius indulgentiæ sapienter repetantur, nam & si vna tantum indulgentia lucretur, ipsa vero opera erunt noviter meritoria, satisfactoria, & impenetratoria: si autem indulgentia plenaria non fuerit, non comprehenditur in hoc decreto; vide eum in *Lumbier*, tom. 2. num. 976. vide etiam forum conscient. tract. 2. cap. 12. §. 1. num. 517. Et qui duas sumpsit Bullas, duas indulgentias plenarias lucrare potest: Vide *Lumbier*, num. 984. & 1153.

### §. I.

#### *DE INDULGENTIIS NOVI- TER Regularibus per Paulum V. concessis.*

350 **I** Dem *Paulus V.* qui plurimas revocavit indulgentias Regularibus, forte, quia earum valor tunc temporis incertus erat, alias pro eorum solamine illis concessit. Prima indulgentia plenaria, pro die, quo habitum Religionis sumperint, confessione, & communione præmissa: 2. Item ple-

naria, similitè confessis, & sumpto Eucharistia Sacramento, pro die professionis.

341 3. Etiam plenaria, cum primam Missam celebrent; & Religiosis eidem primæ Missæ assidentibus, præmittendo confessio- nem, & communionem, plenaria item indulgentiam concessit. 4. Plenaria pro articulo mortis devotè invocantibus nomen *Iesu*, ore, aut corde, si ore non potuerint. 5. Etiam plenaria vi- sitantibus suam Ecclesiam in præcipuo sui Ordinis festo, præmissa confessione, & communione; aut celebratione Missæ, & ibi oranti- bus pro exaltatione fidei, &c.

352 Sexta plenaria, si per de- cem dies exercitia spiritualia ha- buerint, facta in illis confessione, & Eucharistia sumpta; & quia in concessione dicitur: *Quoties pro quolibet predicatorum exercitorum.* Videtur, ait *Mag. Lumbier*, tom. fragment. 4. §. 5. numer. 1124. quod *Ly quoties*, signifi- cat, quod toties indulgentia plenaria ab exercitante Religioso lucretur, quoties in his decem diebus confessionem fecerit, & Eucharistiam sumperit, vel cele- braberit. Notatque idem *Lum- bier*, quod in clausula huius indulgentiæ ponitur disiunctivè con- fiteri, & communicare, à cele- brare per illud disiunctivum *vel*. videtur hic, quod Sacerdoti so- lum imponit conditionem cele- brandi, non confitendi; & idem notabis, quotiescumque ea forma clausula ponatur, sicut etiam in

quinta in praesenti ordine ponitur.

353 Septimo item concessit idem Paulus V. Religiosis cuiuscumque Ordinis intra claustra viventibus, vt si propriam Ecclesiam visitaverint, etiamsi omnibus, & devote oraverint pro pace, & concordia Christianorum Principum, extirpatione heresum, & Sanctae Ecclesiae exaltatione, lucentur quolibet die id fecerint, omnes indulgentias concessas visitantibus Ecclesias intra, & extra Romam in die stationum, ac si personaliter eas visitarent; & hoc intelligitur, non tantum de indulgentiis non plenarijs, verum & de plenarijs, vt docet N. Anton. à Spiritu Sancto, Direct. Regul. tom. 2. disp. 5. sect. 2. num. 16.

qui affert Peirin. & Palaum, ita etiam docet N. Petrus ab Angelis in specula Privileg. disp. 6. sect. 2. num. 31. contra Lezanam, tom. 3. v. Indulgencie, num. 21. & Lumbier, in explication. Bulla Pauli V. loco citato, num. 1026. qui de indulgentiis plenarijs id negat, sed Mag. Hozes dicta tenet hic, num. 14. vide eum.

354 Nostr. Anton. à Spiritu Sancto in Direct. Regul. tract. 2. de privileg. in particul. disp. 5. sect. 2. §. 1. num. 21. & 22. affert indulgentiam stationis Sanctissim. Sacramenti, & facienda est coram principale altare recitando sexies *Pater noster*, & totidem *Ave Maria*, & in fine cuiuslibet *Ave Mariae Gloria Patri*, &c. quam Paulus V. Minoribus con-

cessit, & eam Urbanus VIII. confirmavit; & aliae Religiones in privilegijs communicantes participant; & in ea lucentur indulgentias stationum Romæ, Ierusalem, Sancti Iacobi, & Portiunculæ: Vide predictum Authorem.

355 Octavo, vt Religiosi, qui intra Claustra vivunt si ante principale altare Ecclesiae quinques *Pater noster*, & *Ave Maria* recitaverint, pro qualibet die, quo haec fecerint, concessit quinque annos, & totidem quadragenas; & Religiosi de licentia suorum Prælatorum itinerantibus, aut extra claustra degentibus, vt Prædicatoribus, & Lectoribus, idem concessit, visitantibus, & idem recitantibus ante quodlibet altare.

356 Nono cuiuscumque Religioso, qui per integrum mensem quotidie dimidiā horam orationis mentalis impleverit, si in ultima illius mensis Dominica confiteatur Sacramentaliter, Eucharistiamque acceperit, concedit sexaginta indulgentiae annos, totidemque quadragenas. Dicimus illis, qui in culparum capitulo corde contrito suos defectus, & imperfectiones aperuerint, si spiritualiter communicaverint, & aliquod virtutis exercitium fecerint, tres annos, totidemque quadragenas concessit.

357 Undecimo: si Superior in Generali visitatione, pro evento utri illius orationem quadraginta horarum habere voluerit,

con-

concedit Paulus V. cuicunque Religioso assistenti per duas horas, quamvis non continuatas, indulgentiam plenariam: dummodo ea oratio fiat pro pace Christianorum Principum, extirpatione heresum, salute Romani Pontificis, exaltatione Ecclesiae, & augmentatione Regularis Observantiae; præmissa confessione, & communione, vel celebratione Missæ. Duodecimo, cuicunque in terram Infidelium, & hereticorum proficiens de suorum Prælatorum licentia, vt illos convertat ad veram fidem, concessit, si prius, vt ad tantum ministerium disponatur per confessionem, & communionem, vel Missæ celebrationem, duas plenarias indulgentias; unam in principio itineris, alteramque in ingressu terræ Infidelium.

358 Istæ sunt indulgentiae de novo à Paulo V. & non aliæ, pro omnibus Religionibus in communione concessæ, alijs usque ad id tempus revocatis. Quod non tamen tollit, vt qualibet Religio suas habeat proprias, tam ab ipso Paulo, quam ab alijs Pontificibus concessas.

359 An autem Regulares vnius Ordinis possint in suis Ecclesijs lucrare indulgentias pro Ecclesijs alterius Ordinis; vt Carmelitæ Regulares in suis Ecclesijs Portiunculam, aut indulgentiam diei Sancti Dominici? Affirmant plures, & Quintan. Dueñ. probat tract. 4. append. dub. 9. sed hoc negat Lumbier, tom. 2. fragm.

fragm. 4. §. 5. num. 1139. post revocationem indulgentiarum. Probabile tamen iudico: quia aliud est revocatio indulgentiarum, aliud communicatio illarum, quæ verè extant à Leone X. Religionibus pro ipsis Religiosis concessæ anno 519. vt affert Quintan. Dueñ. loco citat. dub. 8.

460 Aliam indulgentiam concessit idem Paulus V. Minoribus, vt recitantes Coronam Rosarij B. M. V. indulgentiam plenariam consequantur; ita affert Leand. à Murcia, teste Mag. Hozes hic, num. 4. & hoc, non obstante revocatione.

## §. II.

### QUÆSITUM RESOLVITUR.

361 **Q**Uæres, quid proficit, plures lucrare indulgentias in uno die; cum indulgentia unica plenaria sit remissio totius poenæ pro omnibus peccatis debitæ, unde una lucrata, alia effectum non habebit? Respondeo 1. quod in indulgentiis, quæ pro defunctis applicari valent, vt quæ visitando quinque altaria per Cruciatæ Bullam, non urget hæc difficultas; cum una pro uno, alia pro altero, & insuper pro se ipso posset aliam lacrare.

362 Respondeo 2. quod difficillimum est, quod lucrans indulgentiam omni careat culpa veniali, vt ego probo in foro conscientia, tract. 2. cap. 12. §. 1. num. 517. fine; & poena non tollitur, cul.

culpa non ablata; quare si pro alia lucranda indulgentia plenaria quis adhibet diligentiam positum novo, aut repetitis attritionis actibus pro peccatis venialibus ex motivo deformitatis illorum, condonabuntur alia peccata venialia, si motivum retractans in eis actibus illa comprehendit; & consequenter condonabitur illi poena per indulgentiam illis venialibus correspondens.

363 Respondeo 3. quod super omnia sufficit, ut quis in una die diligentias pro pluribus, quas licet indulgentias plenarias lucrare, faciat incertitudo maxima, quæ intervenit in eo, quod præcedentem, aut præcedentes indulgentias lucratus sit. Et sunum est consilium, procurare contritionem, cum diligentiam novam pro alia indulgentia ponitur.

364 Nota, quod Regulares, & per ipsos Tertiarij obtinuerunt privilegium à Leone X. vt possint pro defunctis applicare indulgentias, usque ad eius tempus concessas, vt affert Casanate in Compend. Privil. v. *Indulgentie non plenarie quoad Fratres*; & id ipsum concessit postea Sixtus V. vt assentit Martin. a Sancto Ioseph. in explicat. regul. declarando Bullam Pauli V.

365 Et iuxta Gobar, cuius titulus est: *Thesaurus indulgentiarum*, part. 2. cap. 21. quæst. 61. num. 466. quilibet persona potest sua autoritate offerre Deo indulgentias, quas lucraverit pro Animabus Purgatori per modum Regulares.

suffragij; & idem defendit, non tantum ut pium, sed ut probabile Leand. à Murc. tom. 2. disquisit. Moral. lib. 6. disp. 2. resol. 10. num. 6. usque ad 14. Addunt tamen, quod applicatio ista infallibilis non est, sicut quæ fit per Papæ authoritatem, sed fallibilis; iudico vero cum Torrecill. tom. 5. Regular. Tertiae Ordinis, tract. 2. disput. 20. num. 179. Vbi dicta assert, quod sentiendum est contrarium, benè verum est, quod nihil desperditur applicando indulgentiam pro quo scit Deus, posse, & deberi.

### §. III.

#### DE PORTIUNCULÆ IUBILEO.

366 Circa Portiunculæ Iubileum notabis, quod illud, quod Christus concessit visitantibus Ecclesiam Sanctæ Mariæ Angelorum de Portiuncula, extendit Gregor. XV. ad omnes Ecclesias Ordinis Sancti Francisci de Observantia; & postea extensum est ad Ecclesias Excalceatorum; & etiam ad Ecclesias Tertiæ ipsius Ordinis per Innocent. X. Vnde hoc Iubileum lucratur omnes fideles visitantes Ecclesiam quamlibet Ordinis Minorum, sive de Observantia, sive Excalceatorum, sive Monialium dicti Ordinis, sive vel non, Ordini subiectæ; & possunt Regulares aliarum Ordinum (non Sacerdotes) lucrare hoc Iubileum in suis Ecclesijs, si ut supra dixi, datur huius gratiæ communicatio inter Regulares.

Val-

367 Valde durum vilum est quibusdam Religiosis Excalceatis dicti Ordinis Minorum, quod ego assero in foro conc. in explicat. huius propositionis, num. 3. nimurum: posse lucrare Sacerdotes Iubileum hoc in Ecclesijs Monialium eiusdem Ordinis Minorum; & acriter in quendam insurrexerunt Parochum ita publicantem; qui mihi id denunciavit, quæfuitque, an ita esset, quod ego loco citato affirmo. Cui sequenti respondi resolutione.

368 Propositæ ergo inquisitioni respondeo, me firmando in prædicto asserto; quod omnes fideles cuiuscumque status, & conditionis sint, possunt lucrare Iubileum de Portiuncula à Gregorio XV. extensum ad Ecclesias Fratrum Ordinis Minorum in die, videlicet, secunda Augusti à primis vesperis, usque ad Sol occidat, prædicta die in omnibus Ecclesijs relatis Ordinis Minorum, non tantum Fratrum, sed etiam Moniales.

369 Resolutio fundatur principijs certis: nam licet Bulla Gregorij dicat: Hoc Iubileum esse pro visitantibus Ecclesias Fratrum Ordinis Minorum, quod est fundamentum oppositum, hoc est, quod solum nominantur Fratrum Ecclesiæ, non Sororum, seu Monialium. Tamen privilegium, quod Religiosis, seu Fratribus unius Ordinis conceditur, non tantum illi, sed etiam Moniales illius Religiosi includuntur in eo; dummodo illæ capaces sint illo gaudere pri-

mu-

370 Consequentia clare deducitur, ut consideranti patebit;

maior, in qua somniari potest difficultas, nimurum quod privilegium, quod Fratribus conceditur, quamvis expresso tantum genere masculino, ut Religiosi, aut Fratres includantur Religiosæ, seu Moniales in omni eo, quo capaces sunt, tam ipsæ, quam privilegij materia, probatur ex communi sensu Doctorum de privilegijs tractantium in iuribus se fundantibus: Vnde privilegium concessum filiis, filiabus suffragari intelligitur, quibus capaces sunt; ex L. Iusta, ff. de verbis. significat. & L. Filiis, ff. eodem; item privilegium concessum Fratribus, extenditur per se loquendo Sororibus:

Nam Sorores veniunt nomine Fratrum, leg. Lucius, 91. §. Quasi-tum, ff. de legat. 3. & leg. Tres fratres, ff. de pactis.

mune est, & suppositum in Religiosorum privilegijs, quod aut nullus, aut ratissimus, qui neget, dabitur, in tantum, quod dummodo privilegium non dicat: *Viris Religiosis, vel Religiosis masculis.* Quibus terminis declarat excludere Moniales, includi debent; & adhuc, his positis terminis, communiter asserunt Authores ( uno excluso Bonacina) quod licet ex vi illorum terminorum exclusae Religiosa maneat: Attamen his non obstantibus, per alia privilegia, quibus Moniales gaudent ex Leone X. concessa Monialibus Sancti Francisci, vt participant in omnibus privilegijs concessis Fratribus, possunt gaudere de hoc praesenti Iubile, etiam in Bulla illius illi termini ponerentur: *Viris, aut masculis Religiosis.* Resolutio præacta est Rodrig. tom. 1. qq. regul. quæst. 13. artic. 22. Suarez de legib. lib. 8. cap. 10. num. 7. Pillizziar. tract. 8. cap. 1. num. 72. Bord. tom. 1. resol. 52. quæst. 24. N. Anton. à Spiritu Sancto, tom. 1. tract. 1. disp. 1. num. 109. Lezan. tom. 5. in Marimag. Carmel. num. 385. Bassæo in Florib. verb. *Privilegium*, cap. 5. num. 7. Palao, tom. 1. tract. 3. disp. 4. punct. 12. num. 1. Tambur. tom. 2. disp. 17. quæst. 1. Curs. Moral. tom. 4. tract. 18. cap. 1. punct. 7. §. 1. num. 91. & 92. Bonacina (præter id, in quo excluditur paupero ante) de legib. disput. 1. quæst. 3. punct. 7. §. 2. num. 2. 3. & 4.

372 Nunc ergo vellem, vt mihi opposentes dixerint, quam ex-

ceptionem adinveniunt in ista gratia, privilegio, seu Bulla Gregorij XV. quæ incipit, *Splendor paternæ, &c.* ab hac communi Regula ab omnibus supposita; ea namque gratia privilegium est, & concessum est *Fratribus Ordinis Minorum.* Moniales eiusdem Ordinis, & earum Ecclesiæ capaces illius sunt: Ostendant ergo Fratres mihi privilegium, vt eorum Sorores in eo non comprehendantur in illo termino *Fratum contra communem sensum*, & quod illi tantum, non istæ, illo gaudere valeant.

373 Dixi, ostendant mibi privilegium; si privilegium dici posset, quod Sorores non gaudent privilegijs Fratribus earum concessis. Sed potius privilegium pro Fratribus dicendum erat, quod Sorores privilegijs eorum gaudere possent; sicut dicitur privilegium summentium Cruciatæ Bullam; quod illorum familiae valeant ex illo audire Sacrum cum eis, tempore interdicti.

374 Descendamus iam cum prædicta regula, seu privilegijs in communi ad Ordinem Minorum; & inveniemus, vt iam tetigi, quod Leo X. concessit absolute, & absque limitatione aliqua Monialibus dicti Ordinis, vt vti possint omnibus, & quolibet in particulari privilegijs, & indultis spiritualibus, & temporalibus à Sede Apostolica Fratribus Minoribus, *Quomodolibet concessis, & concedendis;* per inde ac si ipsi Monialibus essent concessæ; & assert Co-

var-

Varrub. v. *Communicatio privilegiorum*, Bullam, quæ ad hunc suppositum citant Authores. Si ergo, tam in communi, quam in particulari gaudent Moniales Sancti Francisci, omnibus, & quocumque privilegijs, gratijs, & indultis concessis Fratribus Minoribus, ostendant, iterum dico, ex quo principio excluditur Gregor. XV. hoc, *Splendor paternæ*, à participatione earum Sororum; cum à Sede Apostolica impediendum est, quod ab ipsa concessum. Nullibi reperient.

375 Amplius descendamus, apponendo in specie presentem casum, quem his verbis dilucidat doctissim. Mag. Lumbier, tom. 2. fragment. 4. §. 5. num. 1141. *De lo dicho (ait) se sigue, que la Portiuncula, y las otras Indulgencias generalmente concedidas a las Iglesias de una Religion, si la concesion no pide otro requisito especial, se ganan tambien en los Conventos de las Monjas; porque tambien esas son Iglesias de la tal Orden: Y aunque suelen alegar algunas clausulas Pontificias, para que la Portiuncula se gane solo en los Conventos de Monjas sujetas a la Orden de San Francisco; pero en la Bula citada: Splendor paternæ, de Gregorio XV. entiendo, que estén comprendidas para este privilegio todas las Iglesias de Religiosos, y Religiosas Franciscas de la Observancia,*

aunque no estén sujetas a la Orden; porque aquellas palabras: Omnes, & singulas Ecclesiæ Ordinis Fratum Sancti Francisci de-

Observantia, &c. à todas las comprenden; pues aunque no sean Iglesias de los Frayles, son Iglesias de la Orden de los Frayles. Hucusque doctissim. Magister. Vbi, vt videt, tantum respectu Monialium Ordini non subiectarum, voluere aliqui, non valere regulam datum. Contrarium tamen communiter asseritur, vt videre est in Curs. Moral. citato; & potissimum in hoc Portiunculae Iubile, ob rationem à Lumbier allatam.

376 Vnde quicunque interrogatus, an in Ecclesijs Monialium Sancti Francisci lucrari valent quicunque Christiani fideles Iubileum de Portiuncula extensem à Gregorio XV? Respondere debet affirmativè.

### TRIGESIMA OCTAVA

propositio.

**MANDATUM TRIDENTINI**  
factum Sacerdoti sacrificanti ex necessitate cum peccato mortali, vt confiteatur quamprimum, est consilium, non præceptum.

Damnata.

### EXPLANATIO

377 **S**entiendum est, quod mandatum Tridentini impositum Sacerdoti sacrificanti ex necessitate cum peccato mortali, vt quamprimum confiteatur, non est consilium, sed rigorosum præceptum, quia ita declarat Alexander, & obligans sub mortali, quia mate-

ria est gravis. Suppono, quod in tali casu celebraturus absque confessione ex inopia Confessoris, debet se disponere per actum contritionis, sicut ad administracionem, seu receptionem aliorum Sacramentorum, persuasus, *quod facienti quod est in se ex viribus gratia, Deus non denegat gratiam*. Vide Salmant. tom. 5. de grat. disp. 6. dub. 1. §. 3.

378 Prædictam damnationem intelligunt aliqui etiam de Sacerdote, qui iam confessus, recordatur ante Missam peccati lethalis non confessi. Et idem de Sacerdote, qui in confessione præmissa tacuit malitiosè aliquid mortale. Insuper, & de illo, qui habens peccatum reservatum, indirectè per inferiorem fuit absolutus ab illo. Sed ego de hoc ultimo iudico probabilitè, non esse casum Concilij, cum iam confessionem præmiserit, & per eam absque conscientia lethalis celebravit; de primo plus dubito, & de secundo, vt certum habeo, esse casum damnationis, cum non præmiserit veram confessionem.

Quomodo autem dinoscenda sit necessitas celebrandi? Dico, quod ex gravitate iuris concurrentis. Vnde cum necessitas evadendi aliquod damnum grave proprium, vel proximi habeat pro se ius naturæ, & præceptum de præmittenda confessione ante communionem, ad summum sit de iure positivo Divino, vt communiter asseritur, hinc est, quod illud prævalet ad istud.

*tom. cuiusdam angl. 10. 5. 11.*

379 Vnde resolvitur: 1. quod ad evitandum scandalum, vel infamiam, quæ sequeretur, si quis in tali circumstantia non communicaret, aut celebraret, vt Parochus, vel alias Sacerdos, iam coram populo expectante, & deficere illi Confessor, vel denegata est illi absolutio, si impedimentum fingere non valet, potest, procurando contritionem, celebrare. 2. Ad succurrendum proximum Viatico in extremis vita laborantem, potest celebrare. Idem dic, si Parochus, cui ex officio incumbit Sacrum facere diebus Dominicis, & festis, vt Populus præcepto satisfaciat; & ob longiorrem distantiam, ab alijs Sacerdotibus, & Confessoribus, non habet copiam, nec Confessoris, nec Sacerdotis, qui pro ipso celebret. Hac autem distantia prudentis iudicio metienda est, attenta debilitate subiecti, temporis inclemencia, & viæ fragilitate.

380 3. Ad perficiendum Sacrificium celebrantis, qui post consecrationem, & ante communionem repente fuit sublatus, vel morbo impeditus, ad Sacrum prosequendum, debet tunc casus alter Sacerdos pro opportunitate habitus, etiam in mortali, vel non, iejunus sit, prosequi Sacrificium; quia licet sit hoc de iure solo positivo, Divino urgentius est. Ita Leander, tom. 2. tract. 7. disp. 5. quæst. 27. & 28.

381 Non damnatur hic assertore non comprehendere prædictum Tridentini mandatum.

Sacerdotem, vt Laicum communicantem, vt ait Leand. à Sacrament. citatus, disput. 7. quæst. 48. cum alijs: 2. Sacerdotem in die Parasceve Officia peragentem: quia non celebrat Missam, licet communicet. Plures tamen hunc casum in præcepto includunt, vt Villal. & alij apud Leand. quæst. 49. quia etiæ Sacrificium non peragat, tamen communicat gerendo munus Sacerdotis. Et idem dic de eo, qui compleat Sacrificium alterius Sacerdotis, qui sacrificando defecit moriendo, vel alio accidenti ante sumptionem; quia supplens communicat, ministerium Sacerdotis agendo. Torrecilla hic, num. 46. & 47. 3. Non comprehendit Sacerdotem, qui celebrando, vel commisit lethale, vel recordatus fuit mortalis non confessi; & potiori ratione, si post celebrationem, etiæ immediatè, illud commisit. Torrecilla, & Corolla.

382 4. Non damnatur opinio Dianæ, 9. part. tract. 3. resol. 26. & 2. part. tract. 14. resol. 6. §. 2. fine, & Leand. à Sacrament. tom. 2. tract. 7. disp. 7. quæst. 51. assertum, cum alijs plurimis, quod Sacerdos, qui irretitus mortali, habensque Confessarij copiam, celebravit absque prævia confessione, non obligatur huic præcepto Tridentini, quia Concilium expressè loquitur de Sacerdote, qui urgente necessitate (verba sunt Concilij) absque prævia confessione celebravit; sed sic est, quod qui ita malitiosè Sacrum peragit, non

præmissa confessione, non omisit confessionem ex urgenti necessitate: ergò talis Sacerdos absque urgenti necessitate celebrans, non obligatur huic præcepto Tridentini. Ita Torrecilla hic, num. 50. ex quo infert Dian. citat. ait ipse Torrecilla, num. 54. cum Castro-Palao, quod Sacerdos, qui vincibiliter oblitus sui mortiferi peccati, Missam confecit absque prævia confessione, non tenetur quam primum ad confitendum: nam æquiparatur Sacerdos iste celebranti ex malitia sine Pœnitentiæ Sacramento.

### TRIGESIMA NONA propositio.

*ILLA PARTICULA, QUAM  
primum intelligitur quando Sacer-  
dos confitebitur suo tempore:  
Damnata.*

### E X P L A N A T I O .

383 **H**æc propositio agit de eisdem verbis Concilij, ac præcedens, & supponit, ea præcep- tum continere, sed nimis laxat eius adimpletionem: Vnde. Sentiendum est: quod obligatio imposta per illam particulam, *Quam primum*, non adimpletur, per hoc, quod Sacerdos suo tempore con- fiteatur, quia ita declarat Alexander.

384 Ratio est: quia vel per *Ly suo tempore*, intelligit propositio, quando Sacerdos iterum ce-

lebraturus est, vel tempus instans ad annualem confessionem, & vnum, & alterum ita generaliter sumptum dissonum est, cum ad longum tempus possit protrahiri: & verba Concilij nihil operantur.

Verum si Sacerdos celebratus, vel adimpleturus est annum confessionem die sequenti, aut opera post duos dies, non video esse damnatum, quod reservet confessionem ad tempus adimpletionis huius pracepti.

Et quia hoc Concilij praecptum de iure Ecclesiastico tantum est, potiori ratione non obligabit quoties interponatur leso aliqua naturalis iuris in eo adimplendo, ut periculum scandali, infamiae, gravis damni in vita, aut fortunæ bonis.

385 Non damnatur hic opinio Dianæ, 2. part. tract. 14. solut. 60. & part. 9. tract. 8. resol. 23. Coninc. Reccij, & aliorum, quos citat, asserentium, quod talis particula potest optimè intelligi, intra triduum, nam ex iure colligitur, quod id, quod intra id tempus fit, in continenti fit, moraliter loquendo.

386 Sed ego hoc non admitto, & iudico, quod immediate post celebrationem confiteri debet, ut adimpleat hunc praecptum, si habet copiam Confessarij, & absque nota fieri potest; quia urgentia sunt verba Concilij; ita Leand. tom. 2. tract. 7. disp. 7. quæst. 53. cum alijs, & Lumbier, tom. 2. num. 60. intra viginti

& quatuor horas, ait Filgueir. **V**erificatur *quam primum*.

387 Et licet admittatur, ut practicè probabilis opinio Dianæ; & adhuc stando in ea, si post horam à celebrata Missa, imo, & ante horam transactam, copiam talis Sacerdos invenisset Confessarij, iudicans, seu timens prudenter posteà non habiturum eam occasionem, obligatus est, se tuac confitendi: nam desperderetur oportunitas, quæ pro longo tempore presumitur, quod non dabitur. Et tunc non confiteri, esset velle pro longo tempore absque confessione permanere contra praecptum Concilij. Si tamen in ea opinione cognoscit, quod die sequenti, aut post duos dies oportunitatem habebit, non peccat graviter, tunc omittendo confessio nem. Hozes hic, num. 15.

### Q V A D R A G E S I M A propositio.

**E S T P R O B A B I L I S O P I N I O,**  
que dicit, esse tantum veniale osculum habitum ob delectationem carnalem, & sensibilem, que ex osculo oritur, secundo periculo consensu ulterius, & pollutio nis. Damnata.

### E X P L A N A T I O.

388 **A**Dvertendum est, quod oscula, seu tactus tripliciter considerari possunt: 1. Venerei: 2. Sensuali ter: 3. Sensibiliter.

**V**er

**I**n Venerei tactis sunt, qui habentur in pudendis partibus, propter commotionem spirituum ad generationem deservientium.

Sensualis, non fiunt in pudendis, sed in alijs corporis partibus, ex motivo tamen delectationis initiaitis spirituum commotionem. Et de his loquitur propositio iuxta communem assensum:

Sensitivi autem tactus sunt, qui non habentur ex prædictis moti vis, sed aut ex honesto, aut indifferenti ex adaptatione sensorij cum suo obiecto, quin ulterius progre diatur. Ita Lumbier, si fine honesto careant, venialia iudico.

389 Sentiendum ergo est, quod osculum habitum propter carnalem, & sensibilem delectationem, est grave peccatum, etiam absque animo ulterioris consensu, vel periculo pollutionis fiat; quia ita declarat Alexander, contrarium damnando.

Ratio est: nam hoc est initium ex natura sua emissionis seminis, quæ solum intra decentem matrimonij usum est licita. Et non solum damnatur osculum in dante, verum etiam in recipiente sensibili ter, & consentiente, eadem ratione.

390 Hinc est: quod etiam manent damnati alii tactus carnales, tam ex parte dantis, quam voluntarie accipientis, ut premetre mulieris manus, eius pedem calcare, amplexare eam; & etiam cum persona eiusdem sexus: solum, quod cum hac, non est ita

periculosum ad ruinam in sensuales. Ratio est: nam hic propriæ damnatur motivum propositionis.

Idem dic de tactu in bestia, si ex delectatione carnali, & sensuali fiat; idem namque fundamen tum est. Qui tactus, ait Lumbier hic, num. 813. bestialitatis mali tiam non effugiet.

Itemque sequitur, choreas inter viros, & foeminas, manibus complicatis, eamdem videtur censuram habere: nam difficillime moraliter loquendo, tactus huiusmodi, à carnali, & sensuali delectatione immunes fiunt. Corella hic, num. 261.

391 Si vero prædictæ actiones, verbaque obscena mere jocose fiunt, non sunt de mortali damnande; quia non essent ob delectationem carnalem, & sensualem: Attamen cum semper sint pericolosæ in faciente, & plerumque scandalosæ, accipienti, ar cendi sunt ab eis poenitentes, reprehendendique salubriter à Confessario.

Et opinio admittens in luxuria parvitatem materiarum, à qua ut improbabiliter fugiendum est, non minor manet digna censura: Vide eam in Moya, select. tom. 1. tract. 6. disp. 2. quæst. 2.

392 Vnde peccata venialia in materia luxuriarum, solum ex imperfecta, seu semiplena delibera tione, ut dicunt, admittenda sunt: Et sic debent Confessores inquirere, an in actibus venereis, v.g. delectationibus, verbis lascivis, fuit plena advertentia, & delibera

**F**atio

lebraturus est, vel tempus instans ad annualem confessionem, & vnum, & alterum ita generaliter sumptum dissonum est, cum ad longum tempus possit protrahiri: & verba Concilij nihil operantur.

Verum si Sacerdos celebratus, vel adimpleturus est annum confessionem die sequenti, aut opera post duos dies, non video esse damnatum, quod reservet confessionem ad tempus adimpletionis huius pracepti.

Et quia hoc Concilij praecptum de iure Ecclesiastico tantum est, potiori ratione non obligabit quoties interponatur leso aliqua naturalis iuris in eo adimplendo, ut periculum scandali, infamiae, gravis damni in vita, aut fortunæ bonis.

385 Non damnatur hic opinio Dianæ, 2. part. tract. 14. solut. 60. & part. 9. tract. 8. resol. 23. Coninc. Reccij, & aliorum, quos citat, asserentium, quod talis particula potest optimè intelligi, intra triduum, nam ex iure colligitur, quod id, quod intra id tempus fit, in continenti fit, moraliter loquendo.

386 Sed ego hoc non admitto, & iudico, quod immediate post celebrationem confiteri debet, ut adimpleat hunc praecptum, si habet copiam Confessarij, & absque nota fieri potest; quia urgentia sunt verba Concilij; ita Leand. tom. 2. tract. 7. disp. 7. quæst. 53. cum alijs, & Lumbier, tom. 2. num. 60. intra viginti

& quatuor horas, ait Filgueir. vñ  
rificatur quam primum.

387 Et licet admittatur, ut practicè probabilis opinio Dianæ; & adhuc stando in ea, si post horam à celebrata Missa, imo, & ante horam transactam, copiam talis Sacerdos invenisset Confessarij, iudicans, seu timens prudenter posteà non habiturum eam occasionem, obligatus est, se tuac confitendi: nam desperderetur oportunitas, quæ pro longo tempore presumitur, quod non dabitur. Et tunc non confiteri, esset velle pro longo tempore absque confessione permanere contra praecptum Concilij. Si tamen in ea opinione cognoscit, quod die sequenti, aut post duos dies oportunitatem habebit, non peccat graviter, tunc omittendo confessio nem. Hozes hic, num. 15.

### Q V A D R A G E S I M A propositio.

*E S T P R O B A B I L I S O P I N I O , que dicit, esse tantum veniale osculum habitum ob delectationem carnalem, & sensibilem, que ex osculo oritur, secundo periculo consensu ulterius, & pollutio nis. Damnata.*

### E X P L A N A T I O .

388 **A**dvertendum est, quod oscula, seu tactus tripliciter considerari possunt: 1. Venerei: 2. Sensuali ter: 3. Sensibiliter.

Vñ

*Veneret tactis sunt, qui habentur in pudendis partibus, propter commotionem spirituum ad generationem deservientium.*

Sensualis, non fiunt in pudendis, sed in alijs corporis partibus, ex motivo tamen delectationis initiaatis spirituum commotionem. Et de his loquitur propositio iuxta communem assensum:

Sensitivi autem tactus sunt, qui non habentur ex prædictis moti vis, sed aut ex honesto, aut indifferenti ex adaptatione sensorij cum suo obiecto, quin vterius progre diatur. Ita Lumbier, si fine honesto careant, venialia iudico.

389 Sentiendum ergo est, quod osculum habitum propter carnalem, & sensibilem delectationem, est grave peccatum, etiam absque animo vterioris consensu, vel periculo pollutionis fiat; quia ita declarat Alexander, contrarium damnando.

Ratio est: nam hoc est initium ex natura sua emissionis seminis, quæ solum intra decentem matrimonij usum est licita. Et non solum damnatur osculum in dante, verum etiam in recipiente sensibili ter, & consentiente, eadem ratione.

390 Hinc est: quod etiam manent damnati alij tactus carnales, tam ex parte dantis, quam voluntarie accipientis, ut premetre mulieris manus, eius pedem calcare, amplexare eam; & etiam cum persona eiusdem sexus: solum, quod cum hac, non est ita

periculosum ad ruinam in sensua les. Ratio est: nam hic propriæ damnatur motivum propositionis.

Idem dic de tactu in bestia, si ex delectatione carnali, & sensuali fiat; idem namque fundamen tum est. Qui tactus, ait Lumbier hic, num. 813. bestialitatis mali tiam non effugiet.

Itemque sequitur, choreas inter viros, & foeminas, manibus complicatis, eamdem videtur censuram habere: nam difficillime moraliter loquendo, tactus huiusmodi, à carnali, & sensuali delectatione immunes fiunt. Corella hic, num. 261.

391 Si vero prædictæ actiones, verbaque obscena mere jocose fiunt, non sunt de mortali damnande; quia non essent ob delectationem carnalem, & sensualem: Attamen cum semper sint pericolosæ in faciente, & plerumque scandalosæ, accipienti, ar cendi sunt ab eis poenitentes, reprehendendique salubriter à Confessario.

Et opinio admittens in luxuria parvitatem materiarum, à qua vt improbabiliter fugiendum est, non minor manet digna censura: Vide eam in Moya, select. tom. 1. tract. 6. disp. 2. quæst. 2.

392 Vnde peccata venialia in materia luxuriæ, solum ex imperfecta, seu semiplena delibera tione, vt dicunt, admittenda sunt: Et sic debent Confessores inquirere, an in actibus venereis, v.g. delectationibus, verbis lascivis, fuit plena advertentia, & delibera

F tio

ritum Divinum per Salomonem docentem in Proverbijs 6. *Nunquid potest homo abscondere ignem in sinu suo, ut vestimenta eius non ardeant? Aut ambulare supra prunas, ut non comburantur plantae eius? Sic qui ingreditur ad mulierem, non erit mundus, cum tetigerit eam.* Et ideo in luxuria vi-  
tio modus vincendi est inter omnia vitiosa fomenta singularis: nam cetera resistendo, hoc vero fugiendo: iuxta doctrinam Apostoli: *Fugite fornicationem, ad quæ verba ait D. Thom. leet. 3. Cetera vitia vincentur resistendo quia quantum magis homo particularia considerat, & tractat; tanto minus in eis invenit unde delectetur, sed unde magis anxietur.* Sed vitium fornicationis non vincitur resistendo; quia quanto magis ibi homo cogitat particulariter, tanto magis incenditur; sed vincitur fugiendo, id est, totaliter vitando cogitationes immundas, & quaslibet occasionses. Hucusque D. Thom. & ad propositionem venit consilium D. August. *Contralibidinis impetum apprehende fugam, si vis habere victoriam.*

#### QUADRAGESIMASECVNDA propositio.

**LICITVM EST MVTVANTI**  
aliquid ultra sortem accipere, si se obliget ad non repetendam sortem,  
et que ad certum tempus.

Damnata.

#### EXPLANATIO.

409 **V**ide declarationem usuræ in explicacione propositionis 41. damnatae

ab Innocentio XI. à num. 731:

Sentiendum est: non esse licitum mutuanti aliquid ultra sortem accipere: ex eo præcisè, quod se obliget ad non repetendam sortem usque ad certum tempus, quia ita declarat Alexander.

410 Lumbier, Filgueira, & Corella, probant ex eo, quod de ratione mutui est carentia pro aliquo tempore rei mutuæ; sed quod mutuans protrahat exigitionem debiti ad dimidium, vel unum annum non tollit, quod sit de linea essentiali mutui, cum plus, minusve temporis est intra limites mutui.

Confirmatur: nam si pro petendo mutuo centum ducatorum intra annum, possunt, v. g. exigiri quinquaginta regales, pro non petendo intra sex menses, possunt viginti quinque accipi; & pro non petendo intra tres, liceret duodecim. Quod absurdum manifestum videtur. Ita Corell. in praesenti.

411 Ratio meo videri principalis huius damnationis est: quia in practica erat valde perniciose hæc propositio, quamvis spe culativè probabilis videatur. Quod ita probo; nam licet de intrinseca ratione mutui sit, quod pro aliquo tempore careat mutuans re mutuata: tamen negari non potest, quod habeat ius ad repetendum debitum, transacto proportionato tempore, & quod hoc ius sit extrinsecum mutuo: ergo privare se hoc iure, videtur pretio æstimabili; sed quia in praxi valde perniciose est dicta propositio, & sternit viam,

viam, vt frequentissime imponatur onus mutuatario, quod est valde odiosum, & periculosum, ideo sanctissime ciuius practica damnata.

In Castella, leg. 2. tit. 1. part. 5. conceduntur mutuatario decem dies, in quibus mutuum non potest a mutuante exigi.

412 Non damnatur hic 1. quod si mutuans se obliget ad nunquam repetendum debitum (quod videtur componi, quin illo cedat) possit aliquid ultra sortem accipere. Ratio est: tunc, quia propositio ad certum tempus, affirmabat: tunc, quia hoc non est ita perniciosum, cum rarissime invenietur, qui ad hoc se obliget.

Non damnatur 2. quod pro alijs titulis exigatur, & recipiatur aliquid ultra sortem in mutuo, vt pro lucro certo cessante, aut damno emergente. Quod est commune; & pro periculo, vel difficultate recuperandi sortem, præcedente circa hoc pacto, bona fide facta. Vide Trullenc. lib. 7. cap. 19. dub. 11. & Lessium, lib. 2. cap. 20. dub. 13. num. 111.

413 Idem dic in venditione, dilata solutione, nam si timet vendor prudenter amittere pecuniam in toto, aut in parte, potest in pretio ascendere, iuxta æstimationem assurcationis, ad quam tenetur emptor, dummodò iste prius de hoc moneatur. Sic Lugo de iust. disp. 35. sect. 6. num. 81.

Curf. Moral. tom. 3. tract.

414 punct. 11. §. 1.  
num. 144.

#### QUADRAGESIMA TERTIA propositio.

**ANNUUM LEGATUM PRO**  
anima relictum non durat plus  
quam decem annos.  
Damnata.

#### EXPLANATIO.

414 **S**entiendum est, an-  
num legatum pro  
anima relictum du-  
rare ultra decem annos, quia ita  
declarat Alexander, contrarium  
damnans.

Intellige hoc: 1. dummodo te-  
stator non limitaverit: 2. dummo-  
do res ad hoc relicta non pereat  
antea.

Ratio damnationis est: tunc,  
quia in hoc proceditur contra te-  
statoris mentem: tunc, quia hoc  
redolet opinionem Soti, in 4. dist.  
19. quest. 3. artic. 3. affirmantis,  
non esse Animas in Purgatorio ul-  
tra decem annos. Quod quidem  
temerarium videtur, & de eo, ait  
Enriq. apud Dian. 4. part. tract.  
8. ref. 101. potest Sanctum Inqui-  
sitionis Tribunal cognoscere; nam  
incertissimum est apud homines,

quas poenias mereantur animæ; &  
vtrum Deus compenset per dura-  
tionem intentionem eorum, aut  
è contra: vel quæ suffragia ac-  
ceptet, quia non est iuxta plurium  
assensum infallibile, omnia Deum  
acceptare, apud Dicastillo disp. 2.  
dub. 2.

415 Et ita Antonius Gomez,  
F 4 bli;

occasione, se dimovere debet (non loquor de casu nunc posito à Torrecilla: nam cum eo periculo practicandus putar, ut potè, ait, reputandus ut occasio involunta.)

400 2. Si loquamur de occasione, quæ proxima dicitur, & dubitat, qui in ea est, an sit obligatio relinquendi, eo quod dubitat (idemque à fortiori dic de Confessario) num suarum repetitio culparum creverit sufficienter ad frequentiam ab ea exactam, vt etiam Confessor teneatur, se habere cum illo, vt occasione proxima irretitus? Respondeo: quod si penitens, & potius Confessor dubitat positive, hoc est, opinatur eam occasionem proximam non esse, iudico, non esse tractandum vt in occasione proxima reum. Si vero dubius negativè manet, hoc est, practice dubius, relinquenda est ex obligatione talis ut occasio proxima.

Sentiendum ergo est, non esse titulum sufficientem, vt concubinarius non eiiciat concubinam, quod hæc esset nimis virilis ad oblectamentum concubinarij, vulgo, regalo, etiamsi illa deficiente, nimis egrè vitam agat, & alia epulae reditio magno concubinarij afficiat, & etiamsi alia famula nimis difficile invenietur, quia ita declarat Alexan.

401 Ratio est: tūm, quia solum, quando involunta est occasio, nos datur obligatio eam vitandi, vt dico loco citato num. 954. sed omnia, quæ refert pro-

positio præsens non faciunt involuntariam occasionem: nam hæc solum datur, quando certum, & grave damnum timetur in vita, fama, honore, aut re familiare: ergo in præsenti casu obligatur homo ad eiiciendam concubinam.

402 Tūm, & maximè: quia omnia, quæ proponit propositione, sunt tituli ruinosi; & passim homines passione obsecrati indicarent ipsorum vitam, & salutem penderet ex unica amissione assentientia; & sic tales tituli, vt labiles, & de novo sanctissime damnati, admittendi à Confessoribus non sunt: etiamsi vitam agens concubinarius afferat, quod propter concubinæ absentiam certo morietur. Et potius in hoc tempore ab illius domo releganda est, si forte ipse noluerit, non absolvendus.

Et sic non sufficit, vt illa non exeat, quod ipsa afferat dominum non soluturum salarium, vel aliud depositum, aut mutuatum. Corella hic, 8. impref. num. 272. nam licet speculative loquendo sufficiens esset, in practica rarissime excusatio ista admittenda est, propter rationem numeri præcedentis; qui est satis fallibilis titulus.

403 Hinc est, quod etsi in rigore non sit damnatum hic, affirmare, quod si nullo modo inventetur aliqua famula, quæ deficiente, grave incommodum sentiet concubinarius, non obligatur ad eiiciendam concubinam, eo quod ex tali circumstantia sit occasio involunta; tamen valde dif-

ficiunt

ficultè in practica, vt involunta occasio observanda est.

404 Nec etiam admittendus titulus, qui sèpè alegatur infamia, quam patietur concubina, si è domo eiicitur, quia futilis est, & apparet: nam vel datur infamia de concubinatu, vel non? Si datur, potius occurritur scandalum eiiendo eam; si non datur, difficultè est querere vnde oriatur infamia in ea eiicienda.

Negare non possum, quod casu, quo vera infamia timeretur, vel alium simile incommodum, non daretur talis obligatio: vide alios huius materiae casus loco citato, §. 4. à num. 960.

405 Addo, quod etiamsi concubinarius omnino emendatus esset; si tamen datur in Populo, aut viciniæ scandalum, de eo, quod adhuc in concubinato perseverat, eiicere debet illam, quæ concubina indicatur, vt satis scandalum fiat. Sic Lumbier, numer. 820. Nec moribundus absolvendus est, qui prius non eiicit è domo mulierem habitam, vt concubinam illius, et si reverè ita non sit, præcipue si aliquando fuit, & ob eandem rationem. Lumbier ibi.

Si vero concubinarius filios habuit ex concubina, domique alii, non obligatur eiicere concubini filij, quam frequenter cognoscit, nam ab ea separari non possunt absque gravissimo detimento; ut potè, quia pendent in suo conservari, & sustentare ab ea; nam ista involunta iudicatur occasio. Torrec. num. 78.

406 Idem dic de custode Carceris, vulgo, Alcayde, cui tradita est mulierum stricta custodia; quarum vni frequentè incubit, qui quidem ministerium suum exercere potest, si per alium supplere non valet. Idem Torrec. ex eadem ratione.

Inquires: Vtrum foeminæ, & viri famulantes, sive non famulantes, qui ad communem locum quotidie, ad aliquod ministerium concurrunt, v. g. ad hauriendam è fonte aquam, & ex frequenti concurrentia, frequentia oriuntur peccata, sive cogitatione, aut verbo, aut opere, sint in proxima peccandi occasione, quam vivere debeant?

407 Præsens dubium, ad præsentem propositionem adducunt Lumbier, num. 820. & Torrec. num. 57. & ideo cum ipsis hic appono. Respondeoque cum vtroque, quod si cum proposito emendae accedunt ad Confessarium, absolvri possunt ab eo, etiamsi absque proposito abstinenti se à prædicta concurrentia; quia talis occasio remota iudicanda est: nam cum quilibet in domo domini sui distincta ab alia degat, non habet pro sua voluntate occasionem frequentandi peccata; & consequenter proxima appellari non debet; sed per accidens ex accidentalis concurrentia, quæ non semper occasionem peccandi præbebit, nec semper certa est hora ad eam veniendi. Ita etiam tenent Navarr. Lugo, Candido, & Leand. disp. 7. de penit. quest. 34.

408 Audi ad hæc omnia Spi-

tio de malitia; quod idem pœnitentes plerumque cognoscere non valebunt; eo quod advertentia, & deliberatio ad inferiores actus pertineant: Vide ad hunc propositum Moyam, select. tom. 1. tract. 6. disp. 2. quest. 2. latè hanc quæstionem tractantem.

393 Non damnatur hic 1. opinio afferens, licere oscula, & tactus inter sponsos in signum amoris, & benevolentiae, & si sensuales sint, culpam venialem non excedent, dummodo sine periculo pollutionis, vel consensus in gravem spirituum commotionem, vt ait Diana, part. 2. tract. 17. resol. 6. & Curs. Moral. tom. 2. tract. 9. cap. 15. punct. 6. num. 91. cum Bonacin. & Aversa, ita supponitur à Moya citato, §. 2. à num. 14. & præcipue num. 19. leg. Attente. Ratio: nam ius ad matrimonium, & initium illius, quod in sponsalibus datur, eos cohonestat: Venerei tamen tactus, hoc est, in pudendis, vel circa ea, nullatenus licent inter illos. R. P. Fr. Andr. à Sancto Ioseph, in tom. 2. Crisol. Theol. Moral. v. Osculo, à num. 288. acerrime defendit, & copiosè intendit probare, hanc opinionem inclusam esse in praesenti damnatione; sed ille in suo sensu abundet, ego vero in predictorum.

394 Non damnatur 2. osculum, seu tactus in infantili corpore, vel oblatum ex consuetudine patriæ; quia non fiunt, vt suppono, ex carnali motivo, sed amore, aut benevolentia. Etsi per ac-

cidens commissio venerea, vel pollutio sequatur, non erit peccatum, si in eam consensus non detur. Torrecilla hic; numer. 4. & 5.

393. Non damnantur ut lethalia verba turpia, si ex vanitate, aut loquacitate, & sine periculo ruinæ proximi, & consensus, aut complacentia voluntaria, in venere dicentis proferantur.

395 Non damnatur 4. aspectus de rebus licitis, vt est facies pulchra mulieris; si tamen ex curiositate fiant, solum erit veniale: si autem cum periculo animadverso consensus in veneream delectationem, mortale erit: Vide Sanchez de Matrimon. lib. 9. disp. 45. num. 26.

396 Erit etiam lethale aspicere verenda diversi sexus; quia & provocans est, & indecens satis. Aspectus tamen verendarum proprii, vel alterius corporis eiusdem sexus, licet ex curiositate, dummodo periculum præcognitum in consensus delectationis venereæ non detur, vel semel, quod per accidens ipsa sequatur, non sit volita, erit solum veniale. Addo, quod si quis ex curiositate pudenda sua leviter tangat, veniale tantum erit; mortale autem si ob delectationem veneream. Sed amator castitatis omnia hæc effugiet. Vide Busemb. lib. 3. tract. 4. cap. 2. dub. 1. ubi multa brevia calamo.

(?\*) \$ (?\*)

QVA-

### QUADRAGESIMA PRIMA propositio.

**NON EST OBLIGANDUS** concubinarius ad ejiciendam concubinam, si bæc nimis utilis esset ad oblectamentum concubinarij, vulgo, regalo, dum deficiente illo, nimis egredieret vitam, & alia epuleatio magno concubinarium afficeret, & alia famula nimis difficile invenietur.

Damnata.

### EXPLANATIO.

397 **Q**uid est occasio peccandi remota, & proxima, voluntaria, & involuntaria, vide in explicazione propositionum 61. & 62. ab Innocent. XI. damnatarum, num.

930. & 931. & in quo consistat voluntaria, num. 932. & quæ frequentia in peccando requirat, à num. 936. & quæ sint occasiones proximæ, num. 941. & quomodo se debeat habere Confessor cum pœnitente occasionem proximam voluntariam habente, numer. 947. & quomodo cum habente occasionem involuntariam, num. 954.

398 Hic tamen adverto, quod licet, vt in plurimum, occasio proxima peccandi est respectu alicuius determinatae speciei peccatorum, aliquando etiam datur pro diversis specie peccatis, v. g. si ex consortio, & consuetudine cum alia persona indisciplinata

pessimæ indolis provocaris ad peccata: & committis furta, fornicationes, pollutiones, blasphemias, &c. teneris à tali consuetudo familiaris cum illa, occasio est tibi proxima peccandi. Lumbier hic, num. 821. qui addit, quod si hoc contigisset cum muliere maritata viro pessimis imbuto moribus, qui eam in plures ruinas diversorum specie peccatorum sua occasione deiiceret; non ex eo illa illum evitare debere, quia ista involuntaria est occasio.

399 Sed quid dicendum, quando occasio proxima dubia est, hoc est, dubito, si habitatio, vel consortium cum tali persona, vel si ingressus in talem domum est mihi occasio proxima peccandi? Respondeo ex duplice occasionis statu. Et 1. si solum de hac numero circumstantia, in qua homo hac tantum vice positus est; assero, quod si probabilitè iudicat, non ruere, et si aliquantulum formidet, non obligatur eam deferere occasionem immo si opus, quod aggredi intendit, est pro gloria Dei, & proximi utilitati, vt prædicare infidelibus, aut mulieribus publici concubinatus, cum probabili eorum profectu, vel baptizare infantem, instante ex aliqua circumstantia Baptismo, obligabitur cum periculo, seu formidine sui lapsus, vt ait Torrecilla hic, num. 79. cum D. Thom. & alij, si vero manet practicè dubius, hoc est, negativè dubius, in praxi de periculo sue ruine, ab

F 2 occa-

lib. 2. variar. cap. 5. asserit, quod licet *ususfructus* in testamento relictus non duret ultra centum annos iuxta opinionem communem: nam sic ad hunc effectum vita hominis reputatur. Quorum fundamentum est: quia si perpetuum esset, inutilis fieret proprietas. Tamen, si *ususfructus*, ait ille, relinquitur ad pias causas, in perpetuum valet: ergo valentiori patet ratione, hoc debere affirmari de legato pro anima. Mag. Hozes hic, num. 8.

416 Adverte: quod licet in exteriori foro concedatur hereditatum, ut legata testatoris adimplat; tamen in conscientiae foro solvenda sunt, quam primum possit, cum antelatione legatorum piorum; ita Diana, 3. part. tract. 5. resol. 59. cum Villal. & Valero, in differentijs vtriusque fori, verb. *Legatum*, different. 1. & 2. vbi videri possunt; haec affert Corell. hic, num. 285.

Debita iustitia testatoris post funeralia prius debent adimpleri, servatis eorum antelationibus, quæ videri possunt in Cursu Morali, tom. 3. tract. 13. cap. 1. punct. 12.

#### QUADRAGESIMA QUARTA propositio.

*QUOAD FORUM CONSCIENTIAE, correcto reo, eiusque contumacia cessante, cessant censura.*

Damnata.

#### EXPLANATIO.

417 **S**Vppono iuxta probabilem opinionem, quod censura, quæ conditionem

pro sui consummatione, seu terminatione habet, v. g. *Excommunicamus te, suspendimus te, interdicimus, donec restitus, donec satisficias*, vt tollantur, non indigent nova absolutione; quia ea verba formam censuræ, & absolutionis habent pro tempore, quo resipiscat, & restituat censuratus. Et ita sentiunt plures, quod eo in casu, restituendo, absolvitur à censura per Prælatum censurantem. Hozes hic, num. 1. qui pro hoc asserto adducit Lezanam, verb. *Censura*, num. 12. Fr. Christophorus à Sancto Joseph, tom. 1. de censuris, dub. 10. num. 1. & alios posset plures afferre.

418 Sentiendum est: quod semel incuria censura, non cessat in foro conscientiae, ex eo præcise, quod reus correctus, & absque contumacia sit: quia ita declarat Alexander.

Ratio est: tūm, quia Papa, à cuius voluntate pendet, quod tali, vel tali modo, seu termino ligentur censuris, vel ab illis solvantur fideles, non vult, quod illo solo medio, maneat absolutus reus, vt constat ex Canonibus Sacris, & affert Torrecilla hic, 1. impres. num. 2.

419 Tūm etiam: quia licet ad incurrendam censuram, peccatum contumaciae requiratur, componitur optimè, quod per actum contritionis ponatur in gratia reus, & quod censuratus maneat: quia malum poenæ, vt illa est, non exigit, quod permaneat cum malo culpæ. Vide Cursus Morali, tom. 2.

tract. 10. cap. 2. à num. 5. & cap. 3. à num. 53.

Et quamvis censura sit à iure, vel ab homine per præceptum generale, & non requiratur ad illius incursionem contumacia, que propriè talis sit, non tollitur nisi per absolutionem; quia commune est censuris, quomodo cumque latis, vt videri est in Cursu, cap. 2. num. 7. Qui autem differt procurare absolutionem censuræ, qua ligatus est, peccat magis, minusve, iuxta dilationem interpositam, ibid. num. 1.

420 Dixi, contumacia, que talis propriè est: nam propria contumacia committitur quando, triana monitione præmissa, vel vna pro tribus, non obedit subditus, & transacto termino monitionis, consummatur contumacia, fitque censuræ reus. Si ergo, incuria iam censura, resipiscit reus, cessatque in eo contumacia; non tamen cessat propterea censura, etiamsi pars satisfacta sit. Et de hac contumacia, ait Corella hic, num. 220. loquitur propositio.

421 Vnde infertur: 1. quod censura non cessat per mortem Prælati, qui eam imposuit: quia censura non est præceptum, sed medicinalis poena transgredienti præceptum fulminata, & ab illo incuria; vt advertit Cursus Morali de censuris, tractat. 10. cap. 2. punct. 1. num. 8. Et sic per absolutionem, adhuc in isto casu, liberandus est, qui censura ligatur.

2. Quod nec per mortem cen-

suram habentis tollitur ea, sed absolvendus est mortuus, qui cum censura decepit, vt terræ mandetur, & suffragia pro eo offerantur, si cum signis contritionis expiravit; quia componitur, quod in gratia sit, & cum censura, si contumaciam deposituit.

422 Dices: in favorem opinionis damnatae, quod excommunicatus resipiscens cum contritionis actu, verè Dei est amicus, & Christi membrum: ergo & Ecclesia: & consequenter influxus suffragiorum per eius communicationem recipit. Dissonum namque videtur, quod amicus Dei, Christique membrum, ab Ecclesia suffragiis, & valore sanguinis Salvatoris privetur.

423 Respondeo: quod iste influentias internas à Christo, vt capite accipiet per gratiam, charitatem, aliaque spiritualia dona; non tamen participavit influxus per Sacraenta, & suffragia; quia illum illis privavit Ecclesia usque dum ipsa ipsum absolvat: quia iuste Ecclesia censuravit, cum contra illam contumax fuerit: & gratissime absolvet eum, cum emendatum, & illi subiectum agnoscat; sive in vita, sive post mortem; nam si illa ligavit, illa debet absolvere.

424 Non damnatur hic 1.: quod censura cuiuscumque generis sit lata, & ipso facto incuria usque ad positionem determinatæ conditionis, tollatur posita conditione, v. g. Maneat Petrus Sacerdos suspenitus à Sacro celebrando;

vel

*vel maneat excommunicatus donec restituat.* Tunc casus, restituente Petro, liberatur à censura: quia includitur absolutio in illis verbis: *Donec restituat, vel resipiscat;* & alias absolutio censuræ in absentia potest dari: Vide Dian. 5. part. tract. 10. resol. 24. & Curs. punct. 2. à num. 10.

425 Non damnatur 2. quod censura, quæ fertur ad instantiam partis pro determinato tempore, possit ipsa pars prorrogare tempus creditoris, v. g. dicit Iudex: *Petrus erit ipso facto excommunicatus, si intra mensem non restituat.* In isto casu potest pars prorrogare terminum ad restitutionem, v. g. ad alios duos menses, vt eam non incurrat, transacto mense: sicut absolute posset condonare debitum, quod donato, nullo modo incurret in eam Petrus. Quæ opinio est Suarez de censur. disp. 3. sect. 6. num. 11. & Cursus, tract. 10. cap. 1. punct. 6. num. 69. & communiter, & si post tempus prorrogatum non solverit debitor, incidet in excommunicationem, vt ait prædictus Cursus, num. 70. cum Suarez, & alijs.

#### QVADRAGESIMA QUINTA propositio.

*LIBRI PROHIBITI, DONEC expurgentur, possunt retineri, usque adum, adhibita diligentia, corriganter. Damnata.*

#### EXPLANATIO.

426 **D**icendum est, quod libri prohibiti non possunt retineri donec expur-

gentur, quia Alexander hic declarat, esse contra præceptum, fortè Pii V. & motivum præcepti est: tum periculum perversionis: tum in pœnam Authoris. Vnde licet deficiat periculum, & demus, eo deficiente, non obligare ex hac parte: manet aliud motivum, & sic omnino adimplendum præceptum.

427 Constatque hoc præceptum ex Bulla Gregorij XV. quæ incipit: *Apostolatus nostri;* & expressat Expurgatorium Sancti Tribunalis Inquisitionis Hispaniæ, vbi sequentia ponit: *Mandamos, en virtud de Santa obediencia, y so pena de excommunication, O. c. que de aqui adelante ninguno sea o alio a tener, ni leer libros de los prohibidos en este Indice, ó de los comprendidos en las Reglas generales del.* Ab hac verò excommunicatione, cum reservata non sit, quilibet Confessor absolvere potest, traditis primo libro, aut libris, ob cuius, vel quorum gravem retentionem in censuram incidit, vt notat Bonac. tom. 3. disp. 1. quæst. 2. punct. 4. num. 2.

428 Non loquitur propositio de libris hereticorum continentibus heresim, vel de Religione tractantibus; nam de ipsis datur specialis prohibitio, & excommunicatione in Bulla Coenæ, contra retinentes, imprimentes, legentes, defendantes, ementes, & vendentes eos.

Notare debes: quod licet Sixtus IV. concessit Dominicanis, & Franciscanis, & Pius V. Societa-

ti Iesu, vt libros hereticorum retinere possent, tamen Bulla Coenæ quotannis hæc revocat privilegia, vt ait Lezana, qq. Regul. tom. 1. cap. 18. num. 96.

429 Loquitur ergo de libris Catholicorum heresim, vel doctrinam non sanam, aut contra bonos mores continentibus, aut docentibus Astrologiam iudicariam, vel alias superstitiones, hoc est, regulam dantes ad futura contingentia cognoscenda, vel facienda sortilegia, maleficia, &c.

Et licet pro his retinendis, legendisque libris prohibitis obtinuerint Regulares privilegia: revocata sunt ab ipso Gregorio XV. qui ea concessit, & ab Urbano VIII. ita Lumbier, num. 840. & 841.

Nomine *Libri* intelliguntur, etiam manuscripta: vide Sanch. lib. 2. Summ. cap. 10. multa circa prædicta disputantem.

430 Et qui tales libros habet, tradere debet Tribunali Inquisitionis sub poena excommunicationis ipso facto incurredda, præcipue si heresim contineant, vel redoleant; & qui hos libros legunt, vel contra edictum retinent, delatandi sunt à scientibus.

Et licet plures excludant ab incurredda ipso facto excommunicatione eos, qui retinent libros prohibitos non continent, aut redolentes heresim, non tamen excusantur à mortali: Vide Moyam, tract. 5. de censur. quæst. 10. §. 2. num. 11. 12. & 14.

Quædam dantur circa huius

materiæ decreta, opiniones, quæ in illis, & in hæc damnatione comprehendendi non videntur.

431 Prima est, Sanch. Bonac. Filliuc. quos citat, & sequitur Leander à Sacram. tom. 4. de cens. tract. 3. de Bulla Coenæ, disp. 1. q. 58. afferentium, non incurri in excommunicationem contra legentes hereticorum libros, qui ab alio audit legere heretici librum; quamvis audiens incitet, aut præcipiat suo famulo, vt legat. Ratio est: quia opinio ita nec loquitur de libris prohibitis, donec expurgentur, sed de libris hereticorum: & non de retentione, sicut damnata, nec de lectione, vt Bulla Coenæ, sed de audizione.

432 2. Opinio est Bord. Tambur. & aliorum apud Torrec. hic, affirmantium, quod si Caius, v. g. scit, Titium retinere, & legere hereticorum libros, non propter heresim, aut illius suspicionem, sed ob alias causas, vt relationes Antonii Perez, Adonis, & Amor nocturnus Marini, & similes, non obligatur Tribunali Sancto delatare: & hoc etiamsi supponatur, eos libros absque lethali retinere non posse: Vide Torrecill. sed has opiniones nullatenus admitto, sed contrarium omnino retinendum puto.



S. I.

QVIBVS DAM DVBITATIO-  
nibus satisfit.QUÆDAM PROPONAM  
dubia, dissolvamque.

433 **P**rimùm. Vtrum retinens prædictos libros lethaliter contra præceptum peccet? Ad quod communiter respondent affirmativè Doctores: quia materia gravissima, ut probat Dian. 11. part. tract. 8. resol. 62. citans Turrianum, qui affirmat, errorem esse, contrarium asserere.

Secundūm. Utrum, qui notiam habet, quod alter eos libros contra edictum retinet, obligetur illum denunciare?

434 Ad quod affirmativè respondeo, cum Dian. 11. part. tract. 8. ref. 62. & cum Turrian. centur. 4. dub. 17. & communiter; quia ita præcipit edictum, & præceptum DD. Inquisitorum, tam in indice Urbis, quam in eo, quod à Sancto Hispanico Tribunali solet publicari.

Tertium. Vtrum in retinendis his libris (idem queritur in legendis) detur materiæ parvitas?

435 Ad quod respondetur affirmativè, id est, quod non erit lethale per vnum, aut alterum diem retinere; ita Sanch. lib. 2. Summ. cap. 10. num. 55. ita etiam Bonac. de censur. disp. 1. quest. 2. punct. 4. num. 15. intelligitur hoc, data op-

portunitate, eos tradendi: nam; vt dicti addunt Authores, qui detinet prædictos libros expectans opportunitatem, aut commoditatem eos mittendi, censuram non incurrit. Sicut qui bona alterius iniuste habet, expectare opportunitatem potest, vt restituat. Et tamen iuris naturæ est obligatio ista; ergo potiori titulo in præsenti casu; quia non propriè dicitur malitiosè retinere, qui detinet, querendo modum, vel expectando, aut providendo, medium tradendi.

Etiam in legendō datur parvitas, vnam, videlicet, paginam, idem Sanchez, num. 31. & hæc est latior opinio, à pluribus non admissa.

436 Quartum. Vtrum vir doctus retinere possit libros, de quibus hæc propositio loquitur?

Respondeo negativè, nisi dum expurgati fuerint. Ratio est: tum, in pœnam Authoris: tum ob periculum legendi, & se, aut alios pervertendi: & nemo ira de se fidere potest, quod non cadat, sed præsumptuose ager contra Apostolicam ordinationem Urbani VIII. Dominorumque Inquisitorum libros detinendo. Etsi non tradiderit, illis in materia, vt dixi, gravi non obediens; quia sine exceptione loquuntur, seu præcipiunt.



COM.

COMPIILATIO MORALIS  
DICTORVM A VIRIS DOCTIS  
AD PROPOSITIONES DAMNATAS  
AB INNOCENTIO XI.

VIDE AD ISTARUM PROPOSITIONUM damnativi Decreti pleniorē intelligentiam, advertentias præmissas in principio operis, à num. 1. & præcipue à num. 10. quia specialiter pro harum damnativo Decreto ponuntur.

## PRIMA PROPOSITIO.

**N**ON EST ILLICITUM IN Sacramentis conferendis sequi opinionem probabilem de valore Sacramenti, relictā tutiore, nisi id vetet lex, conventio, aut periculum gravis danni incurrendi; hinc sententia probabili tantum utendum non est in collatione Baptismi, Ordinis Sacerdotalis, aut Episcopalis.

Damnata.

## EXPLANATIO.

437 **S**upponendum primo: opinione in Theologia Morali, vt ad præsens attiner, esse in duplice differentia; aliæ circà licitum, aliæ circà valorem facti. Opiniones circà licitum, v. g. vtrum sit licitum laborare duabus horis in die festo? Practicari possunt communiter, etiam si minus tutæ, & probabiles (dummodo non sint te-

nue probabilitatis) quia cum in tali casu detur dubium positivum de obligatione legis, tenet voluntas possessionem libertatis, & potest sequi opinionem ipsi faventem: at vero opinione circà valorem rei factæ, v. g. vtrum Sacramentum sub hac forma, vel materia sit validum? Vel vtrum si infirmo applicetur hoc medicamen, proficiet ipsius sanitati, vel erit ipsi in pernitiem? Practicari non possunt, si minus tutæ sint, ac securæ. Ratio est: quia tunc non possedit voluntas, sed alia superior lex, vel Religionis de attendo ad reverentiam Sacramenti, vel charitatis de non operando cum periculo nocendi proximum: Videatur Moya, selectar. tom. 1. tract. 1. quest. 6. §. 8. &c. quest. 9. à num. 1.

438 Supponendum 2. quod in præsenti condemnatione solum agitur de opinionibus circà valorem Sacramenti; & sic solum intelligitur de versantibus, vel circà formam, vel circà materiam Sacramentorum, vel circà intentionem Ministri; quia ab his tribus tantum pendet valor Sacramenti; non de opinionibus, quæ agunt præcisè de licita eorum administratione.

Yne

S. I.

QVIBVS DAM DVBITATIO-  
nibus satisfit.QUÆDAM PROPONAM  
dubia, dissolvamque.

433 **P**rimùm. Vtrum retinens prædictos libros lethaliter contra præceptum peccet? Ad quod communiter respondent affirmativè Doctores: quia materia gravissima, ut probat Dian. 11. part. tract. 8. resol. 62. citans Turrianum, qui affirmat, errorem esse, contrarium asserere.

Secundūm. Utrum, qui notiam habet, quod alter eos libros contra edictum retinet, obligetur illum denunciare?

434 Ad quod affirmativè respondeo, cum Dian. 11. part. tract. 8. ref. 62. & cum Turrian. centur. 4. dub. 17. & communiter; quia ita præcipit edictum, & præceptum DD. Inquisitorum, tam in indice Urbis, quam in eo, quod à Sancto Hispanico Tribunali solet publicari.

Tertium. Vtrum in retinendis his libris (idem queritur in legendis) detur materiæ parvitas?

435 Ad quod respondetur affirmativè, id est, quod non erit lethale per vnum, aut alterum diem retinere; ita Sanch. lib. 2. Summ. cap. 10. num. 55. ita etiam Bonac. de censur. disp. 1. quest. 2. punct. 4. num. 15. intelligitur hoc, data op-

portunitate, eos tradendi: nam; vt dicti addunt Authores, qui detinet prædictos libros expectans opportunitatem, aut commoditatem eos mittendi, censuram non incurrit. Sicut qui bona alterius iniuste habet, expectare opportunitatem potest, vt restituat. Et tamen iuris naturæ est obligatio ista; ergo potiori titulo in præsenti casu; quia non propriè dicitur malitiosè retinere, qui detinet, querendo modum, vel expectando, aut providendo, medium tradendi.

Etiam in legendō datur parvitas, vnam, videlicet, paginam, idem Sanchez, num. 31. & hæc est latior opinio, à pluribus non admissa.

436 Quartum. Vtrum vir doctus retinere possit libros, de quibus hæc propositio loquitur?

Respondeo negativè, nisi dum expurgati fuerint. Ratio est: tum, in pœnam Authoris: tum ob periculum legendi, & se, aut alios pervertendi: & nemo ira de se fidere potest, quod non cadat, sed præsumptuose ager contra Apostolicam ordinationem Urbani VIII. Dominorumque Inquisitorum libros detinendo. Etsi non tradiderit, illis in materia, vt dixi, gravi non obediens; quia sine exceptione loquuntur, seu præcipiunt.



COM.

COMPIILATIO MORALIS  
DICTORVM A VIRIS DOCTIS  
AD PROPOSITIONES DAMNATAS  
AB INNOCENTIO XI.

VIDE AD ISTARUM PROPOSITIONUM damnativi Decreti pleniorē intelligentiam, advertentias præmissas in principio operis, à num. 1. & præcipue à num. 10. quia specialiter pro harum damnativo Decreto ponuntur.

## PRIMA PROPOSITIO.

**N**ON EST ILLICITUM IN Sacramentis conferendis sequi opinionem probabilem de valore Sacramenti, relictâ tutiore, nisi id vetet lex, conventio, aut periculum gravis danni incurrendi; hinc sententia probabili tantum utendum non est in collatione Baptismi, Ordinis Sacerdotalis, aut Episcopalis.

Damnata.

## EXPLANATIO.

437 **S**upponendum primo: opinione in Theologia Morali, vt ad præsens attiner, esse in duplice differentia; aliæ circà licitum, aliæ circà valorem facti. Opiniones circà licitum, v. g. vtrum sit licitum laborare duabus horis in die festo? Practicari possunt communiter, etiam si minus tutæ, & probabiles (dummodo non sint te-

nue probabilitatis) quia cum in tali casu detur dubium positivum de obligatione legis, tenet voluntas possessionem libertatis, & potest sequi opinionem ipsi faventem: at vero opinione circà valorem rei factæ, v. g. vtrum Sacramentum sub hac forma, vel materia sit validum? Vel vtrum si infirmo applicetur hoc medicamen, proficiet ipsius sanitati, vel erit ipsi in pernitiem? Practicari non possunt, si minus tutæ sint, ac securæ. Ratio est: quia tunc non possedit voluntas, sed alia superior lex, vel Religionis de attendo ad reverentiam Sacramenti, vel charitatis de non operando cum periculo nocendi proximum: Videatur Moya, selectar. tom. 1. tract. 1. quest. 6. §. 8. &c. quest. 9. à num. 1.

438 Supponendum 2. quod in præsenti condemnatione solum agitur de opinionibus circà valorem Sacramenti; & sic solum intelligitur de versantibus, vel circà formam, vel circà materiam Sacramentorum, vel circà intentionem Ministri; quia ab his tribus tantum pendet valor Sacramenti; non de opinionibus, quæ agunt præcisè de licita eorum administratione.

Yne

niones poenitentibus faventes circa materiam, quam apponunt, ut probabilitè asserit Hozes hic, num. 5. 6. & 9. & Torrecilla hic, 1. impref. num. 95. quia damnatio solum de administrantibus Sacramenta loquitur, non de recipientibus; & cum odiosum sit, extendendum non est.

447 Vnde non danuantur opinione afferentes, quod attritio in re supernaturalis, vt talis coquita à poenitente, est sufficiens ad Sacramentum; quod est nunc satius commune, vt videri potest apud Magistrum Prad. tom. de Poenitent. tract. 7. quest. 3. dub. 2. §. 3. num. 21. Tum, quod necesse non est, poenitentem ordinare dolorem ad confessionem, vel doleri ex intentione confessio-  
nis; quod affirmat Lugo de Poenitent. disp. 14. sect. 4. num. 47. cum alijs. Tum (& hæc accedit præcedenti) quod quando poenitens oblitus in confessione alicuius peccati lethalis, reiterat statim confessionem, vt illud Ecclesiæ clavibus subiicit, potest ex vi doloris præcedentis confessionis absolvī, absque novo apposito, si talis dolor fuit vñiversalis, aut peccatum oblitum includitur in eius motivo; quod affirmat Enriquez, lib. 4. de Poenitent. cap. 26. §. 7. & approbat Lugo: citatus, sect. 3. num. 31. Non tamen admitto, quod fieri posse hoc validè in qualibet confessione de peccatis vita præteritæ; id est, quod sicut sufficit pro materia remota poenitentia, sæpius eadem peccata

Sacramento subiicere, ita etiam pro materia proxima sufficiat idem dolor pro pluribus confessionibus voluntariè conficiendis; vt aliqui apud Moyam, tract. 3. disp. 5. quest. 8.

448 Non peccavit ergo Poenitens, et si data opera, his, vt iacent, vtendo opinionibus. Sed melius erit, securioribus se munire. Sunt tamen perutiles pro aliqua circumstantia, v. g. si Poenitens, cum accedit ad confessionem, iudicat, se non posse excitare ad verum dolorem, & recordatur de præterito, in quo securius fit Sacramentum, potest fidens in eo dolore, illud recipere. Et licet aliquando peccet, minus secura circa valorem Sacramenti probabili opinione vtendo, v. g. si recipiens Ordinem, non vult advertenter materiam tangere physicè: non tamen est casus damnationis; eo quod, vt dixi, non loquitur damnata de recipientibus. Hozes, in explicatione huius propositionis, pagin. mihi 8. col. 2. num. 9.

449 3. Non condemnantur opinione militantes circa jurisdictionem Ministri: nam suppleri potest ab Ecclesia defectus, & vt pia Mater de facto suppleri, si ex parte opinionis, & Ministri illam sequentis, sequeretur vt pote tolerans talem opinionem. Vnde Minister non exponit Sacramentum periculo frustrationis, ministrando illud fissus opinione probabili de sua jurisdictione. Ita communiter.

Hic

450 Hic verò advertere debes, opinionem tenentem, approbatum ab Episcopo in vna Diocesi, posse in alijs Dioecesis eligi per Cruciatæ Bullam, etiamsi in illis approbationem non habeat ab Ordinario, esse damnata per Innocent. XII. vt videri potest in illius Decreto posito infra. Idemque dic de Regularibus: nam ex Clementis X. Bulla debent esse approbati ab Ordinario illius Dioecesis, in qua confessiones audiunt, vt etiam adverto infra loco citato. Numquid, & alterum invenies in foro conscient. tract. 1. cap. 1. §. 3. à num. 26. & §. 5. à num. 45. & tract. 4. cap. 6. §. 5. à numer. 745.

451 Advertendum tamen, quod si dubium de jurisdictione est negativum (in quo intellectus manet pendulus absque assensu alterutrius partis) taliter dubitans non potest, nisi in casu magna necessitatis, audire confessiones mortalium: Et tunc sub conditione, si potest, cum onere imposito poenitenti subiiciendi illa peccata alteri habenti jurisdictionem certam, vel dubiam positivè, quod est idem, ac probabilem. Ita Lugo de Poenitent. disp. 19. sect. 2. numer. 28.

452 Et quamvis dubiam positivam habeat, hoc est, probabilis sit Confessoris jurisdictione, sanum tamen erit consilium, vt ea vtatur circa peccatum, de quo opinatur, quod absolvere potest, v. g. aliquod reservatum per Bullam, aut aliud privilegium, vt exigat à

poenitente materiam aliquam certam, v. g. peccatum veniale determinatum, vt mendacium, vel aliud mortale iam confessum, si ille aliam, præter reservatum non ponit; vt sic securius peccatum, de cuius iurisdictione opinatur, absolum maneat, saltim indirectè; sic Hozes hic, quest. 5. num. 2.

453 4. Non damnantur sequentes opinione: 1. quæ concedit Sacramentum informe: nam Sacramentum informe non laedit valorem Sacramenti, sed fructum. De quo aliquando in hoc opere. Ita Lumbier, apud Corella.

2. Quod DD. Episcopi non possunt limitare Regularibus approbationem pro viris tantum, ex defectu præcisè etatis, vt cum alijs sustinet Curs. Moral. tom. 4. tract. 18. cap. 4. punct. 2. §. 3.

### §. I.

**R E S O L V I T V R D V B I V M**  
*de Matrimonii Sacramento.*

454 **Q** uæritur an Sacramentum Matrimonii in hac damnatione comprehendatur.

Resp. Non comprehendendi. Probatur 1. quia hæc propositio non loquitur de suscipientibus Sacramentum, & non improbabilitè, nec de Ministris non deputatis, nec consecratis pro Sacramentorum administratione; sed contrahentes sunt ex vna parte Sacramentum recipientes, & ex alia, licet Ministri illius non sunt ab Ecclesia consecrati ad hoc munus: ergo de illis non loquitur propositio.

G

&

Vnde, licet Minister Sacramenti peccet administrando illud, non observaris decretis circa ceremonias, vel alia via, non tangente in essentialibus illius, non agit contra damnationem, v. g. Parochus, qui in Baptismo solemini non vtitur aqua benedicta, cum possit; & alia plura exempla de hoc afferuntur ab alijs. His suppositis.

439 Sentiendum est, quod opiniones versantes circa valorem Sacmentorum, in eorum administratione minus tutae, ac securae practicari non possunt, etiamsi non immineat proximo damnum, in periculo frustracionis eorum. Ita declaratur ab Innocentio in praesenti damnatione. Ratio est: reverentia Sacmenti, qua violatur exponendo illud sine vrgenti necessitate periculo frustandi.

440 Vnde ex hac damnatione nequit Minister Sacmenti vti forma, aut materia dubia, seu probabilitanrum in illius administratione extra casum necessitatis, v. g. in Baptismo aqua rosacea, nec sequenti forma, hoc est: *Baptizo te in nomine Genitoris, Geniti, & Procedentis.* Vel omittere requisitum aliquod pro validitate; vt baptizare in vna tantum manu, aut pede: non vngere in Extrema Vnctione alicuius sensus organum: tradere in Ordinis administratione Episcopum materiam, taliter, vt physicè illam recipiens non tangat: item consecrare in blata, vulgo, censeno; insuper, in Sacra-

to Poenitentia illa tantum proferre verba absolutionis, *absolvo te,* erit grave peccatum contra damnationem; cum sit probabile, esse de essentia absolutionis sequentia: *A peccatis tuis;* & est opinio Paschalis, à Dian. citat. in 1. part. tract. 6. resol. 11. & Gabrielis, & Paludani, quos affero in foro conscient. tract. 2. cap. 12. §. 2. num. 531. Deinde ministrare cum sola intentione habituali, et si probabile sit, quod sufficiat. Nam securius est, quod ad minus requiritur virtualis intentio ad Sacmentorum administrationem, de quo vide forum conscient. loco citat. à num. 526.

441 Et suppono in exemplis adductis, quod damnata proposicio assentit; quod in Baptismo, Ordine Sacerdotali, & Episcopali non est vtendum in eorum administratione opinione probabili, relicta tuitori, in illis verbis: *Hinc sententia probabili tantum utendum non est in collatione Baptismi, Ordinis Sacerdotalis, & Episcopalis.*

Ex quo sequitur primò, quod interveniente gravi necessitate, ministrari possunt, & debent, cum tali dubio positivo, v. g. puerò moribundo Baptismum dari, obligatorium erit sub aqua rosacea, si non detur naturalis, & sic de alijs. Quia Sacmenta propter hominem instituta, eo modo, quo possunt, ipsi favere debent.

442 Etsi infans, ob difficilem partum, non potest ex vtero exire, possit baptizari in pede, aut

manu, quam extendendo ex vtero manifestat. Et qui aliam formam igaorat præter istam: *Ego te baptizo in nomine Genitoris, Geniti, & Procedentis ab utroque;* potest in illa baptizare infantem moribundum, si aliis non adest, qui legitimam sciat. Insuper in gravi necessitate, si non invenitur panis triticeus pro Sacro peragendo, in pane blato, vulgo, de cenceno, consecrari potest.

443 Quod etiam valet in alijs Sacmentis ad salutem simpliciter non necessarijs: nam in vrgenti necessitate ministrari debent in materia, aut forma minus secura, vt Sacmentum Extremæ-Vnctionis, præcipue si aliud Sacmentum accipendi non est capax infirmus. Vnde practicari solet in gravi necessitate organum sensus vngere, dicendo, ablque alia Vnctione, partiale formam, qua illi correspondet. Item, si Ministro Sacmenti minitantur aliqui mortem, vel grave damnum, si in materia, aut forma dubia non ministrat illud, dummodò ex Sacmenti contemptu id non fiat, licebit illi in ea materia, aut forma illud ministrare. Ut ex Perez, Juan Sanchez, apud Diana, part. 2. tract. 13. resol. 2. affert Torrecilla hic, num. 71.

444 Sequitur 2. illud practicari posse, ex quo, iuxta Ecclesiæ præmixtum, certum ponitur Sacmentum, quamvis non sit magis securum; quia servatur intentum condemnationis: vnde securè administratur Sacmentum cum in-

tentione virtuali Ministri, et si securior sit formalis. Et securè datur Sacmentum Poenitentia atriitionem supernaturem solum habenti, et si securior sit contritio. Ita communiter.

445 In praesenti non damnantur sequentes opiniones. Primò, omnes versantes circa quantitatem, vel qualitatem materiae remotæ Sacmentorum: vt talia, vel tot peccata in Sacramento Poenitentia; quia tantum versant circa licitum. Et talis est opinio non obligans ad confitendo peccata mortalia dubia. Talis etiam alia, circumstantias intra eamdem speciem aggravantes à confitendo excusans. Tales insuper sunt opiniones affirmantes, quod in talibus, vel tali circumstantia dimidiari potest confessio, v. g. quod faceri potest peccatum, vt non reveletur complex. Talis denique opinio afferens, quod quando apponuntur peccata iam confessa, non est obligatio explicandi circumstantias speciem mutantes. Et ratio omnium est: quia et si ad præmixtum reducantur prædictæ opiniones, securè apponitur materia proxima, nimirum peccatorum dolor, & confessio. Et licet materia remota Sacmentorum observanda est, ad eorum valorem, formaliter sumpta: hic vero non alteratur integritas formalis Sacmenti Poenitentia, sed integritas materialis illius. Ita Lumbier, 2. impr. num. 26. Torrecilla, num. 82. Coll. Filgueira.

446 2. Non damnantur opinio-

& consequenter in damnatione non comprehenduntur.

455 Probatur 2. & præcipue: nam celebrans matrimonium non intendit per se, & primario Sacramentum confidere, sed contrarium matrimonij, & secundario celebrare Sacramentum, si certus extitit contractus; vt ait Sanchez de Matrimon. lib. 7. disp. 8. num. 2. Dian. 5. part. tract. 10. ref. 81. Palao de censur. disp. 5. punct. 4. §. num. 25. Curs. Moral. tom. 2. tract. 10. cap. 6. punct. 4. numer. 47. & ego in foro conscient. tract. 4. cap. 9. §. 5. num. 849. & in explicatione huius propositione. nota 3.

456 Ex quo meo videri evidenter sequitur, non frustrari in hoc Sacramento intentionem illud conficiendi; quantumvis materia, & forma sint dubiae, nec Sacramentum frustrari dici potest, quod intentionem rectam sequitur Ministri. Ratio est: nam intentio in Ministris huius Sacramenti est conditionalis, eo ipso, quod secundario intendit efficiemtiam Sacramenti: quia intentio ita se habet, ad minus implicite, & virtualiter: *Intento contractum matrimonij; & si verè contractus fiat, intento Sacramentum.* In quo nullum periculum irreverentie huic Sacramento datur. Quod quidem in alijs Sacramentis non invenitur: nam cum illa actio, v.g. ablution in Baptismo, Vnctio in confirmatione, traditio in Ordine, & verba, quæ eo tempore pro forma dicuntur, nullum alium finem

habeant, quam confidere Sacramentum: si istæ in ratione materiæ, & formæ Sacramenti incertæ fuerint, & absque necessitate posse, Minister, qui his usus fuerit absque gravi causa, relictis securioribus, manifeste periculo frustrationis Sacramentum ponit; & consequenter irreverentie: quæ est potissima causa huius damnationis; quod in Sacramento Matrimonij non invenitur ob rationem allatam.

457 Hanc resolutionem non admittit Mag. Hozes, in appendice 3. ad hanc propositionem præci-  
puumque fundamentum est, quod Innocent. XI. non excipit hoc Sacramentum à damnatione, & alias propositione generaliter loquitur: ergo non est excipiendum.

458 Sed hoc non nimis urget: quia Decretum Innocentij ponit, vt iacent, propositiones damnatas; sed ista propositione, vt iacet, est falsissima, & damnationi subiacet, quamvis in illa administratio matrimonij non intelligatur in illius sensu damnata, ut patet: ergo ex hoc fundamento non tollitur, quod administratio matrimonij in illa non intelligatur.

459 Maneat ergo, quod Matrimonium, ex eo quod contractus est, & per se intentus à contrahentibus, sequitur forum contractus, qui non excludit probabiles opiniones practicare in illo efficiendo; sicut si non esset Sacramentum, ex eo quod reverentiam Sacramenti non habet; cum per acci-

accidens, seu secundario intendatur, & resultet, posito contractu: & non alio modo intenditur hoc Sacramentum, vt explicatum est. Quod mihi maxime probat, & arridet; alias, si hoc probabile non esset practice, innumerae opinio-nes, quæ circā impedimenta matrimoniū irritantia, eorumque dispensationes passim vagantur, improbabiles in praxi essent, nisi in casu necessitatis, vt consideranti patebit; quod nimis durum videtur afferere. Hanc resolutionem defendit, & sustinet Pater Cardenas.

460 Fateor tamen, bonum, rectiusque consilium fore, securiores opiniones ad proximū reducere, dum non urget necessitas, vt sic validitatē contractus matrimonij, quod indissolubile statum constituit, consulatur; sed licet illicite id fiat, quatenus rationem contractus matrimonij tangit; eo quod sine causa ex his genere opinio-nibus factum, non subiicitur in meo asserto damnationi; quia vt iam explicavi, non habet reverentiam Sacramenti.

## S. II.

DVBLIVM CIRCA MATERIAM  
voluntariam Pœnitentia Sacra-  
menti.

461 Q Uæritur: Vtrum pro materia vo-luntaria, quæ in confessionibus ponitur, nulla ne-cessaria habita, sufficiat pecca-

tum, vel peccata venialia indeter-minata: hoc est, quod dicat pœnitens: Accuso me de duobus, v.g. peccatis venialibus, non determinando speciem, & numerum? Et idem est de mortalibus iam con-fessis, vt dicere: Accuso me de duobus peccatis mortalibus vita præterita? Vel accuso me, quod mortaliter in vita præterita pec-cavi, non determinando speciem, & numerum?

Supponitur, Tridentinum Con-cilium nihil declarasse de hoc in materia voluntaria Pœnitentia Sa-cramenti, vt advertit Hozes hic, quest. 4. num. 3. & 4.

462 Respondeo: Non suffi-cere, sed debere pœnitentem spe-ciem, & numerum peccatorum determinare, nimirum, quod sit contra charitatem, aut iustitiam, aut castitatem, si alicuius harum specierum fuerint; & quod sint duo prima commissa, aut duo ultima in ea specie; id est, dicere debet pœnitens pro sufficienti materia confessionis: Accuso me de duabus mendacijs ultimis, vel de duabus primis, vel de primo, vel de ultimo peccato gravi con-tra castitatem vita præterita, aut de alio, quod determinatum ha-beat in sua mente. Et de numero potest, vt voluerit, variare, vt iani de primo, iam de ultimo, iam de duobus, iam de tribus, aut qua-tuor in diversis confessionibus, vel semper, si maluerit, unum determi-natum, & in una specie.

463 Ratio resolutionis est: Tum 1. quia omnia Sacra-menta

habent determinatam materiam in specie, & numero, circa quam versentur. Tum 2. quia hoc Sacramentum est per modum iudicij criminalis, & tale iudicium debet esse de tali, aut talibus determinatis peccatis. Tum 3. quia haec est practica ferè omnium, qui hoc frequentant Sacramentum. Tum 4. nam si Sacerdos intendens consecrare quatuor hostias ex acervo, quin determinaret quas ex illis, nihil faceret, quia materiam non determinat.

464 Et licet Pater Cardenas in explicatione huius propositionis dissert. 6. artic. 3. quæst. 3. num. 128. afferat discrimen in hoc inter Poenitentiam, & Eucharistiam, nimirum, quod forma Eucharistiae est demonstrativa; & sic petit materiam determinatam, quam demonstret: non tamen forma Sacramenti Poenitentiae.

465 Sed hoc vim nostræ rationis, seu paritatis non enervat: nam Eucharistiae forma, non solum quia demonstrativa est, sed quia forma Sacramenti est, exigit determinatam materiam, circa quam versetur, ut videri est in omnibus Sacramentis: nam Baptismus circa determinatam aquam; Vnctio circa determinatum oleum; Ordo, v. g. Presbiteratus circa determinatum Calicem, & Patenam, cum determinato vino, & hostia; Matrimonium circa determinata corpora; sic Poenitentia circa determinata peccata.

466 Nec quod sit per modum iudicij, permitit indeterminatio-

nem in materia; quia in verò, & criminali iudicio, cognita per testes causa, debet esse certum, & determinatum crimen. Et quamvis in Sacramento possit esse voluntaria materia, semel tamen, quod in forma iudicij criminalis tradatur, formam veri iudicij criminalis effugere non valet.

Intuper, quia ut notavit Mag. Hozes, num. 31. implicitè ponitur pro peccatis directè absolvitis demonstrativum *huius*, hoc modo: *Absolvo te ab his peccatis tuis.* Et ideo non ponitur expressè, quia non solum absolvit directè à confessis, sed etiam indirectè ab omnibus. Qua de causa plures Confessarij pro solatio confitentium addunt in absolutione, *omnibus*, dicendo: *Ego te absolvo ab omnibus peccatis tuis.*

467 Nota hic 1. quod si pro materia ponit poenitens omnia peccata alicuius speciei ab ipso commissa; vt si dicat, accuso me de omnibus mendacijs, vel de omnibus murmurationibus, est legitima materia; quia ista est determinata: sicut Sacerdos consecrans acervum hostiolarum, eti nesciat numerum determinatum illarum; vt iam dixi in foro conscienc. tract. 1. cap. 2. §. 3. num. 120.

468 Nota 2. quod sufficit poenitentem in sua mente determinare peccatum, vel peccata de quibus confitetur, v. g. te accusas de duobus periurijs iam confessis, vel de duobus mendacijs, si ea in tua mente determinata habes; quæ nimirum fuerint, quæ tali tempo-

re loco, aut circumstantia protulisti; nihil amplius in confessione explicare teneris, ut illi satisficias; quia materiam determinatam posuisti.

Hæc ergo opinio, eti mihi certa, à paucis tractata est, ideoque pro illa plures, non possunt Authors afferri; vide aliquos in Magist. Hozes citato, qui illam sustinent.

469 Contrarium defendunt etiam pauci, assérendo, quod neque speciem, neque numerum peccatorum esse necessarium confiteri in materia voluntaria; sed sufficere, quod poenitens dicat: *Accuso me, quod mortaliter peccavi; vel accuso me, quod venialiter peccavi.* Huius opinionis fuerunt Homobon. apud Diana, in 3. part. tract. 4. resol. 66. item Dicastill. apud eundem Dian. 11. part. tract. 5. resp. 24. item N. Anton. à Spiritu Sancto de Poenitent. tract. 5. res. 5. sect. 4. & sect. 6.

470 Alii affirmant, quod eti species debeat in confessione ponni, non tamen numerus determinari, v. g. si dicat poenitens: *Accuso me de duobus mendacijs, vel accuso me de duobus periurijs vita preterite;* quin determinet quod sint prima, vel ultima, aut illa, quæ determinata in sua mente habeat.

Et inter diversa huius opinonis fundamenta, præcipuum est; quia cum talia peccata sint materia voluntaria, debet esse liberum poenitenti confiteri modo, quo voluerit, aut in specie tantum, aut

in specie, & numero determinato; sicut ei liberum est, & non confiteri.

471 Item, qui centum debet regales, & solvit decem, non indiget determinare, quod sint decem primi, aut decem ultimi: ergo qui confitetur duo mendacia, non obligatur dicere, quod prima sint, vel ultima.

472 Confirmatur: nam si aliquis octo contraxit irregularitates eiusdem speciei ex totidem homocidijs, seorsim commissis, aut in decem incurrit excommunicaciones; quia separatim deceam graviter percussit, suadente diabolo, Clericos; posset de duabus dispensationem petere, seu absolutionem; quin determinet, quod de duabus primis, aut ultimis: ergo idem similiter in nostro casu; hæc opinio est Lugonis apud Arriagam de poenitentia disp. 32. sect. 4. numer. 23.

473 Respondeo ad argumentum, quod licet liberum poenitenti sit peccata venialia, aut mortalia iam confessa Sacramento subiictere; tamen semel quod subiificantur, debet numerus determinari; vt iudicium Sacramentum tale legitimè, vt dictum est, fiat.

Et ex hoc capite manet perspicua disparitas nostri casus ab exemplo positivo: nam cum quis solvit decem ex centum debitibus, non ponit eos decem, ut materia alicuius iudicij Sacramentalis, seu Sacramenti in forma iudicij: At poenitens non debet peccata, quæ subiicit, præcipue mortalia iam

confessa; & semel, quod Sacra-  
mento subiiciat, debet determini-  
nare materiam: quia est proprium  
Sacramentorum versare circa de-  
terminatam materiam; & non mi-  
nus pœnitentiæ, quæ iudicium Sa-  
cramentale est.

474 Vnde Concilium Tri-  
dentinum, sess. 14. cap. 5. de-  
clarat, deberi omnia mortalia con-  
fiteri in specie, & numero; non  
ex alia ratione, ait Concilium, nisi  
quia iudicium criminale est co-  
gnita per testes causa; & licet non  
teneatur pœnitens venialia confi-  
teri; si verò aliqua confitetur, de-  
terminare debet, ut perfectum fiat  
iudicium: & hoc non exigit abso-  
lutio censurarum; quia non fit Sa-  
cramentum, nec determinatam  
formam verborum petit.

Istæ tamen opiniones non ma-  
nent per hoc Innocentii Decretum  
damnatae: nam licet minus sint  
probabiles, minusque securæ, &  
in materia Sacramentorum; favent  
verò pœnitentibus, & ex parte  
istorum, non ex parte ministran-  
tiuum, se habent, vt iam dixi.

475 Sed ego teneo, & tu pri-  
mam tene, vt ne periculo frustra-  
tionis Sacramentum exponas. Et  
quia ita se habet etiam communis  
practica piorum se confitentium,  
qui non solum speciem peccato-  
rum declarant, sed insuper deter-  
minatum numerum ponunt, v.g.  
quodsi de duobus periuris ex plu-  
ribus à te commissis, & confessis,  
te accusas, aut de duobus, aut qua-  
tuor mendacijs, seu murmuratio-  
nibus, determines, quod siat duo

prima, aut ultima, aut quæ tua  
mente fixa, & determinata ha-  
beas; vide Mag. Hozes citatum,  
& Moyam, selectar. tom. 1. tract.  
3. quest. 6. disp. 5.

## SECVNDA PROPOSITIO.

**PROBABILITER EXISTIMO**  
*Iudicem posse iudicare iuxta opinio-  
nem, etiam minus probabilem.*

Damnata.

## EXPLANATIO.

476 **S**Entiendum est, quod Iudex in iudicando non potest opinio-  
nem minus probabilem sequi: quia  
ita declarat Innocent.

Advertendum 1. quod hic lo-  
quitur de Iudice, tam superiori,  
quam inferiori; tam arbitro, quam  
legitimo; quia omnes Iudices sunt.  
Non tamen, ait Doctor Hebas, de  
illo, qui eligitur ad amicabilitè  
lites componendas, quia vere su-  
dex non est.

477 2. Quod ista damnatio  
intelligitur, tam de probabilitate  
facti, quam juris. Probabilitas iu-  
ris est, quando leges, vel carum  
legitima interpretatio magis, vel  
minus vni parti, quam alteri fa-  
vent. Probabilitas facti, quando  
factum probatur pluribus, vel pau-  
cioribus testibus, aut scripturis. Et  
iuxta magis, aut minus, vel iuxta  
maiorem, seu digniorem, aut mi-  
norem numerum, erit res magis,  
aut minus probabilis, iam de fa-  
cto, iam de iure, servata porpor-  
tione.

3. Ad-

478 3. Advertendum, quod  
esse probabilem, vel æquè pro-  
bablem opinionem debet discerni  
ex maiori, vel æquali receptione  
inter peritos, vel si talis visa fue-  
rit iudicii docto in iure. Et tutius  
erit iudicium suum alteri perito  
subiucere. Videatur Villalob. tom.  
1. tract. 1. dif. 15. num. 5. & Vaz-  
quez 1. 2. disp. 62. num. 5. & 6.

479 Non damnatur hic 1.  
quod Procuratores, & Advocati  
sequi possint minus probabilem  
opinionem; quia isti non sunt Iu-  
dices.

2. Quod Iudex in criminalibus  
sequatur in favorem rei minus  
probabilem opinionem: imo &  
debet, quia dum reus pro se ha-  
bet opinionem, non probatur cla-  
re contra ipsum. Villal. num. 3.

3. Non damnatur sententia af-  
serens, quod potest Iudex opinio-  
nem minus probabilem sequi in  
omni eo, quod non est sententiam  
pronuntiare, hoc est, quod sen-  
tentiam diffinitivam præcedit: cum  
enim id non sit propriè iudicare,  
& damnatio quid odiosum sit, re-  
stringenda potius, quam extenden-  
da est.

Ex quo sequitur 1. posse Iudi-  
cem inquirere testibus de reo oc-  
culto, quando crimen est publi-  
cum; quia datur opinio id affi-  
mans, eti minus probabilitè.

480 Sequitur 2. quod in cau-  
sa capitali potest Iudex inquirere  
reо de suo delicto, cum templa-  
na tantum ipsius delicti probatio-  
ne, exigendo ab illo iuramentum,  
& imposito illi præcepto, vt veri-

tatem aperiat: quia de hoc datur  
opinio, licet concedamus, con-  
trarium assensum maiorem habe-  
re probabilitatem.

481 Sequitur 3. quod præce-  
dente in causis criminalibus de-  
positione vnius testis, omni ex-  
ceptione maioris, poterit Iudex ex  
vi huius dicti torquere reum, vt  
delictum fateatur: nam quamvis  
Authores sint, qui afferant, quod  
in criminalibus non sufficiat testi-  
ficatio vnius, eti omni maior ex-  
ceptione digni, nisi indicia, vel  
conjecturæ aliquæ addantur: sunt  
tamen Doctores sententes suffi-  
cere, eorumque assensus probabilis  
iudicatur; quemque Iudicem sequi,  
non damnatur.

482 Sequitur 4. posse Iudi-  
cem incarcere reum, quem in  
alieno territorio alligavit; præci-  
pue, si eum persecutus fuit à pro-  
prio territorio in alienum; & è  
contra pro suo libito valebit Iudex  
omittere: quia pro vtroque placi-  
to opiniones vagantur; teste An-  
tonio Gomez, tom. 3. variar. cap. 9;  
num. 4.

483 Sequitur 5. quod in va-  
riete opinionum circa reos ad  
Ecclesiam se confugientes, alijs af-  
firmantibus, quod in aliquibus de-  
lictis valet pro eis immunitas, alijs  
idem negantibus, erit pro arbitrio,  
sive libertate Iudicis, quam  
voluerit practicare. Delicta autem,  
de quibus opinantur Authores, vi-  
deri possunt in Dian. 6. part. tra-  
ctat. 1. per totum, & præcipue  
resol. 26. Vnde, quia pro blasphem-  
eo, simoniaco, adultero, sacri-

G 4 le-

lego, sodomita, peritio, excommunicato, suspenso, aut interdicto, occissore Clerici, filio, qui patrem necavit, Religioso apostata, teste falso, cuius testimonio ad poenam capitidis damnatus est reus, frangente carcerem, vel e manibus iudicis, aut satellitum violenter se extrahente, dantur opiniones oppositae, an valeat immunitas Ecclesia? Erit in voluntate iudicis, inspecta prudentialiter delicti circumstantia, extrahere, vel non, ab Ecclesia reum, & in carcere trudere. Omnia haec affert Torrec. hic, à n. 103. vbi videbis.


484 4. Non damnatur asserre, quod possit iudex inferior sententiam ferre iuxta probabilem minus opinionem, si in praxi est magis recepta: nam maior probabilitas suppletur optimè per proxim, & stylum, qui est velut certum ius municipale, ad quod omnino attendendum est, vt cum Barbosa affirmat Filgueir. in praesenti.

5. Non damnatur, quod si una pars habet pro se probabilem opinionem, & altera minus probabilem cum possessione, tenetur iudex in favorem possidentis pronuntiare sententiam. Nam excessus illius in probabilitate absorveretur ab ista, & confunditur per legitimam possessionem. Ita Filgueira ex pluribus iuribus.

485 Ad ultimum: inquires 1. Vtrum probabilitas intrinseca in iudice prevalere debeat ad extrinsecam ex autoritate Doctorum?

Ad quod Filgueir. ait: quod iudex, cui in conscientia hoc opus incumbit, illud scrutetur, attenus inter Authores, ex professore tractantes, & illos, qui solum attingentes, qualesque ex illis classicos, qualesque non. Et licet plures sint pro una parte; si pro altera stant efficaciora argumenta, rationesque vivatores iuxta principia Theologica, & regulas iuris, teneri in conscientia iudicem, ait Filgueir. iuxta hanc ferre sententiam. Vide eum.

486 Inquires 2. quid ageret iudex, quando utrinque probabiles & que opiniones dantur? Distinguendum est, si res divisibilis extat, inter partes dividenda est: si vero non potest dividi, debet, vel aliquomodo eas componere, vel per sortem item dirimere, ait Filgueira, ego autem assero cum Torrecill. hic, num. 121. quod si leges non permittunt rem dividere, erit in arbitrio iudicis, sententiam pro qua voluerit parte dicere; dummodo nihil pro eo arbitrio accipiat: quia damnatum est ab Alexand. VII. quod, id facere liceat.



## TERTIA PROPOSITIO.

**G**ENERATIM, DUM PROBABILITATE, SIVE INTRINSECA, SIVE EXTRINSECA, QUANTUMVIS TENUI, MODO A PROBABILITATIS FINIBUS NON EXCEDEAT, CONFISSI ALIQUID AGIMUS, SEMPER PRUDENTER AGIMUS.

Damnata.

## EXPLANATIO.

487 **S**Entendum est, quod

non possumus generaliter uti opinione tenuis probabilitatis, tam intrinsecæ, quam extrinsecæ, quia declaratur ab Innocent. dum contrarium damnat.

Principia tamen difficultas est: utrum opinio, quæ non certo probabilis est, sed dubitatur possit, an sit probabilis, id est, quæ probabilitate tantum est probabilis, debeat affirmari esse in hac damnatione comprehensa, hoc est, esse tenuis probabilitatis, quæ practicari non debet?

488 Ad quod duplici responderetur sententia. Prima est Magist. Hozes, & Torrecill. negantium comprehendendi, & aiunt, sufficere ad recte operandum, quod opinio iudicetur probabilitate probabilis: nam contrarium scrupulis obnoxium fuisset, & intollerabile onus certas probabilitates semper querere. Contraria opinio est Filgueira, Lumbier, & Corella, qui affirmant fore idem opinionem esse probabilitate tantum probabi-

lem, ac tenuis probabilitatis: nam cum opinione probabilitate tantum probabili non operamur certitudine morali subiectiva, ut requiritur ad recte operandum: quia dubitamus positivè de ipsa probabilitate, quæ fundamentum debet esse certitudinis moralis subiectivæ. Et hanc secundam probabilitatem iudico; & eam acerrime, & copiose defendit R. P. Fr. Andreas à Sancto Joseph, in tom. 2. Crisol. Theol. Mor. verb. opinion. à num. 183.

489 Dices, quænam suæ opinione tenuis probabilitatis.

Respondeo: non esse idem tenuis probabilitatis, ac minoris, & fortè minus secura probabilitatis; sed esse illas, quæ secum afferunt notam infimam, vel quia sunt infimæ notæ Authorum; & tunc erit probabilitas tenuis extrinseca, vel quia fulciuntur tenui ratione, & tenuem generant assensum, hoc est, cum magna formidine alterius partis, vel ut ab aliis dicitur, quia de earum probabilitate positivè dubitatur communiter, vel quia materiam satis labilem in practica favent; videatur Lumbier. in praesenti.

490 Non damnatur hic, quod in casu necessitatis, cuiuscumque materia, sequi possit opinio tenuis probabilitatis; quia hoc non est communiter, illam sequi, & ipsa necessitas auget in opinione probabilitatem; vt ait Lumbier.

Vide Villalob. tom. 1.  
tract. 1. dif. 8.

lego, sodomita, peritio, excommunicato, suspenso, aut interdicto, occissore Clerici, filio, qui patrem necavit, Religioso apostata, teste falso, cuius testimonio ad poenam capitidis damnatus est reus, frangente carcerem, vel e manibus iudicis, aut satellitum violenter se extrahente, dantur opiniones oppositae, an valeat immunitas Ecclesia? Erit in voluntate iudicis, inspecta prudentialiter delicti circumstantia, extrahere, vel non, ab Ecclesia reum, & in carcerem trudere. Omnia haec affert Torrec. hic, à n. 103. vbi videbis.


484 4. Non damnatur asserre, quod possit iudex inferior sententiam ferre iuxta probabilem minus opinionem, si in praxi est magis recepta: nam maior probabilitas suppletur optimè per proxim, & stylum, qui est velut certum ius municipale, ad quod omnino attendendum est, vt cum Barbosa affirmat Filgueir. in praesenti.

5. Non damnatur, quod si una pars habet pro se probabilem opinionem, & altera minus probabilem cum possessione, tenetur iudex in favorem possidentis pronuntiare sententiam. Nam excessus illius in probabilitate absorveretur ab ista, & confunditur per legitimam possessionem. Ita Filgueira ex pluribus iuribus.

485 Ad ultimum: inquires 1. Vtrum probabilitas intrinseca in iudice prevalere debeat ad extrinsecam ex autoritate Doctorum?

Ad quod Filgueir. ait: quod iudex, cui in conscientia hoc opus incumbit, illud scrutetur, attenus inter Authores, ex professore tractantes, & illos, qui solum attingentes, qualesque ex illis classicos, qualesque non. Et licet plures sint pro una parte; si pro altera stant efficaciora argumenta, rationesque vivatores iuxta principia Theologica, & regulas iuris, teneri in conscientia iudicem, ait Filgueir. iuxta hanc ferre sententiam. Vide eum.

486 Inquires 2. quid ageret iudex, quando utrinque probabiles & que opiniones dantur? Distinguendum est, si res divisibilis extat, inter partes dividenda est: si vero non potest dividi, debet, vel aliquomodo eas componere, vel per sortem item dirimere, ait Filgueira, ego autem assero cum Torrecill. hic, num. 121. quod si leges non permittunt rem dividere, erit in arbitrio iudicis, sententiam pro qua voluerit parte dicere; dummodo nihil pro eo arbitrio accipiat: quia damnatum est ab Alexand. VII. quod, id facere liceat.



## TERTIA PROPOSITIO.

**G**ENERATIM, DUM PROBABILITATE, SIVE INTRINSECA, SIVE EXTRINSECA, QUANTUMVIS TENUI, MODO A PROBABILITATIS FINIBUS NON EXCEDEAT, CONFISCI ALIQUID AGIMUS, SEMPER PRUDENTER AGIMUS.

Damnata.

## EXPLANATIO.

487 **S**Entendum est, quod non possumus generaliter uti opinione tenuis probabilitatis, tam intrinsecæ, quam extrinsecæ, quia declaratur ab Innocent. dum contrarium damnat.

Principia tamen difficultas est: utrum opinio, quæ non certo probabilis est, sed dubitatur possit, an sit probabilis, id est, quæ probabilitate tantum est probabilis, debeat affirmari esse in hac damnatione comprehensa, hoc est, esse tenuis probabilitatis, quæ practicari non debet?

488 Ad quod duplici responderetur sententia. Prima est Magist. Hozes, & Torrecill. negantum comprehendendi, & aiunt, sufficere ad recte operandum, quod opinio iudicetur probabilitate probabilis: nam contrarium scrupulis obnoxium fuisset, & intollerabile onus certas probabilitates semper querere. Contraria opinio est Filgueira, Lumbier, & Corella, qui affirmant fore idem opinionem esse probabilitate tantum probabi-

lem, ac tenuis probabilitatis: nam cum opinione probabilitate tantum probabili non operamur certitudine morali subiectiva, vt requiritur ad recte operandum: quia dubitamus positivè de ipsa probabilitate, quæ fundamentum debet esse certitudinis moralis subiectivæ. Et hanc secundam probabilitatem iudico; & eam acerrime, & copiose defendit R. P. Fr. Andreas à Sancto Ioseph, in tom. 2. Crisol. Theol. Mor. verb. opinion. à num. 183.

489 Dices, quænam suæ opiniones tenuis probabilitatis.

Respondeo: non esse idem tenuis probabilitatis, ac minoris, & fortè minus secura probabilitatis; sed esse illas, quæ secum afferunt notam infimam, vel quia sunt infimæ notæ Authorum; & tunc erit probabilitas tenuis extrinseca, vel quia fulciuntur tenui ratione, & tenuem generant assensum, hoc est, cum magna formidine alterius partis, vel ut ab aliis dicitur, quia de earum probabilitate positivè dubitatur communiter, vel quia materiam satis labilem in practica favent; videatur Lumbier. in praesenti.

490 Non damnatur hic, quod in casu necessitatis, cuiuscumque materia, sequi possit opinio tenuis probabilitatis; quia hoc non est communiter, illam sequi, & ipsa necessitas auget in opinione probabilitatem; vt ait Lumbier.

Vide Villalob. tom. 1.  
tract. 1. dif. 8.

108 Propositiones damnatae ab Innocentio XI.

dum est præceptum de communione Corporis Christi, ita non declaravit tempus adimpletionis præcepti charitatis Dei?

499 Respondet N. Gabriel à Sancto Vincentio, disputa 25. de charitat. dub. 3. num. 61. apud Hozes in his propositionibus, numer. 18. *Quia hoc præceptum, cum sit de interno dilectionis actu, non potuit cadere sub determinatione Ecclesie; que si eam determinacionem fecisset, non potuisset transgressionem punire.* Fundatur Author hic in communione opinione, quod Ecclesia, quia non indicat de occultis, non potest præcipere, aut determinare directè actus interiores; ut videri est in Curs. Moral. tract. 11. de legibus, cap. 1. punct. 6. num. 66.

Varietas tamen opinionum in hac materia, ait Hozes, num. 19. cum Grand. deserbit, ut facillius per invincibilem ignorantiam excusentur plures a transgressione huius præcepti.

500 Non damnatur hic asserere, hanc obligationem differri posse ultra tres, & ultra quatuor annos, & in rigore damnationis usque ad quinque; si quidem damnata propositio ultra quinquennium affirmabat. Sed omnia haec absurdia sunt.

Non damnatur 2. affirmare, non obligare hoc præceptum, neque in initanti usus rationis (affirmat tamen D. Thom. 1. 2. quest. 89. articul. 6. obligare) neque in die festo, nec quando recipienda est Eucharistia, neque in mortis articu-

lo, de quo infra, nec cum sustinendum est martyrium, nec quando à Deo accipitur beneficium aliquod, nec dum honor Divinus periclitatur, blasphemias audiendo. Palao, tom. 1. tract. 6. de charit. disp. 1. punct. 4. qui idem affirmat etiam tempore, quo quis gravissimas odij Dei, vel de eo blasphemando, patitur tentationes, & cum periculo in eas consentiendis sed in isto casu ad minus per accidentis iudico, amorem Dei obligare; ut affirmat communis sententia, Caspense, tom. 2. tract. 17. disput. 4. num. 30. 31. & 34. quamvis Palao, num. 9. neget: quia alia dantur media, ut gloria, & inferni poenarum meditatio. Torrecilla, & Hozes hic.

501 Vnde assero 1. cum Petro Ledesma in Summ. tom. 2. tract. 3. cap. 5. concl. 6. §. *Digo lo 2.* & alijs, hanc obligationem diligendi Deum, per se obligare semel in anno; & non adimplet illam, qui per Sacramentum iustificatur, si in recipiendo illud, amorem Dei super omnia non elicit.

Præceptum autem negativum charitatis, hoc est, Deum non odiandi, obligat semper, & pro semper; quod proprium est negativi præcepti.

502 Assero 2. quod per accidentis obligamur ad prædictum amorem explicitum, aut in contritione implicitum, quotiescumque, habentes conscientiam peccati lethalis, administraturi sumus Sacramentum, vel aliquod vivorum recepturi, & non habemus

Propositio Septima.

mus copiam Confessoris, vel confiteri nequimus.

Ad recipiendum autem Eucharistiam, præmittenda est confessio, si recepturus, cum lethali est. In gravi autem necessitate, non habens copiam Confessoris, cum contritione poteſt communicare.

Ad Baptismum in adulto, & Pœnitentiae Sacramentum recipiendum, quæ mortuorum sunt Sacra menta, sufficit attritio supernaturalis.

503 An autem in articulo mortis sit obligatio ad amorem Dei super omnia (supposito, quod non detur conscientia peccati mortali) sub lite est. Negat Sanchez, tom. 1. Summ. lib. 1. cap. 35. num. 9. in fine, cum Azor. gravatus autem lethali peccato ad poenitentiam tenetur, & ad eum Dei amorem ab ea exigitum, & in ea inclusum, id est, non ex se, sed ratione poenitentiae. Filgueir. hje, dub. 3. vide num. 73.

Duo pro fine adverto: 1. difficultem in practica fore huius præcepti transgressionem; cum tot excitamenta ad illud habeant fidèles; iam quotidiana Beneficia, ipsaque bonitas, & providentia Dei in nos; iam receptio Sacramentorum Pœnitentiae, & Eucharistiae, ad minus semel in anno.

504 Et hic accedit secunda advertentia cum Lumbierio, & Hozes in præsenti, nimurum, non ita difficultem esse Dei amorem, ut aliquibus videtur; & vt ait Gabriel à Sancto Vincentio citat. de charitat. Graviter reprehendi de-

109

bent, qui dicunt, quod hoc præceptum grave onus iudicatur; quia cum præceptum hoc non obliget ad amorem intensivum, sed ad amorem appretiativum, hoc est, appretiatio nis Denuo super omnia: inde est, quod pluribus modis exerceri valet, iam per contritionem,

iam se complacendo in Divinis perfectionibus, & quod solus Deus his gaudear, iam gaudendo, quod ab hominibus honoretur, & desiderando, quod omnes in eius agnitionem adveniant, & debitum cultum illi offerant; & vt ait dictus Gabriel à Sancto Vincentio, recitando debite orationem Dominicam, amor Dei exerceatur, illis verbis: *Sanctificetur nomen tuum.* Et illis: *Fiat voluntas tua sicut in celo, & in terra.* Hozes hic, num. 20. Adverte tamen, quod non quilibet horum actuum amoris Dei sufficit ad hominem iustificandum, si in lethali existat, sine contritione. ac si, id est, quod pro amore Dei peccatum grave detestet ad mortem usque ferendam ex maiori erga eum charitate.

OCTAVA PROPOSITIO.

*COMEDERE, ET BIBERE*  
usque ad satietatem ob solam voluptatem, non est peccatum, modo non ob sit valetudinis; quia licet potest appetitus naturalis suis actibus frui. Damnata.

EXPLANATIO.

505 S entendum est, quod comedere, vel bibere usque ad satietatem ob solam

## QUARTA PROPOSITIO.

*AB INFIDELITATE EXCUSABITUR Infidelis non credens ductus opinione minus probabili.*

Damnata.

## EXPLANATIO.

491 **S**entiendum est, quod Infidelis (sive sit Gentilis, ludax, aut Hæreticus, vel alterius Sectæ) non credens ductus opinione minus probabili, infidelitatis peccato inficitur; quia ita in præsenti declaratur ab Innocent. Nam imprudenter in re ita gravi, ut est, eligere medium iustificationis, minus certum amplectitur.

492 Ex quo videtur colligi, quod Infidelis, qui maiori iudicat probabilitate, mysteria nostræ fidei esse magis credibilia, tenetur nostram fidem admittere, & consequenter credere, relicta secta sua: nam in re tanti ponderis securiorem viam eligere debet: ergo qui non ita id facit, ab infidelitatis peccato non excusabitur. Et si dicas, quod assensus opinativus non componitur cum actu fidei; eo quod iste infallibilis est, excludens omnem formidinem, propriam assensus opinativi: ergo obligari non potest ad actum fidei, qui fidem non habet, sed opinionem; cum ex opinione actus fidei, utpote infallibilis, oriri non valet.

493 Dicimus, quod si Infide-

lis ductus ex maiori sua probabilitate suam reliquit sectam, nostramque fidem vult amplecti, iam iste facit quod est in se; & facienti quod est in se ex viribus gratiae auxiliantis, Deus gratiam non negat, ut actum eliciat fidei; ita Mag. Hozes, licet contra dicat Salinas. Tum etiam, quia aliud est medium excitans ad fidem amplectendam, aliud fides ex Divino auxilio, & efficaci amplexa: per illud primum non credit, aut assentitur Theologicè, & infallibili-  
tè; sed inclinatur ad fidem recipiendam; & Deus illi auxilium præbebit, ut fidei actum eliciat; & eo adveniente auxilio, opinatio cessabit.

Adverte tamen, quod probabilitas maior, vel minor Infidelis, (qui quidem positivè talis est, ut potè iam de fide notitiam habens) oritur ex errore vincibili circa res fidei, quia evidenter sunt credibiles.

494 Non damnatur 1. affirmare, quod ab infidelitate excusabitur Infidelis, qui nostram non amplectitur fidem, ductus ab opinione, quam iudicat, & ut probabilem tenet: nam damnata propositio dicit: *Quod non excusabitur, ductus ab opinione minus probabili.* Torrec. hic, num. 3.


495 Non damnatur 2. quod posuit inter Infideles dari invincibilis ignorantia mysteriorum fidei, ut communis fert sententia, teste Magistr. Ioanne de Prado, tom. 1. Theologiae Moral. cap. 2. quæst. 12. num. 14. & consensus con-

conformis has exponentium propositiones.

496 3. Non damnatur asserere, quod infidelitas negativa (quæ quidem est non habere fidem, eo quod ad notitiam non creditis, minimè pervenit) non est peccatum: unde ille, qui invincibili-  
tè, Evangelium ignorans, le-  
gem naturalem servaret: et si abs-  
que fide salvari non posset, non  
deficeret ei Divina Providentia,  
quæ eum aliquo medio instrueret.  
Ita D. Thom. 1. 2. quæst. 10.  
artic. 1.

497 4. Non damnatur opinio affirmans: Infidelem non esse obligatum credere cuicumque prædicanti, nisi miraculis, aut talibus rationibus prædicata confirmet, quod prudentem assensum generet. Ita Villalob. tom. 2. tra-  
ctat. 1. difficult. 8. num. 4. & com-  
munitè.

5. Non damnatur asserere, quod quando circà articulum fidei duo militant opiniones contrariae, pos-  
sit quis minus probabilem amplecti. Quod est valde diversum à præsenti damnatione; ita Magist. Hozes, num. 1. sed Patr. Torre-  
cill. num. 11. displicet hoc  
in præcepto periculum errandi.



## QUINTA PROPOSITIO.

*NON AVDEMVS DAMNARE de mortali eum, qui actum dilectionis Dei semel tantum in vita eliceret. Damnata.*

## SEXTA PROPOSITIO.

*PROBABLE EST, NE SINGULIS QUIDEM RIGOROSÈ QUINTUENNIS PER SE OBLIGARE PRÆCEPTUM CHARITATIS. Damnata.*

## SEPTIMA PROPOSITIO.

*TUNC SOLVM OBLIGAT, quando tenemur iustificari, & non habemus aliam viam, qua iustificari possumus.*

Damnata.

## EXPLANATIO.

498 **S**entiendum est, quod adimpleti charita-  
tis Dei per ipsius amorem, non potest absque lethali culpa differri ultra quinquen-  
nium, quia ita declaratur in præ-  
senti damnatione: nam absurdissi-  
mum est, Catholicum cuius sco-  
pus sunt tres Theologicæ virtutes,  
quarum maior est charitas; ita ex-  
iguam obligationem habere in  
amando Deum.

Certissima est obligatio amoris  
Dei; sed incertissimum quando executioni mandandum. Sed cur Ecclesia Sancta, sicut præcipit, seu declaravit tempus, quo adimplen-  
du m

voluptatem; peccatum est, et si valetudini non obsit, quia ita ab Innocent. declaratur, nam est inordinatio brutalis: ergo peccatum.

Advertendum tamen 1. quod solum est veniale ex genere suo: nam omnia peccata, quæ ex genere suo non opponuntur charitati Dei, proprie, vel proximi, non sunt ex ipsorum genere lethalia: & huiusmodi sunt peccata contra sobrietatem, vel temperantiam in edendo. Si autem cibus, vel potus nimius sumatur, prævidendo, vel parvipendendo, quod graviter valetudini obsint, erit lethale: quia iam induit aliud genus peccati, nimium, contra propriam charitatem; vide infra propositionem 52. num. 847. vbi explicatur. Et idem, quando in illis ultimus finis apponatur, quod tunc fit, cum intemperantes parati sunt potius Deum graviter offendere, quam relinquere intemperantiam.

506 Advertendum 2. quod edere, vel bibere usque ad satietatem absque prævisione damni; et si non ob voluptatem, communiter etiam erit veniale; quia ratione finis honestus, in tali excusu dari potest.

Non damnatur hic: 1. quod si ob voluptatem, non tamen usque ad satietatem, sumatur cibus, aut potus, possit vagari sub opinione, an sit licitum?

507 2. Quod pro salute attendenda possit quis de consilio Medici edere ad vomitum.

Ad vero provocare ad vomi-

tum, vt iterum gulosè sumatur cibus, mortali iudicant aliqui, etiam præciso quolibet damno, quia est inordinatissima gula, vt ait Doctor Hebas.

508 3. Non damnatur opinio affirmans contra D. Thom. dari actiones indifferentes in individuo: ex quibus una est comedere, & bibere, ob delectationem gustus, sicut & alii sensus iuste fruuntur suis actibus ob eorum delectationem; vt visus videre pulchra, auditus audire consonantia, olfatus suavia olfacere, &c. & timorati nullum in hoc efformant scrupulum.

509 Dices: huiusmodi operatio est brutalis, ut potè non rationalis, & virtuosa. Responderet Lumbier hic, num. 1801. quod ita operari, provenit ex gradu communi bestie, & est quid indiferens, nisi interponatur præceptum vetans operationem ob delectationem moderatam; vt Adamo, qui prohibitus fuit comedere de ligno scientiæ boni, & malis vide Lumbier, & Torrecilla in praesent.

#### NONA PROPOSITIO.

OPVS CONIVGII OB SOLAM  
voluptatem exercitum, omni peni-  
tus caret culpa, ac defectu ve-  
niali. Damnata.

#### EXPLANATIO.

510 Sentiendum est, quod  
vitus matrimonii ha-  
bitus ob solam voluptatem, non

ca-

caret culpa veniali, quia ita declarat Innocent.

Non damnatur hic afferere, quod si apponatur simul cum fine voluptatis, alias finis honestus, vt procreatio prolis, qui est finis primarius prædicti usus, vel sedatio concupiscentiæ, qui est secundarius, vel conciliatio, aut fomentum, aut ostensio amicitiæ cum coniuge, vel sanitas alterutrius, nullum erit peccatum, quia non est ob solam voluptatem; ita Lumbier, Torrecill. & alii DD. Veniale tamen iudico, apponere præcisè fines omnino extrinsecos, vt commodum temporale; quia dissimum videtur naturæ; vide Cursus Moral. tom. 2. tract. 9. cap. 15. punct. 5. num. 55. & 56.

511 Nota cum Filgueir. hic, quod plures sunt fines, quos copula inter coniuges potest habere; primus est bonus proles, ad ipsam, scilicet, propagandam, ad Dei cultum, conservandamque speciem; secundus bonus fidei, qui consistit in debito reddendo, & fide servanda; tertius bonus Sacramenti ad significandam indissolubilem unionem cum natura humana, vel cum Ecclesia; quartus sanitas corporis mentis, vel restauranda; quintus vitatio fornicationis; sextus, & ultimus ob solam voluptatem, & delectationem. Hucusque Filgueir.

512 In duabus ergo primis finibus peccatum non commitit, certum est. De aliis tribus opiniones dantur contraria; & negantes dari peccatum veniale, non com-

prehenduntur in hac damnatione. De quo vide Filgueir. hic. Sextus finis damnatur in presenti, quod sit licitus.

Excusabuntur tamen coniuges exercentes copulam ob solam voluptatem: primò, ob ignorantiam invincibilem, quod in tali motivo detur culpa, quod frequenter dari potest: Secundo, si delectatio in copula sumitur vt applicatio ad usum matrimonii; & sic solum erit motivum secundarium, & non solum, sic Torrec. num. 11. & 12.

513 Nota hic, quod licet Reverend. P. Torrecill. num. 8. relinquit indecsum: an manet hic damnata opinio, quam refert Moya, tom. 1. tract. 6. disp. 2. quæst. 3. §. 2. num. 10. & 11. affirmans, quod actus coniugalis solum erit peccatum, quando ob nimiam delectationem exercetur, non si ob ordinariam, quæ præfert carnalis copula; & quod, ait ipse, hæc sententia loquitur cum moderamine, & limitatione. Ego tamen, de licentia tanti Magistri, iudico omnino comprehensam esse in damnatione; quia ea nimia delectatio, quam exigunt Authores illius sententia, vt in ea peccatum agnoscant, est ampliatio damnatae propositionis; & sic absque illa manet in sua completa, & rigorosa significatione hæc damnata propositio, vt considerantipatebit.

(?\*) \$ (?\*)

DE.

## DECIMA PROPOSITIO.

**NON TENEMVR PROXIMVM**  
diligere actu interno, & formaliter.  
Damnata.

## VNDECIMA PROPOSITIO.

**PRÆCEPTO PROXIMVM**  
diligentii satisfacere possumus  
per solos actus externos.  
Damnata.

## EXPLANATIO.

**514** **S**entiendum est, quod non adimpletur præceptum de diligendo proximum per actos pure externos, sed debet fieri per interiorem actum amoris; quia ita declaratur ab Innocent. in his damnationibus. Ratio est: quia dilectio formalis est actus voluntatis, unde si iste deficit, et si sublevetur pauper, vestiatur nudus, &c. non adimpletur hoc præceptum.

**515** Probatur ex Matthaei 22. **Diliges Dominum Deum tuum ex corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua.** Hoc est maximum, & primum mandatum: secundum autem simile est huic: **Diligis proximum tuum sicut te ipsum.** Si tenemur Deum actu interno, & formaliter diligere, ita ergo & proximum; quia præceptum de amore proximi simile est præcepto de diligendo Deum. Et quamvis amor proximi non pateat proximo, sicut amor Dei est Deo

patens, excitat per se ad illi bene faciendum, & est quædam interior affirmatio proximi, seu ut ait Filgueir. reverentia interior, quam interius præstare proximo teneamur, propter capacitatem, quam ad beatitudinem habet.

**516** Advertendum 1. esse circa proximum (qui intelligitur quilibet homo, quamvis Gentilis, & Iudeus) duplicum de hac re præceptum, alterum positivum, negativum alterum; negativum obligat semper, & pro semper; quia est de non odiendo proximum, siue abominando, sive malevolendo illum.

Positivum autem præcipit actum dilectionis ad quem obligatur homo; & quamvis tempus non determinetur, intra biennium, asserit Torrecill. hic, obligare. Non tamen requiritur, quod prædictus amor ad quemlibet in particulari ordinetur, sed sufficit, quod omnibus in communi, obtetur beatitudo. Et quod sit homo paratus succurrere proximo in aliquibus necessitatibus, tum extremis, & hoc de bonis statui necessariis, tum gravibus, & hoc de superfluis statui, tum communibus, etiam ex superfluo; & hoc ultimum, non communiter, sed aliquando iuxta dicenda sequenti proposit. Vide Toletum, lib. 4. c. 10. & Busemb. lib. 2. tract. 3. c. 3.

Advertendum 2. quod etiam obligat amor proximi, quando virget tentatio de odiendo illum, & non suspetit aliud medium illum vincendi.

Non

**517** Non damnatur hic asseverare, quod semel tantum in vita, vel in quinquennio tenemur proximum amare; quia hoc solum damnatur, loquendo de amore Dei. Corella, num. 45. Torrecill. num. 4. sed tu dicta tene.

**518** In ultimo notabis cum Magistr. Hozes, num. 17. quod circa hoc præceptum dari frequentè potest invincibilis ignorantia propter diversitatem opinionum circa hoc, & difficultatem assignandi tempus obligacionis; & ait num. 21. quod ille, qui hoc præceptum advertens, non experitur in se quid charitati contrarium, sed potius animi præparationem, inclinationemque succurrendi proximum, cum illi necessarium foret, persuasus manere potest, se huic satisfecisse præcepto, cum talis inclinatio ex charitatis actu procedat.

## DVODECIMA PROPOSITIO.

**VIX IN SECULARIBVS**  
invenies, etiam in Regibus, superfluum statui; & ita vix aliquis tenetur ad eleemosinam, quando teneatur tantum ex superfluo statut.

Damnata.

## EXPLANATIO.

**519** Supponendum, quod temporalia bona sunt in triplici differentia; alia sunt necessaria sustentationi vitæ, alia ut conservetur status, & alia superflua, id est, neque vita, neque statui necessaria.

Supponendum insuper, triplicem etiam esse necessitatem, extremam, gravem, & communem; de quo videri potest Cursus Moralis, tom. 3. tract. 13. cap. 8. punct. 3. à num. 30.

**520** Sentiendum est, falsum esse, quod vix aliquis tenetur ad eleemosinam, quando tenetur tantum ex superfluo statui; quia falsum est antecedens prædicta propositionis damnatae, nimirum, quod vix in secularibus non inveniatur aliquid statui superfluum, experientia testante, quia ita declarat Innocent.

**521** Et licet propositio damnata, videatur supponere, quod ex superfluis statui sit obligatio erogandi eleemosinam; destruit tamen suppositionem, evertendo materiam eleemosinæ, videlicet non dari bona superflua, quod falsoissimum est, cum non solum Regibus, & Titulatis, & Nobilibus, quam plurimis, sunt bona superflua, sive in vestibus, sive in thecis, sive ad vanam ostentationem; verum & mechanicis, vt experientia patet.

Nec effugium pro negandis superfluis, nimirum, quod licet pro præsenti statu sint plura superflua, non tamen pro alio novo acquirendo valet; quia satis ridicula, & ambitiosa cogitatio est, & impugnatur à Moya, tom. 1. tract. 6. §. 4. num. 13. vide illum.

**522** Advertendum tamen, quod cum damnata propositio circa nullam necessitatem obligacionem ponat, videtur in rigore

H. dam-

damnatio servari, afferendo esse solum obligationem gravem erogandi eleemosinam extremè indigenti ex superfluo statui, & in alijs necessitatibus sub veniali. Vnde.

Non videntur damnari opiniones afferentes: tūm solum esse veniale non erogare eleemosinam in communibus necessitatibus; ita Granados, vt videri est apud Dianam, 5. part. tract. 8. resp. 17. tūm, quod obligatio ad eleemosinam solum est respondebit extremè indigentis, & ex superfluo statui; vt tradit Hozes hic, num. 11. & 32. in fine; vide Palauum, tom. 1. tract. 6. de charit. disp. 2. punct. 2. in fine, & num. 6. Sed licet tales opiniones non damnantur hic, Christiana pietas illas condemnat, & sic sequentes resolutiones pono.

523 Dico 1. quod extremè indigenti succurrendum est sub gravi obligatione de necessarijs statui, & cum gravi illius detimento; non tamen si omnino statui deiiciendus esset; ita Suarez de charitat. disput. 7. sect. 4. num. 3. & 4. & Dian. tract. 8. resp. 7.

Dico 2. quod est obligatio sub letali culpa subveniendi proximum in gravi necessitate de superfluis naturæ, & statui, si alias non subveniat. Diana 5. part. tract. 8. ref. 14. Non tamen obligatur homo ad inquirendas graves necessitates; & afferit Lefsius, lib. 2. cap. 19. dub. 1. quod adimpletur prædicta obligatio mutuando.

524 Et nota hic cum Lumbier,

num. 1807. non esse idem decencia status, ac faustum, & vano ostentatio status; & pro decentia status plurima superfluunt; pro fausto nihil est satis, sed nec sufficit pro aliquorum vanitate explenda; & ista omnino releganda, nullamque excusationem coram Deo præstabit pro denegata egenitibus eleemosina.

525 Dico 3. quod in communibus necessitatibus, quales patiuntur pauperes ostiatim petentes, sufficit aliquando eleemosinam præbere ex superfluo statui, vel pauperibus, vel alijs piis operibus; ita Busemb. lib. 2. tract. 3. cap. 3. §. resp. 4. num. 2.

Advertendum, quod licet Confessor adhortari debeat divitibus, vt eleemosinam largiantur, non tamen deneganda illis est absolutio, nisi parati sint non succurrere proximo extremè indigenti, ex superfluis, ob varietatem opinionum; vide Diana, resol. 41.

526 Sed advertant Ecclesiastici strictiorem esse in illis obligationem elargiendi eleemosinam ex superfluis status; nam bona Christi, & Ecclesiæ sunt, quæ ex Beneficijs Ecclesiasticis possident, & ex eius voluntate pauperibus debentur, quæ superant victimum, & decentiam prudentem, & moderatam; & si pauperibus manus claudunt, timeant, ne illis Coelorum ianua obserata sit; severissimumque Iudicem experientur. Magistr. Hozes

hic,

DE-

### DECIMA TERTIA propositio.

**SIC VIM DEBITA MODERATIONE** facias, potes absque peccato mortali de vita alicuius tristari, & de illius morte naturali gaudere, item in efficaci affectu petere, & desiderare, non quidem ex displicencia personæ, sed ob aliquod temporale emolumentum.

Damnata.

### DECIMA QVARTA propositio.

**LICITVM EST ABSOLVTO** desiderio cupere mortem patris, non quidem ut malum patris, sed ut bonum cupientis, quia nimis ei obventura est pinguis hæreditatis. Damnata.

### EXPLANATIO.

527 **S**Entendum est, esse mortale peccatum, (ut potè materia gravis) voluntarie tristari de vita patris, seu alterius, vel de eius morte gaudere, aut illam, et si inefficaciter desiderare; quamvis non propter displicentiam personæ, sed propter aliquod emolumentum temporale: quia ita declarat Innocent. contrarium damnans. Nam inordinatio gravis contra charitatem, est plus aestimare temporale emolumentum, quam proximi vitam; insuper & contra pietatem, si patri desideretur.

528 Et nota cum Lumbier, num. 1808. quod odium est affectus, quo quis malum proximo desiderat, vel vult propter displicentiam personæ, & est odium inimicitia, ad differentiam odii abominationis, quo abominatur, & odit malum personæ, vel ipsam personam malam, eo quod mala sit: vt aiebat David Psalm. 118. Iniquos odio habui. Illud prius odium, malum, & contra charitatem est; hoc secundum ex bono oritur zelo, & bonum est, opusque perfectum; perfecto odio oderam illos: & sèpè in hominibus pijs datur, & vt talis est, nunquam ad personam secundum se transire debet.

529 Non damnatur hic i. desiderare, vel gaudere de alterius morte propter bonum superioris ordinis, quam illius vita, inspectis circumstantijs: quia isti affectus sunt ordinati.

Vnde infero cum Torrecilla hic, 1. impres. à num. 11. & Corolla in present. 8. impres. à num. 53. quod est licitum: i. desiderare simplici desiderio mortem hominis moribus depravati: tūm, vt Deus ab illo non offendatur: tūm, vt aliorum ruinam non causet.

530 Nota, quod desiderium mortis proximi, aliud est inefficax, alterum efficax; inefficax, quamvis pro objecto mortem habeat, non tamen ponit media ad illam; efficax autem parat media, & ad executionem reducit; hoc secundum semper est malum ( nisi pro

justitiae Ministro) &c vt tale sit, sufficit aliquod medium ponere, seu executioni mandare, et si mors non sequatur, nec media prosequantur.

2. Erit licitum desiderare iustitiae zelo, vt de medio tollantur scandali.

531 3. Licitum est, simplici desiderio cupere mortem filii, aut filiae, vt si filius ad poenam publicae flagellationis, vel suspendii damnatus esset: tum ne paret familiæ dedecus: tum, si à parentibus timetur, filiam futuram in honestam, ob defectum dotis.

4. Cum Torrecilla, num. 6. licitum est, aliquem sibi mortem simplici affectu desiderare, divinæ voluntati se conformando, vt evitet gravem, vel prolixam infirmitatem, vel diuturnos labores, seu afflictiones, quæ satis gravant animam, & iudicium prudens morte maiora mala ea reputat. Ita Ioannes Sanchez in select. disp. 2. num. 9. Dian. 5. part. tract. 14. ref. 92.

Sed non ideò excusantur à mortali mulierculæ sibi mortem optantes ob levia mala, nisi aut ex indeliberatione, aut quia non verè desiderant, quod in plurimum accidit. Enriquez August. Summ. sect. 7. quæst. 14.

532 Non damnatur 2. desiderare aliquod emolumendum, aut de eo gaudere, absque respectu, vel dependentia à morte alterius. Vnde.

Infero 1. quod est licitum cupere illa bona, quæ absque alte-

rius morte evenire mihi possent, licet frequentè ex morte proveniant, dummodo absque respectu ad alterius mortem optentur, vt hereditas, quæ ante mortem donari potest; ita Corella, numer. 55.

533 Si autem utilitas temporalis obtineri nequit, nisi morte proximi interveniente, v. g. coadiutor, qui præbendam acquirere non potest, nisi præcedat Præbendati mors, vel Clericus, qui Beneficium consequi non vallet, nisi de medio Beneficiatus tollatur; nequeunt in his circumstantijs esse licita desideria inefficacia, nec gaudium talis effectus optanti, quin saltim indirectè mors pro obiecto habeatur, vt potest sine illa non est consequendus. Tamén etiam in tali casu, si mors intellectui non occurrat, sed præcise utilitas temporalis, non est damnandum desiderium in Præbendam, aut Beneficium. Corella hic, num. 55. insuper desiderare indifferentè Beneficium aliquod vagè, licitum est: quia non fit cum respectu determinatio ad mortem.

534 2. Licitè quis gaudere potest de bono per mortem acquisito, absque consideratione, vel respectu ad mortem: nam optimè componi potest, quod aliquis doleat de proximi damno, & quod alias gaudeat de effectu sibi bono ex illo sequuto; ita Hozes hic, numer. 8.

535 Advertendum hic, quod desideria conditionata, si de rebus

bus non intrinsecè malis sint, et si clarat hic Innocent. & peccatum non solum contra charitatem, & iustitiam ( sicut esset, si respectu cuiuslibet alterius accidisset ) sed etiam contra pietatem, quæ patri debetur; vide dicta num. 529. & 534.

537 Notare debes, quod parricidium in ebrietate factum, potest esse, vel absque advertentia, quod tale evenire posset, vel cum prævisione illius, aut saltem periculi, seu cum timore, quod contingere; quin præceptio aliqua adhibeat; si primo modo, non est peccatum in se; si secundo modo, parricidium in ebrietate factum est peccatum in se; & non solum materialiter, sed etiam formaliter; quia sufficit ad illius voluntarietatem, quod prævisum fuerit in causa, hoc est, in ebrietate advertenter contracta, de quo videbis Lorcam, tom. 1. in 1. 2. disp. 32. membr. 2. & propositio damnata, sive supponat peccatum parricidium, sive non; damnata est; quia tale gaudium est malum intrinsecè, ut potest adversus naturalem reverentiam, & amorem patri debitum.

Non damnatur hic 1. gaudere, de praedicta occisione inculpabilitè facta, ob superiora motiva, quam bonum vita patris, iuxta dicta à num. 529.

538 De homicidio voluntarie, culpabilitè factum (& idem dico de quolibet alio peccato) non est licitum gaudere, v. g. delectari de homicidio, propter communitatem, vel utilitatem, nunquam

## EXPLANATIO.

536 **S**entiendum est, esse peccatum (grave, quia materia gravis) filium gaudere de occisione patris à se facta in ebrietate, propter divitias ingentes ex ea in hereditate consequutas; quia ita de-

justitiae Ministro) &c vt tale sit, sufficit aliquod medium ponere, seu executioni mandare, et si mors non sequatur, nec media prosequantur.

2. Erit licitum desiderare iustitiae zelo, vt de medio tollantur scandali.

531 3. Licitum est, simplici desiderio cupere mortem filii, aut filiae, vt si filius ad poenam publicae flagellationis, vel suspendii damnatus esset: tum ne paret familiæ dedecus: tum, si à parentibus timetur, filiam futuram in honestam, ob defectum dotis.

4. Cum Torrecilla, num. 6. licitum est, aliquem sibi mortem simplici affectu desiderare, divinæ voluntati se conformando, vt evitet gravem, vel prolixam infirmitatem, vel diuturnos labores, seu afflictiones, quæ satis gravant animam, & iudicium prudens morte maiora mala ea reputat. Ita Ioannes Sanchez in select. disp. 2. num. 9. Dian. 5. part. tract. 14. ref. 92.

Sed non ideò excusantur à mortali mulierculæ sibi mortem optantes ob levia mala, nisi aut ex indeliberatione, aut quia non verè desiderant, quod in plurimum accidit. Enriquez August. Summ. sect. 7. quæst. 14.

532 Non damnatur 2. desiderare aliquod emolumendum, aut de eo gaudere, absque respectu, vel dependentia à morte alterius. Vnde.

Infero 1. quod est licitum cupere illa bona, quæ absque alte-

rius morte evenire mihi possent, licet frequentè ex morte proveniant, dummodo absque respectu ad alterius mortem optentur, vt hereditas, quæ ante mortem donari potest; ita Corella, numer. 55.

533 Si autem utilitas temporalis obtineri nequit, nisi morte proximi interveniente, v. g. coadiutor, qui præbendam acquirere non potest, nisi præcedat Præbendati mors, vel Clericus, qui Beneficium consequi non vallet, nisi de medio Beneficiatus tollatur; nequeunt in his circumstantijs esse licita desideria inefficacia, nec gaudium talis effectus optanti, quin saltim indirectè mors pro obiecto habeatur, vt potest sine illa non est consequendus. Tamén etiam in tali casu, si mors intellectui non occurrat, sed præcise utilitas temporalis, non est damnandum desiderium in Præbendam, aut Beneficium. Corella hic, num. 55. insuper desiderare indifferentè Beneficium aliquod vagè, licitum est: quia non fit cum respectu determinatio ad mortem.

534 2. Licitè quis gaudere potest de bono per mortem acquisito, absque consideratione, vel respectu ad mortem: nam optimè componi potest, quod aliquis doleat de proximi damno, & quod alias gaudeat de effectu sibi bono ex illo sequuto; ita Hozes hic, numer. 8.

535 Advertendum hic, quod desideria conditionata, si de rebus

bus non intrinsecè malis sint, et si clarat hic Innocent. & peccatum non solum contra charitatem, & iustitiam ( sicut esset, si respectu cuiuslibet alterius accidisset ) sed etiam contra pietatem, quæ patri debetur; vide dicta num. 529. & 534.

537 Notare debes, quod parricidium in ebrietate factum, potest esse, vel absque advertentia, quod tale evenire posset, vel cum prævisione illius, aut saltem periculi, seu cum timore, quod contingere; quin præceptio aliqua adhibeat; si primo modo, non est peccatum in se; si secundo modo, parricidium in ebrietate factum est peccatum in se; & non solum materialiter, sed etiam formaliter; quia sufficit ad illius voluntarietatem, quod prævisum fuerit in causa, hoc est, in ebrietate advertenter contracta, de quo videbis Lorcam, tom. 1. in 1. 2. disp. 32. membr. 2. & propositio damnata, sive supponat peccatum parricidium, sive non; damnata est; quia tale gaudium est malum intrinsecè, ut potest adversus naturalem reverentiam, & amorem patri debitum.

Non damnatur hic 1. gaudere, de praedicta occisione inculpabilitè facta, ob superiora motiva, quam bonum vita patris, iuxta dicta à num. 529.

538 De homicidio voluntarie, culpabilitè factum (& idem dico de quolibet alio peccato) non est licitum gaudere, v. g. delectari de homicidio, propter communitatem, vel utilitatem, nunquam

## EXPLANATIO.

536 **S**entiendum est, esse peccatum (grave, quia materia gravis) filium gaudere de occisione patris à se facta in ebrietate, propter divitias ingentes ex ea in hereditate consequutas; quia ita de-

& alios in articulo mortis; sed hoc negat Filgueir. citatus, cum Aragon, Thom. Sanch. & Granados, 6. in casu sequentis propositionis damnatae.

547 Per accidens autem obligat ad actum fidei saltem implicitam: 1. cum Sacramentum aliquod recipitur: *Quia accedentem ad Deum per illud oportet credere: quod est, & quia inquirentibus eum remunerator est:* 2. cum obligamur ad contritionis actum eliciendum: nam tunc credere debemus, Deum posse, peccata dimittere; sed in his casibus communitate datur fides implicita, & spes Theologica, qua speramus veniam peccatorum, & gratiam. Notandum tamen est, nunquam peccari contra fidem, omittendo eius actum, nisi quando per se obligat.

548 3. Cum actus spei, & charitatis obligamur elicere; quia sine fide nequit spes exerceri, nam fides est *Substantia sperandarum rerum;* & charitas est amor amicitiae Dei qui creditur summe bonus: 4. cum instat praeceptum orandi, quia credere debemus Deum posse nobis concedere, quod ei petimus: 5. quando instat tentatio contra castitatem, aut patientiam, aut alias virtutes; iusta illud Petri 1. cap. 5. *Cui resistite fortes in fide.*

549 Advertant Confessores, ne fint cum poenitentibus scrupulosi in inquirendo, an hoc praeceptum adimpleverint; quia raro in illo deficiunt fideles, cum tot excitamenta habeant, ut actus fi-

dei, spei, & charitatis eliciant, iam adorando Eucharistiam, iam se confitendo, iam recitando fidei symbolum; & sufficiet quod a poenitentibus exquirant, an se accusent, si contra Theologicas virtutes delinquerint?

### DECIMA OCTAVA propositio.

*SI A POTESTATE PUBLICA  
quis interrogetur, fidem ingenua  
confiteri, ut Deo, & fidei glorio-  
sum consulo, tacere ut pecca-  
minosum per se non damno.*

Damnata.

### E X P L A N A T I O :

550 **S**entiendum est, quod fidelis interrogatus à publica potestate, (videlicet Magistratu, vel alio iudice) de fide, graviter peccat, si illam exterius non fareatur; quia ita declarat Innocent. dum contrarium assensum damnat.

551 Et supponendum, quod praeceptum fidei, ut dixi num. 544. negativum, & affirmativum est. Quatenus negativum, non solum obligat ad non credendum, seu assentiendum quid contra fidem, sed etiam ad eam exterius non negandam: & obligat semper, & pro semper. Quatenus affirmativum, infert obligationem, ut credamus fidei mysteria interius, & insuper ad exterius fatenda cum necessum sit: vnde in dupli casu, ait D. Thom. 2. 2. quæst. 3. art. 3.

ci-

Citatus à Toleto Summ. lib. 4. cap. 3. datur obligatio ad exterius fatendam fidem: 1. quotiescumque subtraheretur Deo debitus honor, non fatendo illam, aut accresceret singularis exaltatio, illam fatendo: 2. si tacendo, scandalum aliis pararetur; vide Laim. leg. 2. titul. 1. cap. 11. num. 2. & ex his regulandi sunt plures casus.

552 Non damnatur hic 1. tacere, si non à potestate publica de fide aliquis interrogetur; vel respondere illi potest, quid ad te attinet? Vel etsi à potestate publica, ait Doctor Hebas, interrogatur, non tamen in odium fidei, neque ut iudice, agendo de fide; & addo, neque cum circumstantiis numeri præcedentis.

Vnde, si quis interrogetur, etiam à publica potestate, an sit Christianus? Et talis interrogatio non sit inquisitio de fide, seu de Christiana Religione, sed de natione, ut accidit in bello contra Infideles, negare potest, se esse Christianum; quia in tali casu fidelis non negat, sed se esse illius nationis, quæ illis inimica est; ita Sanchez in Decalog. lib. 2. cap. 4. num. 8. cum aliis. Afferitque hic Torrecilla, non damnari in hac propositione.

553 Et ait Machado, tom. 1. lib. 2. p. 2. tract. 2. document. 5. num. 6. cum Sanchez, Filiuc. & Bonacini. non peccare contra exterioram fidei confessionem, qui ob metum mortis, vel alterius gravis damni non portat signum

protestativum fidei, contra editum Tyranni, qui ut Catholicis ab Hereticis distinguantur tale signum gestare iubet. Quod hic non damnari, affirmat Torrecilla, numer. 12. nam iste non est interrogatus specialiter, nec fidem exteriorius negat, sed occultat.

554 2. Non damnatur, fugere cum non interrogatur, cum & ipsa fuga fidei sit protestatio.

3. Occultare fidem, fingendo se nationis Infidelis, loquela, habitu, aut alio signo indifferenti; dummodo non portet, vel ostentet aliquod signum protestativum infidelitatis, ut est apud Iudeos ordinatum summi Sacerdotis, & apud Saracenos imago Mahometis, vel Luna; ita Petrus Ledesm. tract. 1. cap. 4. concl. 7. & 8. & Sanch. Summ. tom. 1. lib. 2. cap. num. 11. & 19.

555 Et num. 8. assertit probabiliter cum Adriano, Valentia, & aliis, quod exploratores, vulgo, Epias, qui vagantur pro Christianis Regibus in terris Infidelium, possunt licet propter commune bonum Religionis, fingere Turcos, aut Hereticos; & vt tales assistere Templis, eorumque vilibus vti; aliquique signis protestativis falsæ sectæ; dummodo scandalum vitetur, nec instet præceptum exterioris confessionis fidei. Et ratio cur dicta sententia in praesenti damnari non videatur est: quia in his circumstantiis non interrogatur fidelis: sed ego eam non admitto, sed contrariam, quæ communij calculo negat. Quamvis

licet; sicut non licet delectari de furto, ob eleemosinam ex eo clarigitam. Non prohibetur tamen gaudere de effectu subsequito, videlicet, de evasione ab insidiis inimici occisi: quia prohibitum non est, evadere insidias, & succedere in bonis occisi. Aliud vero est delectari de ipso homicidio inimici sub his motivis; hoc enim est lætari de prohibito sub praetextu boni subsequi, quod malum est: sicut delectari de fornicatione propter salutem corporalem. Filgueir. hic.

539 2. Non damnatur gaudere de aliis operibus materialiter malis, & alias peccata, si voluntarie fierent propter aliquem effectum bonum, v.g. de pollutione in somnis, quia saluti, aut castitati congrua; & ad minus de his casibus non loquitur propositio, sed tantum de parricidio: quia contra reverentiam, & amorem patri debitum; ita Torrecill. num. 3.

540 3. Non damnatur complacere de transgressione præcepti humani absque culpa, ob inadvertentiam, aut ignorantiam, v.g. qui non advertit in die vigesima octava Iunii esse Vigiliam Ss. Apostol. Petri, & Pauli, & carnes comedit, & postquam advertit, gavisus est de carnis comedione, non quia prohibita, sed quatenus corpori profqua; ita sentit Sanch. in Summ. lib. 1. cap. 1. num. 16. cum Paludan. & aliis, sic Corella hic, num. 58.

Vide Basiliūm Pontium de matrimon. lib. 10. cap. 16. §. 1. 2.

& 3. vbi quasdam apponit regulas ad dignoscendas in qualibet materia licitas, aut illicitas delectationes morosas; vide etiam illum, cap. 13. num. 7.

541 Advertendum cum Lumbierio hic, 2. in pres. num. 199. quod licet tres iste ultimae propositiones de affectibus pure interioribus loquantur: tamen, qui eas practicaberit, Innocentii præceptum franget, iuxta dicta inadvertentiis initio positis, num. 4. quia licet, ut fert communis opinio, actus pure internos, nec præcipi, nec prohiberi, nec puniri possunt, vt tradit Suarez de legibus, lib. 3. cap. 13. & lib. 4. cap. 12. & Salas de legibus, disp. 9. sect. 1. num. 30. tamen practicare in his affectibus tales opiniones, modo dicto in advertentiis, num. 6. non est pure interius, supposita condemnatione, quæ quid exterius est, à qua prædictæ opiniones ut condemnatae pendent.

#### DECIMA SEXTA.

propositio.

*FIDES NON CENSET VR  
cadere sub præcepto speciale, O se-  
cundum se, Damnata.*

#### DECIMA SEPTIMA

propositio.

*SATIS EST, ACTVM  
fidei semel in vita elicere.*

Damnata.

#### EXPLANATIO.

542 **S**entiendum est, dari præceptum de elicienda fide; & quod ad illius adimplectionem non sufficit

#### Propositio Decima septima.

cit semel in vita actum fidei elicere, quia ita declarat Innocent. in his damnationibus.

543 Constat hæc veritas ex scriptura: nam Marci ultim. dicitur: *Qui non crediderit, condemnabitur.* Et ad Hebreos 10. *Iustus ex fide vivit, quod si substraxerit se, non placebit anima sue.* Et 1. Ioannis, cap. 3. *Hoc est mandatum eius, ut credamus in nomine filii eius.* Et idèo Suarez de fide, disp. 13. sect. 1. num. 2. dixit, hoc esse certum secundum fidem, & probatur: quia fides est necessaria necessitate medii ad salutem; sed homo tenetur ex præcepto, quantum in se est, ad ponendum id, quod est necessarium ad salutem: ergo tenetur ex præcepto ad credendum; ita Filgueir. in præsent.

544 Advertendum est, quod fidei præceptum, tam negativum, quam positivum est. Quatenus negativum, prohibet semper, & pro semper negare voluntarie fidem, & etiam opinativè de illa sentire, non solum interius; verum & præcisè exterius negantem, vel de illa opinantem se ostendere: insuper prohibet de illa negativè dubitare. Primum erit haereticus, si fiat pertinaci, & interiori assensu: Secundum, nimis dubitatio negativa, et si grave contra fidem peccatum, sub opinione fertur, an sit haeresis? Negat Canus, lib. 12. de locis, 4. Theolog. cap. 9. column. 9. quia negative dubius suspensus manet abique actu, & haeresis est actus; quia error intellectus est; vide no-

strum Cursum Moral. tom. 2. tract. 10. cap. 4. punct. 4. numer. 56.

545 Quatenus tale præceptum positivum est, obligat, tūm per se, tūm per accidens; per se autem obligat, 1. adulto, sufficienter proposita fide, & eius mysteriis. An autem infundatur illi habitus fidei ante infusionem gratiae acquisitæ per Baptismum, aut contritionem? Gravis controversia est, affirmant Suar. 3. part. disp. 28. sect. 3. & alii. Sed negat communis opinio cum D. Thom. 3. part. quæst. 85. artic. 5. vt videri est apud Lugum de fide divina, disp. 12. sect. 2. à num. 14. insuper obligat puer baptizatō ad usum rationis pervenienti, nisi ex ignorantia, aut si non est satis instructus, excusat, vt ait Villalob. tom. 2. tract. 1. dñic. 2. num. 2. & 3. & Filgueir. proposit. 1. Alexand. dub. 1.

546 2. Obligat præceptum fidei ad aliqua fidei mysteria edicenda: 3. ad eliciendos in vita aliquos ipsius actus: & licet ex via damnationis non declaretur plus obligationis, quam talis, qualis repetitio; non tamen per quamcumque fiet satis præcepto; & iudico cum Hurtado de Mendoza, 2. 2. disp. 93. §. 5. semel in anno obligare; & Torrecill. hic, num. 13. iudicat, quod semel in triennio: 4. quando vrget gravis contra fidem tentatio, si alio modo vinci non potest: 5. iuxta Valentiam, 2. 2. disp. 1. quæst. 2. punct. 5. & Hurtado de Mendoza citat.

vis aliquam speciem probabilitatis præferre videatur: nam etsi non liceat portare signum protestatum falsæ Religionis: tamen in isto casu commune bonum Religionis excusare videtur; sed tu negatum tene.

556 Quod autem communiter visitatur ob gravem causam est, quod transeuntes Catholicci per Infidelium possessiones vtantur vestibus illarum nationum, vt Religionem occultent; sic asserit Caspensis, tom. 1. disput. 3. sect. 7. num. 65. cum Suarez, & Aegidio; ita hæc adducit Torrecill.

4. Nec damnatur, non se præsentare fidelem coram Tyranno, cum per edictum generale omnes ad examen de fide vocantur; sed regula hoc per dicta num. 551. Filgueir. hic.

557 5. Non damnatur asserere, quod si Princeps præcipit, vt omnes assistant in hereticorum, seu aliorum Infidelium Templis audire sermones sub poena mortis, vel amissionis bonorum, aut aliarum similium poenarum, erit licet Catholicis ingredi eorum Templo, & eorum officijs, & sermonibus assistere; dummodo non fiant publica protestatione falsam sectam profitendi, sed tantum obediendi præcepto Regis; ita Machado, num. 7. & Torrecill. citat.



### DECIMA NONA propositio.

**VOLVNTAS NON POTEST**  
efficere, vt assensus fidei in se ipso  
sit magis firmus, quam meratur  
pondus rationum ad  
assensum impellentium.  
Damnata.

### VIGESIMA PROPOSITIO.

**HINC POTEST QVIS PRV-**  
denter repudiare assensum, quem  
habebat supernaturalem.

Damnata.

### E X P L A N A T I O.

558 **S**entiendum est, quod voluntas concurrit per affectionem piam ad hoc, vt intellectus eliciat actum fidei, supposita in illo gratia excitante, & adiuvante; quia ita declarat Innocent. cum damnat opinionem afferentem, non desiderari ad illum talem affectionem.

Dixi, supposita in illo gratia excitante, & adiuvante: nam ad fideli actum supernaturale requiriatur, vt constat ex Concilio Trident. sess. 6. can. 3. & 4. Quæ quidem gratia excitans, & adiuvans est in intellectu per illustrationem, & inspirationem; daturque etiam in voluntate per piam affectionem, qua in bonum illa movetur supernaturaliter.

559 Prima ergo propositio damnata à voluntate tollebat affectionem piam ad fidem, totamque motionem ad illam rationibus attribuebat intellectus. Et quam fal-

falsissimum hoc sit, omnes Theologi, has propositiones exponentes, clare demonstrant ex Ss. PP. nam ideo piam affectionem necessariam iudicant, vt defectum motionis obiecti fidei suppleat, determinando intellectum ad credendum illius mysteria: quia cum ista obscura nobis sint, firmata solum in Divino testimonio, non convincunt intellectum nostrum; & rationes, quæ ad credendum impellunt, reddunt obiectum credibile; non tamen esse verum, demonstrant: vnde necessarium iudicatur, quod voluntatis affectio pia nos obliget ad illi assentendum, vt certo, & vero; ita omnes.

560 Quis dubitet, affectionem piam iuvare maximè, ne dicam impellere ad intellectus assensum faciendum, experientia testante, v.g. in Thomista suam physicam prædeterminationem defendant, & in Iesuita suam medium scientiam adstruente.

561 Et quam necessaria ad fidem sit hæc voluntatis affectio pia, constat ex Scriptura, & Patribus: nam Paulus ad Roman. 1. ait: *Corde enim creditur ad iustitiam.* Vbi nomine *Cordis* voluntas significatur: vt communis Sanctorum Patrum fert interpretatio, & sensus; & Actor. 8. inquit Philipus, *si credis ex toto corde;* id est, *ex tota voluntate;* & D. August. lib. de Prædest. Sanct. cap. 2. dicit: *Cetera potest homo nolens; credere autem non, nisi volens.* Ita Filgueir. in præsent. quem videbis.

562 Qui quidem Author, & cum eo Torrecill. num. 6. iudicant, non damnari hic Scotti sententiam, *de non contra motione voluntatis ad credendum;* id est, quod voluntas negativè se habeat ad actus fidei, & quod sufficit, vt damnata non maneat, quod non contradicat; sed iudico, non fugere notam singularem.

563 Vnde damnata manet vigesima propositio, quæ antecedentis consequens erat; nam supra posita tali pia affectione, imprudentissimum esset, ac grave contra fidem peccatum, repudiare assensum fidei, firmatum Dei revelantis supernaturali motivo, rationibus intellectus firmiori, & à tali affectione ex illo orta, promotum, seu excitatum. Alia quæ circa hoc discuti poterant, ad scholasticos attinet; vide Div. Thom. 1. 2. quæst. 1. art. 4. & quæst. 2. art. 1. 2. & 9. & Lugum de fide Divina, disp. 10. sect. 1. a num. 3. doctè, & eruditè ista tractantem.

### V I G E S I M A P R I M A propositio.

**ASSENSVS FIDEI SVP E R-**  
naturalis, & utilis ad salutem fratrum  
cum notitia solum probabili revelationis; imò cum formidine, qua quis  
formidet, ne non sit Deus locutus. Damnata.

### E X P L A N A T I O.

564 **S**entiendum est, non sufficere ad assensum fidei probabilem tantum no-

titiam revelationis; nec talem assensum stare posse cum formidine de locutione Dei; sed quod requiritur infallibilis certitudo, tum revelationis de mysteriis fidei, tum de eo, quod Deus ea loquitus sit, quod in idem reddit.

565 Ratio est: quia certitudo infallibilis in assensu fidei oritur ex certitudine de revelatione, ac locutione Dei; ut potè in Divina veracitate fundata, tanquam in antecedenti: nam ex præmissis tantum probabilibus, sequi non potest consequens infallibile, cum præmissæ causæ sint consequentis.

566 Confirmatur 1. Nam qui Deo revelanti credit in quolibet mysterio, debet esse paratus mori, potius quam dissentire, ut potè de fide; sed non videtur, quod prudenter ageret, qui potius eligeret mortem, quam dissentire de eo, quod solum probabilitè iudicat ita esse, cum posset contrarium assensum formare; ergo non potest esse de fide id, quod solum probabilitè assentitur, si prudenter, qui credit, pro eo mori non deberet; vide Filgueir.

567 Confirmatur 2. alio inconvenienti: Nam de fide est dari auxilium efficax; sed est probabile, quod phisica prædeterminatione continetur in universalitate auxiliij efficacis: ergo de fide potest quis credere phisicam prædeterminationem, pro eaque mori, quod satis absurdum est, ita Lumbier, num. 1773.

568 Damnata opinio, Capreolo, & etiam alijs modernis

tribuitur, qui affirmant, quod ut aliqua propositione de fide credatur, sufficit, quod in aliqua universalis de fide probabilitè continetur; ex quo sequitur, solum probabilitè revelationis esse talem propositionem; & probant exemplo Catholici adorantis hostiam consecratam: nam qui adorat ibi Christum, credit ibi esse Christum; & tamen solum probabilitè ibi est Christus, cum non sit de fide esse in hac numero Hostia: ergo potest dari assensus fidei in adorante Christum in Hostia consecrata comparabilis cum probabilitate, in qua fundatur. Iuste ergo hæc opinio damnata manet, ut ostensum est.

569 Respondeo: quod ad adorandum Christum in hac Hostia consecrata absolute sufficit fides de eo mysterio in universalis. Ad actum vero fidei absolutum, quod sit in hac Hostia non sufficit. Ratio disparitatis est: nam adoratio huius Hostie consecrata est actus virtutis Religionis, quæ virtus est moralis: & consequenter dirigitur à prudentia morali; vnde cum non constet, quod in consecratione huius Hostie fuisset aliquid obilians ritæ consecrationi; si dicit fides, esse Christum in Hostia ritæ consecrata; mediat prudentia in vsu huius actus Religionis, quod dum nihil constet opponi, vel obstat in hac Hostia ritæ consecrationi, absolute adoranda est, & ita fert communis Ecclesiæ usus. Ad verò fides, ut potè virtus Theologica, tendit in ob-

objecatum, non media prudentia, sed quatenus in se, id est, in Deum in se. Cum ergo non sit omnino certum, quod Christum sit in hac numero Hostia consecrata: nam Deus id non revelavit, non potest actus fidei in eam absolute tendere, sed conditionatè, hoc est, Credo, Christum in hac Hostia existere, si ritè est consecrata.

570 Et omittendo plura, quæ circa hoc excitari possent, quia longam discussionem postulant: solum adverto, quod omnia mysteria fidei prærequirunt, & habent evidentiam credibilitatis, vt communis Theologorum fert sententia: quæ quidem evidentia non consistit in eo, quod mysteria fidei evidenter cognoscantur, quia non esset talis cognitio fides; sed in eo, quod motiva applicantia, vel excitantia intellectum ad credendum, evidenter persuadent, esse credibile, quod proponunt; ut potè tot congruentijs, Doctoribus, adimpletis profetiis, & miraculis comprobatum. Quæ omnia, & alia vide apud Suarem de fide, disput. 4. sect. 5. & Lugum de fide Divina, disp. 5. sect. 1. à numer. 3. & num. 22.

571 Non damnatur hic opinio affirmans, quod ex una præmissa de fide, & ex alia naturali necessaria, & evidenti infertur assensus fidei, quando legitima est illatio, ut hæc, omnis homo est risibilis: Christus est homo: ergo Christus est risibilis. Vnde hæc propositio: Christus est risibilis, in ea opinio-

ne est de fide; ita Torrecilla, numer. 19.

## VIGESIMA SECUNDA propositio.

**NON NISI FIDES VNUS**  
*rei necessaria videtur necessitate*  
*medii, non autem explicita remuneratoris.* Damnata.

## E X P L A N A T I O .

572 **S**entiendum est, quod ad iustificationem requiritur necessitate mediī fides explicita de Deo, non solum, quod unus est, sed etiam quod remunerator est, quia ita Innocent. declarat; & constat ex Apostolo ad Hebreos 11. Acceptem ad Deum oportet credere, quia est, & quia inquirentibus se remunerator est.

573 Te oppones cum Patre Arriaga, 2. 2. disp. 12. sect. 4. num. 27. & aliis, sic argueret: Nam potest quis salvari actu contritionis; at qui ad actum contritionis non requiritur notitia Dei remuneratoris, sed unius Dei: si quidem solum bonitas Dei attenditur, quæ dolentem de peccatis propter Deum summe dilectum indulget illi, & bonitas Dei summa, est attributum unius Dei cum independentia remuneratoris: ergo sufficit in eliciente actu contritionis, ut salvetur, notitia unius Dei.

574 Confirmatur exemplo hominis in deserto vagantis, Dei bo-

bonitatem agnoscens, & dolentis de peccatis propter summam eius bonitatem absque notitia de eo, quod praemia tribuit bonis, & poenas infligit malis; tūm ergo iste salvabitur ex solo Dei amore super omnia, vt ex sola contritione, sine fide remuneratoris.

575 Ad hoc argumentum responderet Lumbier, num. 1778. quod licet in bonitate Dei non expresse attendatur attributum remuneratoris, appareat ex ea, & facillimè transit in expressam notitiam, quod si me doleo de peccatis propter Deum summè dilectum, se placabit, mihi omnia peccata condonabit, & beatitudinem elargietur. Et sicut ex natura rei intellectus de uno in aliud transit, ita Divina illustratio dolentem verè de peccatis excitabit, vt vnum credendo, aliud etiam credit. Et cum Concilium Tridentin. sess. 14. cap. 4. exigat spem ad iustificationem, etiam in Sacramento, nisi cum spe venia, sequitur quod cum spes nequeat haberi, nisi concipiatur Deus attendens ad prædictum dolorem, & petitionem venia, vt moveatur ad eam concedendam; quæ quidem spes est remunerationis; non solum Deus, vt unus creditur ab eo, sed etiam, vt remunerator; ita Filgueir. qui de dilectione Dei super omnia, sine expressa notitia remuneratoris, quæ sufficit ad iustificandum extra Sacramentum, dicit: quod ille, qui tales actum haberet, non obtineret gloriam sine fide remuneratoris: Nam ta-

lis fides continetur in charitate, tanquam in forma perfectiori, & eminentiori. Vide illum.

576 Ad exemplum de vagante in deserto, ait Lumbier citat, quod Deus ei infundet illustrationem, vt credendo in Deum summe bonum, transeat, vt dixi, in fidem remuneratoris. Addesque, quod Divina providentia illi mittet Magistrum, qui illum in fide instruat.

577 Inquires: Quando obligatur fidelis ad hunc actum fidei? Respondeo, quod cum Apostolus dicat, *accidentem ad Deum*, obligabit quotiescumque iustificatur homo, sive per Baptismum in adulto, sive per Sacramentum Poenitentiae, quia tunc accedit ad Deum per gratiam.

578 Non tamen audemus damnare afferentes, quod ille, qui accedit ad Sacramentum Poenitentiae, non debet hunc actum fidei expressum facere; nam eo ipso, quod media ad iustificationem ponit, iam querit expressè Deum remuneratorem, & præcipue, si aliquando actum fidei expressum de Deo remuneratore elicuit. Et vt præsumo, paucissimi sunt, qui accedentes ad Poenitentiae Sacramentum actum fidei de Deo remuneratore expressum faciant, præter ea, quæ Sacramentum exposcit: vide Corella super proposition. 64. num. 310. & me eadem propositione. Insuper obligavit, accidente usu rationis, & advertentia; vide num. 73.

Adverte tamen, quod si in ho-

ra

ra mortis, fidelis talem fidem habet, nunquam anteà habitam, licet peccasset de non habita, sufficiens medium ex hac parte erit ad beatitudinem.

579 Non damnatur hic, tūm asserere, quod illa verba D. Pauli: *Quia est*, possunt tantum intelligi de Deo, vt naturæ Authore, qui evidenti scientia à Philosophis cognoscitur. Tūm quod justificationem quis consequi potest sine fide explicita remunerationis supernaturalis, cum fide tamen remunerationis naturalis, vel præscendentis ab utraque: Nam damnata propositio non loquitur cum hac limitatione. Torrecilla, num. 22. & 23. Sed prima opinio, vt falsa reputanda est, cum Hozes, num. 11. Et secunda rei cienda cum Ioann. Martin. de Prado, tom. 1. Theolog. Moral. cap. 7. quæst. 3. §. 2. Suarez, Filgueira, Torrecill. & cum communī Theologorum sententia.

### VIGESIMA TERTIA propositio.

**FIDES LATE DICTA EX**  
*testimonio creaturarum, simili*  
*motivo ad iustificationem suf-*  
*ficit. Damnata.*

### EXPLANATIO.

580 **S**entiendum est, non esse ad iustificationem sufficientem fidem ex testimonio creaturarum, vel alio simili motivo creato; quia

ita declarat Innocent. dum contra-  
rium damaat.

Consequentè declarat, per fidem tantum Theologicam, qua solum Dei testimonio nittitur, iustificari hominem posse, iusta illud Athanasij: *Hæc est fides Catholica, quam nisi quisque fideliter, firmiterque crediderit, saluus esse non poterit.*

581 Vnde ex plano, & direc-  
tè damnata manet opinio Patris Ripaldae in materia de fide, disp.  
17. & 18q. distinguentis dupli-  
cem fidem: aliam strictam, latam  
que aliam: illa est, quæ Divina  
locutione, seu testimonio funda-  
tur, ista ait ille, fulcitur in illa  
quasi locutione, voceque creatu-  
rarum, iusta illud: *Cœli enarrant  
gloriam Dei, & opera manuum eius  
annuntiat firmamentum.* Cum er-  
go creaturæ opera sint Dei, dici ali-  
quo lato modo potest, quod testi-  
monium illarum, Dei testimonium  
est. Assensus ergo, quem homo  
ex his creaturarum vocibus præ-  
bet, cognoscendo per illas Divi-  
nas perfectiones, fidem latam vo-  
cat, & medianam inter assensum  
Philosophorum evidentem, & fi-  
dem strictè sumptam: siquidem si  
Philosophi per creaturas in Deum  
cognoscendum tendunt: ista lata  
fides per testimonium Dei lo-  
quentis per illas adstruitur: vnde  
asserit Ripalda, Deum dare hoc  
testimonium, insuper addit, pos-  
se hoc testimonium esse supernatu-  
rale per principia supernatura-  
lia, quæ ad illud Deus infundit; &  
ideo disponere valet hæc lata fi-  
des

des ad iustificationem; & alio modo non posset. Non tamen ad hoc ultimum se determinat Ripalda, sed indecisum relinquit, vt vide ri est in lib. 3. de ente supernat. disput. 63. num. 29. Et forte hac de causa P. Filgueir. suspicatur, quod aliqui iudicabunt, sententiam Patris Ripaldae in censura Innocentii non comprehendendi.

582 Sed ipse iudicat, & cum ceteris ego, vt dixi, existimo directe comprehendi; nam fides ad iustificationem disponens, debet esse ex auditu, vt ait Paulus, & obscura, libera, & fundata in divina revelatione, & testimonio; nec alia fides sufficit, vt communis docet sententia. Sic Lumbier, num. 1780.

583 Vnde sententia Gabrie lis Durandi, & aliorum assertorium, quod potest dari actus fidei naturalis in entitate, & in modo supernaturalis, habens idem obiectum, ac fides supernaturalis; & quod est sufficiens pro dispositio ne ad gratiam, & iustificationem, non videtur esse damnata, vt sentit Hozes in praesent. num. 9. Ratio est: quia talis opinio non ponit, sicut damnata propositione, pro obiecto sua latæ fidei creature, aut aliud simile motivum, sed ipsum Deum; sed hæc sententia, et si demus, non comprehendit in hac damnatione, dicit Torrecill. num. 33. improbabilis debet iudicari, & bene: nam Concilium Tridentin. sess. 6. can. 3. anathematizat affirmantem: *Hominem, verba sunt Concilii, sine adiutorio*

*Dei posse credere, sperare, diligere, aut penitire, sicut oportet ad iustificationem.* Vide citatos.

Vnde excludenda venit ad hunc effectum omnis fides naturalis, vt Manichei erroneè sufficientem iudicavere, teste D. Augustin. lib. de vtilit. credend. cap. 1.

### VIGESIMA QVARTA propositio.

*VOCARE DEVIN TESTEM*  
*mendacii levis non est tanta irrever*  
*entia, propter quam vellit, aut*  
*posset damnare hominem.*

Damnata.

### E X P L A N A T I O.

584 **S**entiendum est, esse gravem peccatum perurii vocare Deum in testem cuiuscumque mendacii, et si levis, quia ita declarat hic Innocent.

585 Ratio est: nam quodlibet perurium assertorium, est invocare Deum, vt affirmet, vel approbet falsitatem, quando, & quomodo voluerit; sed gravis irreverentia est adducere eum, vt approbet, vel affirmet. quodlibet mendacium, et si leve, vt ex se patet: nam in ratione falsitatis, tam falsum est, affirmatum per mendacium leve, quam per grave: ergo irreverentia gravis est, iurare mendacium leve; immo, vt ait D. Thom. 2. 2. quæst. 98. artic. 3. ad 2. irreverentia maior est Divini nominis, indeque gravius;

intra eandem speciem, peccatum iuramentum falsum in materia levi, quam in gravi.

Vnde infertur, non dari in periurii assertoriis materia parva; & sic solum per defectum plenæ deliberationis, hoc est, per semiplenam deliberationem, erit tantum veniale, vt ait Sanchez in Decalog. lib. 3. cap. 4. num. 6.

586 Adverte, quod iuramentum, quodcumque sit, sive assertorium, sive promissorium, sive execratorium, aut comminatorium, petit veritatem aliquam de præsenti, supra quam cadat, & respectu cuius Deus testis adducatur, v. g. in promissorio adducitur Deus, vt testis à iurante, quod de præsenti habet intentionem adimplendi, quod promittit, & in aliis proportione servata. Ex quo.

587 Sequitur: 1. quod promittens iuramento rem levem, v. g. vnum regale, si non habeat animum adimplendi, dum iurat, mortaliter peccat. Si autem habet, et si postea non adimpleat, venialis tantum reus erit, iusta opinionem probabilem, Sanchez, lib. 3. Summ. cap. 4. num. 23. & Suarez, tom. 2. de Religion. lib. 3. de iurament. cap. 16. à num. 9.

588 Suppono, quod si res cum iuramento promissa est gravis, erit lethale contra secundam iuramenti veritatem, eam non adimplere.

2. Sequitur eum, qui cum iuramento rem illicitam promisit; si absque animo adimplendi, graviter peccat perurio assertorio; si

cum animo, peccat duplii peccato, & contra iustitiam iuramenti, & insuper in illa materia peccaminosa promissa, & in utroque graviter, vel leviter iusta maiorem, vel minorem gravitatem rei illicitæ promissæ; ita Curs. Moral. tom. 4. tract. 17. cap. 2. punct. 5. §. 1. num. 58.

589 Sit exemplum: qui promisit cum iuramento furare vnum regale, si non habet intentionem furandi eum, dum iurat, mortaliter peccat. Si autem habet, venialiter tantum, sed duplii malitia, & contra iustitiam iuramenti, & contra iustitiam commutativam; dictus Cursus, numer. 57.

Et nota, quod iuramenta per hiperbolem, aut alias figuræ rhetoricas, non erunt falsæ, seu peruria; sicut & quæ sunt per amphibologiam sensibilem, vt dicimus ad propositionem damnatam 26.

### VIGESIMA QVINTA propositio.

*CVM CAVSA LICITVM EST*  
*iurare sine animo iurandi, sive res*  
*sit levis, sive gravis.*

Damnata.

### E X P L A N A T I O.

590 **S**entiendum est, esse illicitum intrinsecè, & sic nulla causa honestabile, iurare sine animo iurandi; & hoc, tam in materia

I gra-

des ad iustificationem; & alio modo non posset. Non tamen ad hoc ultimum se determinat Ripalda, sed indecisum relinquit, vt vide ri est in lib. 3. de ente supernat. disput. 63. num. 29. Et forte hac de causa P. Filgueir. suspicatur, quod aliqui iudicabunt, sententiam Patris Ripaldae in censura Innocentii non comprehendendi.

582 Sed ipse iudicat, & cum ceteris ego, vt dixi, existimo directe comprehendi; nam fides ad iustificationem disponens, debet esse ex auditu, vt ait Paulus, & obscura, libera, & fundata in divina revelatione, & testimonio; nec alia fides sufficit, vt communis docet sententia. Sic Lumbier, num. 1780.

583 Vnde sententia Gabrie lis Durandi, & aliorum assertorium, quod potest dari actus fidei naturalis in entitate, & in modo supernaturalis, habens idem obiectum, ac fides supernaturalis; & quod est sufficiens pro dispositio ne ad gratiam, & iustificationem, non videtur esse damnata, vt sentit Hozes in praesent. num. 9. Ratio est: quia talis opinio non ponit, sicut damnata propositione, pro obiecto sua latæ fidei creature, aut aliud simile motivum, sed ipsum Deum; sed hæc sententia, et si demus, non comprehendit in hac damnatione, dicit Torrecill. num. 33. improbabilis debet iudicari, & bene: nam Concilium Tridentin. sess. 6. can. 3. anathematizat affirmantem: *Hominem, verba sunt Concilii, sine adiutorio*

*Dei posse credere, sperare, diligere, aut penitire, sicut oportet ad iustificationem.* Vide citatos.

Vnde excludenda venit ad hunc effectum omnis fides naturalis, vt Manichei erroneè sufficiat iudicavere, teste D. Augustin. lib. de vtilit. credend. cap. 1.

### VIGESIMA QVARTA propositio.

*VOCARE DEVIN TESTEM*  
*mendacii levis non est tanta irrever*  
*entia, propter quam vellit, aut*  
*posset damnare hominem.*

Damnata.

### E X P L A N A T I O.

584 **S**entiendum est, esse gravem peccatum perurii vocare Deum in testem cuiuscumque mendacii, et si levis, quia ita declarat hic Innocent.

585 Ratio est: nam quodlibet perurium assertorium, est invocare Deum, vt affirmet, vel approbet falsitatem, quando, & quomodo voluerit; sed gravis irreverentia est adducere eum, vt approbet, vel affirmet. quodlibet mendacium, et si leve, vt ex se patet: nam in ratione falsitatis, tam falsum est, affirmatum per mendacium leve, quam per grave: ergo irreverentia gravis est, iurare mendacium leve; immo, vt ait D. Thom. 2. 2. quæst. 98. artic. 3. ad 2. irreverentia maior est Divini nominis, indeque gravius;

intra eandem speciem, peccatum iuramentum falsum in materia levi, quam in gravi.

Vnde infertur, non dari in periurii assertoriis materia parva; & sic solum per defectum plenæ deliberationis, hoc est, per semiplenam deliberationem, erit tantum veniale, vt ait Sanchez in Decalog. lib. 3. cap. 4. num. 6.

586 Adverte, quod iuramentum, quodcumque sit, sive assertorium, sive promissorium, sive execratorium, aut comminatorium, petit veritatem aliquam de præsenti, supra quam cadat, & respectu cuius Deus testis adducatur, v. g. in promissorio adducitur Deus, vt testis à iurante, quod de præsenti habet intentionem adimplendi, quod promittit, & in aliis proportione servata. Ex quo.

587 Sequitur: 1. quod promittens iuramento rem levem, v. g. vnum regale, si non habeat animum adimplendi, dum iurat, mortaliter peccat. Si autem habet, et si postea non adimpleat, venialis tantum reus erit, iusta opinionem probabilem, Sanchez, lib. 3. Summ. cap. 4. num. 23. & Suarez, tom. 2. de Religion. lib. 3. de iurament. cap. 16. à num. 9.

588 Suppono, quod si res cum iuramento promissa est gravis, erit lethale contra secundam iuramenti veritatem, eam non adimplere.

2. Sequitur eum, qui cum iuramento rem illicitam promisit; si absque animo adimplendi, graviter peccat perurio assertorio; si

cum animo, peccat duplii peccato, & contra iustitiam iuramenti, & insuper in illa materia peccaminosa promissa, & in utroque graviter, vel leviter iusta maiorem, vel minorem gravitatem rei illicitæ promissæ; ita Curs. Moral. tom. 4. tract. 17. cap. 2. punct. 5. §. 1. num. 58.

589 Sit exemplum: qui promisit cum iuramento furare vnum regale, si non habet intentionem furandi eum, dum iurat, mortaliter peccat. Si autem habet, venialiter tantum, sed duplii malitia, & contra iustitiam iuramenti, & contra iustitiam commutativam; dictus Cursus, numer. 57.

Et nota, quod iuramenta per hiperbolem, aut alias figuræ rhetoricas, non erunt falsæ, seu peruria; sicut & quæ sunt per amphibologiam sensibilem, vt dicimus ad propositionem damnatam 26.

### VIGESIMA QVINTA propositio.

*CVM CAVSA LICITVM EST*  
*iurare sine animo iurandi, sive res*  
*sit levis, sive gravis.*

Damnata.

### E X P L A N A T I O.

590 **S**entiendum est, esse illicitum intrinsecè, & sic nulla causa honestabile, iurare sine animo iurandi; & hoc, tam in materia

I gra-

in vocibus ex circumstantiis, quam secundum se non habent, sed plures contraria, & sic Politica, Prudentia, Humilitas, Eutrapelia, & aliae virtutes suos habent terminos ex circumstantia loci, temporis, & personae, significantes iuxta hominum receptum.

Et his accedit locutio Metaphorica, Alegorica, Enigmatica, Hiperbolica, Ironica, & aliae desumptae ex tropis, & figuris rhetoricas; quae omnia ad proximi reducere, esse licitum, interveniente causa, vel circumstantia a vocibus petita, apparet satisnam vel equivoce occultatur veritas, vel per figurata verba datur intelligi mens loquentis.

609 Exempla magis declarabunt veritatem:

Sit primum pro Politica: invitatus Civis Hero, ut prius in eius aula ingrediatur: Herus detinetur, dicens: *Per vitam meam non faciam*; instat Civis, & Herus ingreditur, & tamen non fuit mentitus, aut periurus: quia illa verba: *Per vitam meam non faciam*, significavit iuxta Politicam: *Non faciam, nisi mibi insles*. Item dicit Civis Hero: *Quidquid babeo tuis subtilio pedibus*, ut iuxta voluntatem tuam ex his disponas; quae iuxta grammaticalem sensum falsa sunt, non vero ex Vocabulario Politico. Et sic de aliis.

610 Secundum, per Hiperbolam, dicit Ioannes: *estimo bunc eorum super omnia, que babeo*. Quae voces in rigore falsa sunt: nam plus estimat Ioannes vxorem,

filios, & alia forte supellestilia, quam eorum; & tamen per Hiperbolam vera sunt:

Tertium, per Eutrapeliam, dicit unus ex tribus, vel quatuor amicis, qui remissionis gratia per horam recreationis sociantur, de altero ex his tribus, qui pecuniae cupidus, & animi parcus ab omnibus habetur: *Dominus Ioannes nos invitabit ad oenam magnam; quia liberalis, & generosus est*. Quae locutio in re vera non est; per Eutrapeliam, seu recreationis gratia mendacium non est.

611 Quartum, per Ironiam: Petrus, & Antonius videntes domum, & mirantes eius sumptuosum edificium, dicit Petrus Antonio, qui pauper est: *Tu potes banc emere domum, quia nimia pecunia abundas, & eo medio expensa, tibi erit utilissima*; hæc Corelli, à num. 92.

Secunda Amphibologia, quæ est per restrictionem, est difficilis captu, præcipue quando non datur iuxta intentum interrogantis, sed iuxta id quod debebat, aut non debebat interrogare; quæ est una ex duabus partibus, iuxta dicta à num. 602. quam quidem partem, ut explicem.

612 Inquires: si restrictiones pure mentales, taliter mendacia sunt, ut honestari non possint, quacumque occurrente causa, sicut explicavi à num. 598. quomodo componenda sunt plurimæ locutiones, quibus licitum, aut obligatorium est, occultare petenti, aut interroganti veritatem, ut Inqui-

sitor, aut Confessor circa præcipua sui munera, de quibus interroganti respondere debent, *nescio*. Vel cuicunque, circa ea, ad quæ cœlanda ius habet; de quibus, si aliquis illi petat, licet ei responde, si non possit, aut noluerit dare, mutuare, aut commodare, iusta interveniente causa, *non habeo*; in quibus, & aliis huiusmodi, difficile appareat, non dari tales restrictionem.

Ecce hic tota huius materie ambiguitas, & labor. Respond. ergo ita esse, quod prædictæ responsiones licitæ, & aliquando necessaria sunt; unde solum suppetit, rationem reddere, vel explicare, quomodo à mendacio liberentur; quod iuxta duplæ dicendi modum faciam.

613 Supponendo, quod in talibus, & similibus casibus semper datur aliqua circumstantia extrinseca sensibilis, quæ quidem fundamentum, & securitatem præbet, ad ita per negationem respondendum. Quæ autem sit ista circumstantia? Dico, quod ex ipsa interrogationis, inquisitionis, aut petitionis materia colligenda est. Unde istæ circumstantiae erant, vel officium, ut Inquisitoris, Confessoris, Medici, Chirurgi, &c. vel ipsa materia gravitas, quæ celari exigit, ne proximus infametur, aut alio modo laedatur. Vel ius ad servandam sine periculo vitam, famam, honorem, aut rem familiarem.

614 Primus ergo dicendi modulus est, quod prædictæ negatio-

nes, nimurum, *nescio*, *non habeo*, *non feci*, &c. significant in his circumstantiis sine restrictione aliqua. Ratio est, primo: quia significaciones in vocibus ab hominum voluntate pendent: ergo sicut per ironicam locutionem significatur sine restrictione aliquid per eadem metuenda in tali circumstantia, v. g. recreationis, per quæ absque ea circumstantia, contrarium designatur iuxta suam priorem institutionem: sic in praesenti ex hominum voluntate, instituta sunt illa verba secundario ad occiduntandam in circumstantiis prædictis veritatem.

615 Confirmatur: quia experientia testante, nulla alia verba dantur, quæ ita detineant homines, ab indagatione veritatis, quam illa, *nescio*, *non habeo*, *non feci*, &c. iuramento etiam firma, si necessum sit; & quæcumque alia redderentur, suspicionem non modicam generarent in inquirente de veritate; ex quo gravissima, ut patet, incommoda sequentur: ergo signum est, quod necessitas, vel ius occultandi veritatem obligavit homines, ut ea verba ad eum finem instituerent.

616 Unde bene Thom. Hyatt. de Martyrio fidei tractat. ultimo, digress. 6. sect. 6. apud Filgueir. hic, pagin. 134. fine ait, quod huiusmodi responsiones, seu negationes, non ex voluntate cuiuslibet particularis adiumentæ sunt, sed ex communi hominum usu, audi eum: *Nullum Catholicum ture posse negare vocum*, &

dicta pure mentali restrictione; ita Lumbier, Filgueir. & alii.

600 Itaque si restrictio fuerit, sine iuramento, aut sine alterius præjudicio, erit mendacium leye: si autem illi, et si per se leve, accedat iuramentum, erit peccatum mortale: quia est perjurium assertorum, quod parvitatem materiae non admittit, iuxta damnationem propositionis vigesimæ quartæ, vide à num. 584.

Vnde in praesenti damnatione simul, vel consequenter declarat Innocent. contra illa verba: *Non mentitur, neque est perjurus, esse perjurum*, qui tales propositiones restrictas cum iuramento affirmat. Sed ut explicem ea, quæ contra talem decisionem certissimam opponi videntur.

601 Adverto 1. quod sicut ad humanum commercium convenit, quod homines loquuntur manifestando aliis suam mentem: sic etiæ ipsi commercio interest celare interroganti, vel petenti aliquas veritates: quod quidem fit per locutionem amphibologicam.

602 2. Adverto, quod hæc amphibologica locutio duplicitè dari potest: Primò, per verba, aut signa equivoca, cui accedunt, tum aliqua locutiones, quæ licet ex se sint ad unum determinata, tamen ex aliqua circumstantia extrinseca trahuntur ad aliud, & sèpè contrarium significandum; tum plures locutiones figuratae, vt ironie, hyperbolice, &c. Secundò, per restrictionem mentalem, non tamen pure mentalem, sed sensibilem fa-

ctam ex aliqua circumstantia personæ, temporis, loci, officii, aut actus in cuius exercitio respondeatur; & huiusmodi sunt omnes negationes, *vt non feci, nescio, non dixi, non babeo, &c.* quæ licet ex se mendacia essent: attamen ratione restrictionis per extrinsecam circumstantiam personæ, temporis, & loci, &c. sensibiles factæ, ab ea censura liberantur.

603 Et adhuc hæc negotiū cum restrictione duplicitè sumi potest; nam potest esse iusta interrogantis intentum, vt si Confessor querat à poenitente, an furatus sit, & ille respondeat: *Non sum furatus*, verum dicit, si post ultimam absolutionem non sit furatus, quamvis ante illam furtum fecerit; quia respondet iuxta intentum Confessarii. Item omnes causæ, quos Cursus Moral. tom. 4. tract. 12. cap. 2. punct. 8. §. 6. à num. 139. usque ad 142. assert, sunt huius considerationis, præter primum.

604 Vel potest esse contra intentum interrogantis, qui veritatem, prout est in se, vult scire; sed respondeatur illi per negotiationem, iungendo restrictionem mentalem, sensibilem tamen; vt si à teste querat Iudex non legitimè, an sciat, *si Petrus occidit Ioannem*; & respondeat testis, etiam cum iuramento, *nescio tale*, restringendo, *vt tibi debeam, vel possum dicere*; quia licet verum sit, Ioannem occisum esse à Petro, & id viderit, bene respondeat, et si contra intentum Iudicis, cum iste

illegitimè, & iniuste interroget: & illa restrictio fit sufficienter sensibilis exterius per suam illegitimam interrogationem, tribuentem ius testi zelandi veritatem; quod quidem, si non vult Iudex decipi, non obscurè cognoscere potest.

Et nota, quod licet utraque ista amphibologia habeat aliquam restrictionem mentalem, & aliquam equivocationem; attamen prima plus habet equivocationis, quam restrictionis, & secunda plus restrictionis, quam equivocationis, & ideo ab eo, in quo excedunt, sortiuntur vocabula, & prima dicuntur per equivocationem, secunda per restrictionem.

605 3. Adverto, quod ad utendum his amphiboliis requiritur causa: nam humanum commercium exigit, vt taliter proferantur verba, quod manifestetur alteri conceptus per primariam eorum significationem, non exigente aliud circumstantia. Tamen quamvis absque causa fiat cum amphibologia exterior locutio, si sit per equivoca signa, nullum erit mendacium, neque quotiescumque restrictio fiat sensibilis exterius; erit tamen contra charitatem, vel iustitiam legalem, aut commutativam, quando ex his virtutibus, iusta materie gravitatem, obligamus ad manifestandam veritatem, vel ad loquendum iusta communem usum; vide numeri 595. & 596.

In quibusdam casibus non potest separari causa à sensibili circumstantia, & hoc accedit, quan-

do necessitas ipsius casus simul est exterior circumstantia, & causa restrictionis, ut videre est.

## S. VNICVS:

## EXPLICANTVR PRÆdictæ amphibologie.

606 **P**rima ergo amphibologia, quæ est per equivocationem facillima est intellectu; cum exteriora signa in aliquo sensu significant ad quæ interiore conceptum; quod est proprium equivoca locutionis.

607 Hæc autem equivoca locutio potest fieri primo per verba, quæ ex se multiplicem diversam habent significationem, sive aquæ diversa significant, *vt bic liber est Petri*, quæ significant, tum quod Petrus illius Auctor est, tum quod in illum dominium haberet, sive analogicè tantum, hoc est, in-equaliter, ut ista, *Franciscus manet domi*; quæ intelligi possunt, vel de Francisco vero, vel de Francisco picto.

608 Secundò, potest esse equivocatio per verba, quæ licet ex se non sint equivoca; attamen ex speciali circumstantia habent alium diversum, & adæquatum sensum: unde optimè ait Lumbier, num. 1847. quod sicut quodlibet officium, & ars suum habet Vocabularium ad ipsius practicam; ita etiam plurima, quæ ad humanam conversationem spectant, suam habent intelligentiam

130 Propositiones damnatae ab Innocentio XI.

gravi, quam levi, quia ita declarat Innocentius. Ratio: nam est mendacium quoddam contra reverentiam iuramenti, ostendere se iurare, cum non iurat.

591 Advertendum 1. quod iurare sine animo iurandi, est proferre verba iuratoria, que talia sunt, vel ex eorum clara significatio, vel quia ex visu, ut iuramenta recepta sunt; attamen animo non iurandi, sed ostendendi se iurare.

592 2. Quod iuramentum absque animo iurandi, non est iuramentum; quia intentio, quae illi deficit, est de illius essentia; vnde promittens aliquid tali iuramento, non obligatur ad adimplendum ex vi praeceps iuramenti: obligabit tamen adimpleti, vel ut vitetur scandalum, aut alterius damnum.

3. Quod non est idem adducere nomen Dei inaniter, ut communiter homines, vel ira inflammati faciunt, ac iurare animo non iurandi; quia primum non est mendacium, sed aut imprudentia tantum in iurandum, aut quædam iræ interiectiones, & adducere materialissime verba iuratoria, et si veniale sit. Secundum autem est mendacium contra reverentiam iuramenti. Ut dixi.

593 4. Quod verba non iuratoria, ut sunt hæc: *In mea conscientia, vel ex fide boni hominis,* &c. laudabilis est proferre animo non iurandi, & solum erit mendacium, si cum illis quis mentitur.

Plures Authores afferunt, esse grave peccatum, iurare sine animo iurandi, etiamsi verum in eo factio iuramento affirmatum, vel promittatur, id est, cum intentione promittendi; quia gravem existimant irreverentiam Deo irrogari; est namque Divini testimonii quædam illusio; ita Filgueira, & Lumbier hic.

594 Non tamèn damnatur contrarium afferere, nimurum veniale, iurare absque animo iurandi, sive cum causa, sive sine illa; dummodo non detur alia aggravans circumstantia; quia solum leviter reverentia Dei laeditur; ita Soto, lib. 8. quæst. 1. artic. 7. ad 4. & Dicastillo de iurament. disp. 2. dub. 11. num. 278. & damnata propositione, nec veniale esse dicebat, cum licitum iudicabat.

595 Dixi, nisi addatur circumstantia aggravans; vnde in sequentibus erit lethale: 1. si per talen factum iuramentum confirmetur mendacium, et si leve modo dicto à num. 584. quia ex gravis iuramenti irreverentia. Et idem intelligendum de iuramento promissorio sine animo iurandi, si in illo deficit intentio adimplendi, quæ est veritas de praesenti.

596 2. Quando exigitur legitimè iuramentum à iudice: 3. quando petitur à parte ad confirmandum contractum.

In his casibus erit, ut dixi, mortale iurare sine animo iurandi; tamen in secundo, & tertio non erit grave contra Religionem, sed contra iustitiam; in secundo contra

Propositio Vigesima quinta.

131

tra legalem; & in tertio, contra commutativam; vide Dicastill. tot. dub. citato.

597 Nec etiam damnantur iuramenta cum amphibologia, & sufficienti circumstantia sensibili facta: vnde si iuras cum prudenti sensibili amphibologia, quod alteri, v. g. latroni centum scuta præbebis, sed cum restrictione, si tu debitor illorum fueris: non tenebis illi dare, si non debes; quantumcumque ille in expresso sensu verborum accipiat: Et non ideo est factum iuramentum: quia tu verè iurasti ex licita amphibologia, seu licita restrictione. Torrecilla, num. 266.

VIGESIMA SEXTA  
propositio.

*SI QUIS, VEL SOLVS, VEL*  
*coram aliis, sive interrogatus, sive*  
*propria sponte, sive recreationis cau-*  
*sa, sive quocumque alio sine iuret,*  
*se non fecisse aliquid, quod reverè*  
*fecit, intelligendo intra se aliquid*  
*aliud, quod non fecit, vel altam viam*  
*ab ea in qua fecit, vel quodvis aliud*  
*additum verum, reverè non*  
*mentitur, nec est periurus.*

Damnata.

VIGESIMA SEPTIMA  
propositio.

*C AVS A VTENDI HIS AM-*  
*phibologiis est, quoties id nece-*  
*sarium, aut utile est ad salutem*  
*corporis, honorem, res familiares*  
*tuendas, vel ad quemlibet alium*

*virtutis actum, ita ut veritatis*  
*occultatio censeatur, tunc expre-*  
*diens, & studiosa. Damnata,*

EXPLANATIO.

598 **S**upponendum est, restrictionem pure mente, nihil aliud esse; quam componere propositionem, seu locutionem, partim ex locutione exteriori, partim ex mentali; vnde illa exterior locutio, se sola non reddit idem sensum, ac iuncta cum interiori: & illa pars interior propriissime dicitur restrictione; quia exterior pars reddit regulariter sensum communem, seu universalem, & interior restringit ad aliquem determinatum, seu particularem, v. g. affirmo, vel respondeo interroganti: *Hodie non* comedì, quæ verba communissima sensum faciunt: attamen interius restringo, addendo tantum mentaliter: *Ex tuis carnibus*, quæ verba particularissimum sensum habent; vnde illa priora verba, & exterior locutio in illo, qui hodiè comedit, nulla addita exteriori circumstantia, ut ex se sonant, mendacium est. Et sic.

599 Sentiendum est, locutionem externam, sive fiat respondendo, sive non, cum praedicta restrictione pure mentali, cum qua illa exterior locutio diversam reddit intelligentiam, ac se sola; esse mendacium: quia ita declarat Innocent. damnando illa verba: *Reverè non* mentitur; & sic nulla causa honestari potest, manente pra-

orationum externe significatione aliquando admiseretur subintellctionem alicuius, quo restringatur. Hac autem subintellctione non adiutur merè interne, & intellectu aliter, & ad placitum à proferente verba, ex convenientia particulari motu, aut commodo suo proprio acquirendo, aut damno singulari vitando; sed adiutatur, vel ex communis usu, interpretatione, & populi consuetudine, sic voces usurpantib; cum illa subintellctione: quia vel commune bonum, aut Republica civilis, aut status Ecclesiastici, aut firmitas alicuius Sacramenti, aut integritas, & rectitudo alicuius officii publici, aut superioris praeceptum de conservando secreto, aut quia à iudice non turidice expiscatur veritas. In his enim, & similibus cassibus, & sensibilibus actionibus, & exercitioribus, quod in communi vocum significacione subintelligitur aliquid, quod implicitè sensibiliter significatur ex actione sensibili, vel acceptatione hominum. Hucusque Thom. Hurtad.

617 Secundo probatur conclusio: quia responso non debet dari, nisi in eo sensu, in quo alter potest, vel debet interrogare, aut ius habet interrogandi; vnde inquirens de veritate, hoc modo implicitè præsumitur interrogare: *Dic mibi hoc, si taliter sis, et possis mibi dicere.* Cui adæquate respondet, necejo, id est, ut tibi possim dicere; & ita præsumitur responso, si veritas petit zelari. Item, petens, v. g. per mutuum, in hoc sensu debet, & præsumitur

petere: *Mutua mibi, si taliter habes, ut mibi sine tuo incommodo possis mutuare.* Cui optimè præsumitur respondere, supponendo quod habeat, non habeo, intelligitur, ut taliter tibi mutuem. Et sic de aliis.

618 Et nota: quod ut in his negationibus vera, & secura detur sensibilis restrictio, non debet locutiones esse ultroneæ, & voluntariae; hoc namque modo mendacia essent, sed necessariae, & ad alterius urgenter interrogacionem; quia interrogatio, & id quod in ea intelligi, præsumi, aut præsupponi debet, tribuit ius, ut per illas negationes ita responsum detur; & sensibilis reddatur, quod præcipue intelligitur in negationibus, quæ non solum ex lege præceptiva naturali ad non aperendum sygillum, sive Sacramentale, sive Sancti Tribunalis, sive sacramentum naturale, commissum, promissum, sive illud ad quod ius habet proximus, ut servetur, ne infametur: sed etiam ex lege permisiva ad occultandum veritatem, ut in his, ad quæ ius habemus, ut indemnes servemur in vita, fama, & re familiari; ita docet Thom. Hurtad. apud Filgueir. pagin. 137. audi eum loco citat. sect. 11. *Interrogatio enim, etiam externa, & sensibilis, debet esse secundum ius, rectam rationem, & politiam Christianam imperata: unde invitit in se sensibiliter implicitè eas conditiones, quæ si exprimerentur in responso, interrogans non deberet esse rationabiliter offensus;*

*ut possit prudenter querimoniam formare. Vnde interrogatio externa sensibiliter secum trahit restrictionem, quam respondens adhibere potest. At dum quis ultra loquitur, non habet ius aliquid, ut externa eius locutio concipiatur ab audiente restrictive, iuxta restrictionem omnino mentalem: & omnino disparatam ad verba, que profert ex vi sua institutionis, & ita est evidens, quod nequit verba secundum veram significationem alio dvertere ex vi sua restrictionis ad suum placitum adhibita interius. Hec Hurtadus, qui maius discrimin inter ultrò se ingerenrem ad loquendum, & eum, qui interroganti responderet, assignando inferius, ita concludit: Nam interrogans secum trahit in sua interrogatione sensibili, & expressa restrictionem, quam ipse ad placitum adhibet: & responso ad interrogata lex Divina, tam naturalis, quam Evangelica, leges, & iura humana, & omnes Autores, totius antiquitatis Catholicè loquentes illam restrictionem agnoscunt: at in locutione ultronea nullus antiquorum, aliquid vel ius divinum, vel humanum illam admittit, utpote cum sit manifestum mendacium; utpote alterans ad cuiuscumque placitum vocum significationes, quæ ordinatae sunt ad bonum commune, quod iustitiae regulas, ex qua cumque causa, convenientia, aut fine particulari nullus singularis homo potest invertere, & neque in parte.*

619 Secundus modus explicandi has licitas Amphibologias

est, dicendo, quod verè daturrestrictio mentalis, sed non purè mentalis: quia per circumstantias dictas num. 613. fit talis restrictio exterius sensibilis; & hic modus dicendi communior est; & ego vtrumque audio, & cuilibet per se considerato, assensum præbeo, & non inficio: quia vterque est in hac materia, satis implicita, probabilis; vide Lumbier, Lalastra, Hebas, & alios.

620 Et advertendum 1. in his Amphibologiis, quod si post negationem vrget interrogans, explorando, quod respondens vtitur restrictione, potest iste negare (etiam cum iuramento, si materia gravis fuerit) se restrictionem facere, intelligendo, ex qua mibi uti non licet; vt ait Moya, selectar. tom. 1. tract. 2. disp. 1. num. 6. & Curs. Moral. tom. 4. tract. 17. cap. 2. punct. 8. §. 4. num. 131. vel potest nihil addere in assensum eorum, qui dicunt, non dari in his casibus restrictiones, vt Doct. Hebas hic.

621 Secundo, est valde notandum specialiter pro illiteratis, quod in vtendo his ex vocibus, necejo, non habeo, non feci, in predictis circumstantijs non requiritur, aut quod in specie ponat talis restrictionem, aut quod rationes calleat, cur hoc posset facere, sed sufficit, quod sciat, se posse in talibus circumstantiis his vocibus vti, prout à doctis docetur; ita Torrecilla, 1. impres. num. 175. & 176. & Corella hic, 8. impres. 111. cum Suarez, & Sanchez.

622 Nunc ergo pro maiori claritate, & distinctione adverte: duplēcē dari naturalem legem pro his restrictionibus servandis, aliam præceptivam, & aliam permissivam. Præceptiva est, occultandi, vel quæ sub secreto sygilli Sacramentalis acquiruatur, vel quæ sub sygillo naturali alteri commissa sunt, vel quod quis sub iuramento promisit sub secreto servare, vel delictum proximi occultum, ex cuius manifestatione infamia illi orietur, vel quidquid, si aperiatur, erit contra legem Dei, Naturalem, & Divinam. Et ex hac lege sequitur.

623 1. Quod Confessor, Inquisitor, vel Inquisitionis Minister, testis dum iudex non legitimè, id est, non præcedente infamia, vel accusatione, aut si absque iurisdictione interrogat, Nuncius Regis, Miles, Medicus, Chirurgus, vel quilibet alijs, sciens quæ sub secreto cadunt ex iure naturali, aut Divino, negare debent, etiam cum iuramento, se scire ea, quæ revelare non possunt.

624 Ex lege permisiva (& hæc restrictio mentalis adhuc difficilior est captu, quomodo sensibilis reddatur) possumus zelare veritatem ad servandum indemnitè ea, ad quæ datur ius, vt est vita, honor, fama, & res familiaris; & negare etiam cum iuramento factum, dictum, vel alicuius rei possessionem per negationes verbales, non feci, non dixi, non habeo, non possum, etiam iuramento firmatas.

625 Aliquando deservit, vt sensibilis fiat restrictio in negotiis aliqua exterior actio, sive manu, sive pede. Sit exemplum pro mille Div. Franciscus, qui rogatus, an reus transisset per locum ubi erat? Respondit, *huc non transit*, introducens manus in vestis manicas. Sicut etiam si quis quæsisset à Petro, an Ioannes fuisset in illa domo? Respondere posset, *non fuit hic*, calcando laterem pede, vt zelaret pro maxima convenientia existentiam Ioannes in ea domo; & sic de aliis pluribus ita Lumbier, num. 1846.

626 2. Quod etiam ad servandum indemnitè ea, ad quæ datur ius, vt est vita, honor, fama, & res familiaris, potest quis occultare veritatem, negando etiam cum iuramento factum, dictum, vel alicuius rei possessionem.

627 Ex hac secunda sequela resolvitur: 1. quod reus negare potest crimen cum iuramento iudici ordinem juris non servant, vel suspenso à iurisdictione. Et iuxta opinionem probabilem, in delictis, propter quæ poena capitatis, vel gravissima timetur, et si semiplenè probatum sit delictum, eodem modo negare potest, non vero si plenariè, ita Dian. 2. part. tract. 15. & 1. miscel. ref. 27. cum pluribus.

Resolvitur 2. quod Ioanni tibi petenti, v. g. mille aureos mutuos, negare potes cum iuramento, te illos habere, si molestias in recuperatione times, vel si inten-

dis

dis ex illis lucrum facere. Torrecilla hic, num. 135. hoc tamen negat Curs. Moral. tom. 4. tract. 17. cap. 2. num. 145. cum Soto.

628 Sed alii graves Authores assentunt, Corella, & Hozes, numer. 50. qui verba Patis Thom. Hurtado acerrimi impugnatoris restrictionis purè mentalis de Martyrio fidei, digress. 6. sect. 5. adducit, quæ sequentia sunt: *Si quis à me librum, scripturam, litteram, aut pecuniam petat, quara habeo, non tamen mihi convenit offendere, dare, aut mutuare, possum negare, me habere id, quod petitur, ut commodatum, aut donatum, aut mutuum; non ex præcisæ restrictione mentali purè, & nullo modo ex pressa signis exterius, sed quia verba ipsa ex vsu communī implicitè significant negationem subintellectam ad dandum.*

Resolvitur 3. quod mulier adultera negare potest cum iuramento adulterium marito de illo interroganti. Torrecilla, num. 132. & Corella hic, 8. impres. num. 101. licet etiam non admittat hoc dictus Curs. num. 144. admittit tamen Hozes, num. 49. cum Thom. Hurtado.

629 Secunda pars huius secunda Amphibologiae, quæ non ita difficultis est, cum sit, vt dixi, iuxta finem interrogantis, constitut in eo, quod respondens occultat veritatem, per responsionem fini interrogationis conformem, hoc est, si negatur factum, ideo fit, quia in ipso facto non adest, quod inquisitio intendit, videlicet,

vel punire, aut tollere, vel avertere, aut præcavere, vel prohibere, aut præcipere.

Sint exempla 1. ille, qui accipit occultè ab alio, quod ei ab illo debebatur, si interrogetur, et si iuridicè, vtrum acceperit? Negare cum iuramento potest, se aliquid accepisse ab eo, intelligendo apud se, *quod mihi non deberetur.*

630 2. Ille, qui taxam non servavit, vel pondere, seu statris defectuosis vñs fuit, vt se indemnem in conscientia servet, potest negare, se talibus vñs fuisse, vel vñtrâ taxam aliquid accepisse. Et idem dic de illo, qui iam solvit debitum, vel quod mutuo accepit, vel alia via contraxit: & idem, si compensatione vñs fuit, aut alio titulo iusto; qui potest ludici respondere, se nihil accepisse; quia interrogat de debito, quod solvi debeat; & hæc est iudicis intentio.

631 3. Qui iustè à Fisco aliqua bona occultat, vel à creditoribus sustentationi necessaria, negare potest, etiam cum iuramento, se aliquid accepisse, intelligendo, *contra iustitiam.*

4. Qui de Civitate, quæ falso iudicatur, peste infesta venit (& etiamsi infesta sit, properè per illam trasibit) potest à custodibus alterius loci interrogatus, negare, se ex illa venire, intelligendo, *ita ut illa, aut ego infesti simus peste.*

632 5. Qui hominem occidit, iudicans, esse feram, negare potest cum iuramento iudici, etiam

iu-

iuridicè interroganti, se occidisse hominem, intelligendo, *culpabiliter*.

633. 6. Quando scholastici in Universitate interrogantur à Iudice, an locuti fuerint cum aliquo Oppositore ad Cathedram, licet cum illo confabulati sint; si nihil ad subornationem pertinens trahaverunt, seu pacti sunt cum eo, securè possunt iurare, non fuisse cum eo locuti, intelligentes, *aliquid ad subornatum attinens*; de hoc enim presumitur Iudicem inquirere. Magist. Hozes, num. 47.

634. Omnes istæ negationes, & aliae similes licita sunt: & posteriori fundamento in ipsis, quam illis, de quibus dixi à num. 613. potest affirmari, non dari restrictionem, modo dicto, num. 614. utpote conformes intento interrogationis, quæ inquirit, vel de delicto, vel de aliqua circunstancia facti (vt in exemplo de peste) quæ non datur. Et sic, negare in his casibus consonat intento interrogantis; vide Curs. Moral. tom. 4. tract. 17. cap. 2. punct. 8. §. 6. & Torrecilla, à num. 137. qui alias huius instituti apponunt causas; vide etiam ad usum istius Amphibologiae, supr. num. 621.

635. Pro coronide huius materiae accipe verba Patris Corella, dexteriter omnia haec compilantur, haec sunt: *Compendio en este parrafo toda la doctrina arriba dicha, las restricciones pù re mentales estan condenadas por mentira; y si se añade juramento, por perjurio; y así, en*

„ningun caso se pueden practicar. „Las restricciones externas no son „mentiras, ni condenadas por „tales; y restricciones externas „son, ó quando las hace ambigüas la circunstancia de la persona, oficio, Ironia, Eutrapelia, Hyperbole, ó Metaphora, ó quando la urgente necesidad las hace tambien equivocas. Si las amphibologias, que se hacen con palabras equivocas, ex se, ó por las circunstancias, ó las figuras rhetoricas, se usan sin negligencia alguna, serán pecado venial, no por ser mentirosas, si por ser contra el precepto afirmativo de manifestar la verdad, quando no ay causa justa de ocultarla; aunque poca causa basta, para que no sean pecado venial, v. g. el divertimiento, ó recreacion honesta, &c. (hablo decluso el daño de tercero) si estas amphibologias son juntas, si es con necesidad, y no ay injusticia, ningun pecado será; si sin necesidad, serán dos pecados veniales; uno contra la veracidad, que dicta hablar ingenuamente; y otro contra la virtud de la Religion, por jurar sin discrecion. Pero usar de palabras, que ni ex se, ni ex circunstantiis, ni ex figuris rhetoricas, son ambiguas, con negligencia urgente, no es mentira; si esta falta, será mentira; y si se añade juramento, será perjurio, y pecado mortal.

(?\*) \$ (?\*)

VI

VIGESIMA OCTAVA  
propositio.

QUI MEDIANTE COMMENDATIONE, vel munere ad Magistratum, vel officium publicum promotus est, poterit cum restrictione mentali præstare iuramentum, quod de mandato Regis à similibus solet exigi, non habito respectu ad intentionem exigentis, quia non tenetur fateri crimen occultum.

Damnata.

E X P L A N A T I O.

636. **S**entiendum est, quod qui mediante commendatione, vel munere ad Magistratum, vel officium publicum promotus est, debet non ut restrictione pure mentali, negando cum iuramento à similibus personis petito, quod taliter promotus sit, quamvis crimen fuerit occultum: quia ita declarat hic Innocent.

637. Dixi, quod taliter promotus fuit; nam delictum, quod ut tale, declarat hic Pontifex, non debere zelari iudici, est quod mediante munere, & commendatione sit promotus ad Magistratum, exigito à promoto iuramento de mandato Regis; & ait hic Lumbier, num. 1857. & 1858. & Torrecilla, num. 275. inquisitionem istam non esse quid substantiale, sed ex formulario, & stylo antiquo; y pregunta de tablilla, ut ipsi aiunt. Cumque talis interro-

gatio sit de materia, quæ quasi parvipenditur, & nihil, aut ferè nihil deperditur, sive negativè, si ve affirmativè respondeat Candidatus, seu iam promotus ad Magistratum; cum omnes, vt Iudices agnoscent, his favoribus, & mediis ad illa ascendant officia inde est, quod nulla datur causa ad tergiversationem, seu restrictionem, quæ sensibilis reddatur; & sic veritatem obligatur respondere; quia licet finis propter dicta non damnatur, damnatur tamen medium, id est, quod his restrictionibus vtatur, quæ menda-  
cia sunt; cum non detur causa virgens, quæ sensibles illas reddat.

638. Et quamvis hoc aliquibus placeat; mihi nec displaceat, nec ex toto approbo. Difficultas autem esse potest, an in practica, & in presenti ita sit; ideoque me refero ad principia, quæ iam apponam, communia, & in hac materia secura; et si hæc non sufficiant pro isto praesenti casu, dicimus: Summum Pontificem hunc speciale casum damnare propter speciales rationes; forte, quia contra bonum commune est, quod Magistratus ad tales ascendant honorem, cum digni non sint, ut timeri debet de talibus mediis promotis.

639. Relictis ergo plurium placitis, duo assero: Primum, quod si Index tunc casus, exigit iuramentum, & alias præcedit infamia, vel accusatio legitima, non potest taliter promotus negare crimen.

Se

iuridicè interroganti, se occidisse hominem, intelligendo, *culpabiliter*.

633. 6. Quando scholastici in Universitate interrogantur à Iudice, an locuti fuerint cum aliquo Oppositore ad Cathedram, licet cum illo confabulati sint; si nihil ad subornationem pertinens trahaverunt, seu pacti sunt cum eo, securè possunt iurare, non fuisse cum eo locuti, intelligentes, *aliquid ad subornatum attinens*; de hoc enim presumitur Iudicem inquirere. Magist. Hozes, num. 47.

634. Omnes istæ negationes, & aliae similes licita sunt: & posteriori fundamento in ipsis, quam illis, de quibus dixi à num. 613. potest affirmari, non dari restrictionem, modo dicto, num. 614. utpote conformes intento interrogationis, quæ inquirit, vel de delicto, vel de aliqua circunstancia facti (vt in exemplo de peste) quæ non datur. Et sic, negare in his casibus consonat intento interrogantis; vide Curs. Moral. tom. 4. tract. 17. cap. 2. punct. 8. §. 6. & Torrecilla, à num. 137. qui alias huius instituti apponunt causas; vide etiam ad usum istius Amphibologiae, supr. num. 621.

635. Pro coronide huius materiae accipe verba Patris Corella, dexteriter omnia haec compilantur, haec sunt: *Compendio en este parrafo toda la doctrina arriba dicha, las restricciones pù re mentales estan condenadas por mentira; y si se añade juramento, por perjurio; y así, en*

„ningun caso se pueden practicar. „Las restricciones externas no son „mentiras, ni condenadas por „tales; y restricciones externas „son, ó quando las hace ambigüas la circunstancia de la persona, oficio, Ironia, Eutrapelia, Hyperbole, ó Metaphora, ó quando la urgente necesidad las hace tambien equivocas. Si las amphibologias, que se hacen con palabras equivocas, ex se, ó por las circunstancias, ó las figuras rhetoricas, se usan sin negligencia alguna, serán pecado venial, no por ser mentirosas, si por ser contra el precepto afirmativo de manifestar la verdad, quando no ay causa justa de ocultarla; aunque poca causa basta, para que no sean pecado venial, v. g. el divertimiento, ó recreacion honesta, &c. (hablo decluso el daño de tercero) si estas amphibologias son juntas, si es con necesidad, y no ay injusticia, ningun pecado será; si sin necesidad, serán dos pecados veniales; uno contra la veracidad, que dicta hablar ingenuamente; y otro contra la virtud de la Religion, por jurar sin discrecion. Pero usar de palabras, que ni ex se, ni ex circunstantiis, ni ex figuris rhetoricas, son ambiguas, con negligencia urgente, no es mentira; si esta falta, será mentira; y si se añade juramento, será perjurio, y pecado mortal.

(?\*) \$ (?\*)

VI

VIGESIMA OCTAVA  
propositio.

QUI MEDIANTE COMMENDATIONE, vel munere ad Magistratum, vel officium publicum promotus est, poterit cum restrictione mentali præstare iuramentum, quod de mandato Regis à similibus solet exigi, non habito respectu ad intentionem exigentis, quia non tenetur fateri crimen occultum.

Damnata.

E X P L A N A T I O.

636. **S**entiendum est, quod qui mediante commendatione, vel munere ad Magistratum, vel officium publicum promotus est, debet non ut restrictione pure mentali, negando cum iuramento à similibus personis petito, quod taliter promotus sit, quamvis crimen fuerit occultum: quia ita declarat hic Innocent.

637. Dixi, quod taliter promotus fuit; nam delictum, quod ut tale, declarat hic Pontifex, non debere zelari iudici, est quod mediante munere, & commendatione sit promotus ad Magistratum, exigito à promoto iuramento de mandato Regis; & ait hic Lumbier, num. 1857. & 1858. & Torrecilla, num. 275. inquisitionem istam non esse quid substantiale, sed ex formulario, & stylo antiquo; y pregunta de tablilla, ut ipsi aiunt. Cumque talis interro-

gatio sit de materia, quæ quasi parvipenditur, & nihil, aut ferè nihil deperditur, sive negativè, si ve affirmativè respondeat Candidatus, seu iam promotus ad Magistratum; cum omnes, vt Iudices agnoscent, his favoribus, & mediis ad illa ascendant officia inde est, quod nulla datur causa ad tergiversationem, seu restrictionem, quæ sensibilis reddatur; & sic veritatem obligatur respondere; quia licet finis propter dicta non damnatur, damnatur tamen medium, id est, quod his restrictionibus vtatur, quæ menda-  
cia sunt; cum non detur causa virgens, quæ sensibles illas reddat.

638. Et quamvis hoc aliquibus placeat; mihi nec displaceat, nec ex toto approbo. Difficultas autem esse potest, an in practica, & in presenti ita sit; ideoque me refero ad principia, quæ iam apponam, communia, & in hac materia secura; et si hæc non sufficiant pro isto praesenti casu, dicimus: Summum Pontificem hunc speciale casum damnare propter speciales rationes; forte, quia contra bonum commune est, quod Magistratus ad tales ascendant honorem, cum digni non sint, ut timeri debet de talibus mediis promotis.

639. Relictis ergo plurium placitis, duo assero: Primum, quod si Index tunc casus, exigit iuramentum, & alias præcedit infamia, vel accusatio legitima, non potest taliter promotus negare crimen.

Se

sa recuperatio , ait Leander de Murcia ; & quando est dubium , an recuperari possint , erit licitum occidere , tom. 2. de disquisit. leg. 4. disp. 9. ref. 16. quod mihi etiam probatur.

Quare secundo : Si unum aureum furatum non est sufficiens causa ad occidendum furem , vt ab eo tollatur ? Quenam erit quantitas , pro qua servanda licet eum de medio tollere ?

665 Accipe pro responsione verba Leand. de Murc. Respondeo agitur eam quantitatem , quæ attentis circumstantiis persone , & rei familiaris notabilitè diminuat statum , & conservationem personæ , vel notabilem afferat incommoditatè in victr. & sustentatione personæ , esse sufficientem , vt pro eius defensione occidatur invasor . Quare si aliquis non habeat , nisi quinquaginta aureos , ex quibus tota eius ratione viæ dependet , vel quibus commerciando familiam conservat , licet illi occidere invasorem pro eorum defensione , si aliter illos tueri non posset . Iusta quem prudentiam Theologizandi modum dives , ait Hozes , non potest vitam ad amicis latronis ob defensionem censum regalium , seu aliorum bonorum , quorum carentia nimis non est damnificatus , quod mihi satis arridet : siquidem hominis vita , non ita parvi aestimanda est .

Sic Hozes , n. 15.

(?\*) § (?\*)

### TRIGESIMA SECUNDA propositio.

**NON SOLVM EST LICIT VM**  
defendere defensione occissiva , quæ acta possidemus , sed etiam ad quæ ius inchoatum habemus , & quæ nos possessuros speramus .

Damnata.

### TRIGESIMA TERTIA propositio.

**LICIT VM EST , TAM HÆ-**  
redi , quam legatario contra iniuste impedientem , ne , vel hereditas adecoratur , vel legata solvantur , se nulliter defendere ; sicut & ius habent in Cathedram , vel Prabendam contra eorum possessionem iniuste impedientem .

Damnata.

### E X P L A N A T I O .

666 **S**entenciam est , non esse licitum occidere impedientem nos acquirere ea , ad quæ ius habemus , vel possessuros speramus : quia ita declarat Innocent. dum contrarium damnat .

667 Supponendum cum Magist. Hozes hic , num. 1. & 2. quod etsi non licet occidere impedientem à consecutione bonorum , seu dignitatum , ad quæ ius quis habet , obligatur tamen impediens restituere damnum partì illatum . Vnde , qui impedivit promissum acceptatum (quamvis absque

### XV Propositio Trigesima tertia.

que fraude , & dolo ) tenetur obstantis restituere parti , quæ acceptavit , valorem rei promissæ ; quia ius ad eam habet . Et si promissio accepta non erat , sed impedimentum posuit aliquis dolo , & fraude , vt non impleret , v. g. dare eleemosinam pauperi , obliuendo elargitori , quod pauper non est , cum vere pauper sit , peccat etiam contra iustitiam , & restituere tenetur iuxta spem pauperis ; quia licet adhuc non acceptavit promissum , & sic non habet ius ad illud : habet tamen ius , ne impediatur fraudibus , & dolis : si vero absque mendaciis , prudentiali ratione id obstet , dicendo , quod eleemosinam tribuat alteri indigentiori , quire ita sit , non operatur contra iustitiam : & sic ad nihil tenetur , sicut qui eo modo impeditivit testatori relinquere legatum cui intendebat , sed alteri operæ pœ , quam testanti proposuit , quæ communia sunt .

668 Et ratio est : quia valde erant periculose in praxi propositiones istæ ; vt potè obnoxiat pluribus homicidiis : & cuilibet videatur , quod suus propinquus , aut emulus , à consecutione hereditatis , legati , Cathedræ , aut Beneficii , eum impediebat , & quod impedientem occidere posset .

669 Non damnatur hic 1. occidere invasorem bonorum temporalium , quæ possidentur in magna quantitate , servato moderatione , vide Curs. Moral. tom. 2. tract. 10. cap. 8. punct. 4. à n. 55. & propositionem antecedentem .

Non damnatur 2. opinio Bonacini tract. 1. de restitution. disp. 2. quæst. vltim. punct. 1. S. 10. num. 4. afferentis , esse licitum domino rei furatæ domum latronis ingredi , & eam recuperare ; etiamli cum homicidio illius , si alia via non suppetit recuperandi rem ablatam ; quia ius habet , non solum ad eam , quod propositio damnata dicebat , sed etiam in eam , in quam dominium actuale habet , quod damnata non dicebat . Ita Hozes , num. 9. & Torrecilla , num. 3.

670 Plures tamen Authores hanc opinionem non admittunt , eo quod vis actualis non instat . Accipe Illustrissimum Tapia , tom. 2. leg. 5. quæst. 7. artic. 2. de isto casu loquentem : In his , & similibus eventibus non instat vis actualis : ergo non potest vi repellit . Vnde non est tunc necessitas , nec habet locum , vim vi repellere licet , sed potius erit vindicatio privata , quæ est in re natura prohibita : igitur in his casibus recurrendum est ad iudicem , qui habet autoritatem publicam ad sumendum de offensore vindictam , & reddendam satisfactionem offenso . Quæ verba sumi , vt regula possunt pro aliis casibus ; sed adhuc probabilem iudico eam , vt iacet , opinionem .

671 Mag. Hozes adducit casum , in quo iuxta nostr. Anton. à Spirit. Sanct. de consult. consult. 93. fuit licitum delinquenti in Ecclesia refugium habenti homicidium cuiusdam satellitis , qui per vim ab ea eum extrahere cona-

per intrinsecè malum est; & addo, vt securius explicem, esse grave peccatum, vt potè materia gravis contra reverentiam Sacramentorum. Ita Torrecilla, i. impres. hic, num. 76.

645 Hæc opinio damnata fuit Ioannis Sanchez, select. disp. 35. num. 6. qui aiebat quod Sacerdos, cui ab heretico minata fuisset mors, vel aliquid grave datum, si non consecraret panem omnem, qui esset in foro, poterat licet proferre super illum verba consecrationis absque intentione consecrandi. Item, quod poenitenti, à quo minitata similiter fuisset mors Confessori, si non impenderet illi absolutionem, posset Confessor dicere verba absolutionis sine intentione illud absolvendi; & uterque casus damnatur hic ab Innocent.

646 Vnde proferre verba consecrationis supra triticern pānem, vel qui ut talis ab aspiciētibus iudicatur; & verba absolutionis Sacramentalis supra dispositum, aut indispositum, ut ab aliis, vel ab ipso poenitente dispositus iudicetur; & formam Baptismi, &c. non apponendo voluntarie intentionem consecrandi, absolvendi, vel baptizandi, proportione servata, ex quacumque causa fiat, etiam ad vitandam mortem, lethale sacrilegium erit.

Insuper erit mortale dare Hostiam, non consecratam alteri, quasi communicaturo, etiamsi ipse consentiat. Filgueira hic cum Suarez.

647 Dixi, etiamsi ipse consensit; nam Villalob. tom. 1. tract. 7. dif. 38. num. 7. & Ludov. à Sanct. Ioann. de Eucharist. quest. 7. artic. 8. dif. 3. afferunt, quod si grave scandalum sequetur, si peccator, qui indispositus est, non communicat, potest Sacerdos, consentiente peccatore, formam illi tribuere non consecratam. Et alii id affirmant posse fieri ob metum mortis; sic Dian. 3. part. tract. 6. resol. 48. vers. Septimo. Nisi incuteretur in contemptum Sacramenti, vel odium Religionis. Etsi occasio detur circumstantibus idolatrandi, aiunt, vitabitur, si Hostia cōsecrata proponatur adoranda, & a tergo non consecrata, ita ut non videatur, nec adoretur. Sed omnia hæc damnata sunt in praesenti; quia vere est simulatio in administratione Sacramenti, quod re ipsa non ministratur; ita Magist. Hozes hic, à nun. 1. & Filgueir.

648 Non damnatur hic i. ministrare Eucharistiam peccatori occulto, qui publicè eam petit, si Sacerdoti grave datum minatur, si id non faciat; quia hoc non est fingere, ut patet, administrationem Sacramenti. Corell. n. 120. Torrec. hic, num. 29. fine.

649 Non damnatur 2. ministrare Sacramentum in materia dubia pro casu necessitatis, ut ad vitandum periculum gravis danni, ut consecrare in vino conge late; dummodo non incutatur metus ad hoc in contemptum Sacramenti; quia non fingit Sa-

cramentum, qui cum intentione illud conficit in materia probabili, & interveniente gravi causa; ita Torrecilla, tract. 2. consult. 8. num. 29. fine.

650 3. Non damnatur asserere, quod si contrahentes matrimonium (qui quidem Ministri sunt huius Sacramenti) coram Ecclesia, apponant consensum ex metu gravi extortum à voluntaria causa, & ad extorquendum illum, absque intentione conficiendi Sacramentum, non peccabunt (mortaliter, nec venialiter, si cum intentione) quia talis consensus, ut potest ab Ecclesia factus illegitimus, nec est materia, nec forma; de quo vide Sanchez, lib. 4. de matrimon. disp. 16. à num. 6. & Curs. Moral. tom. 2. tract. 9. cap. 9. dub. vnic. à num. 13. Lumbier hic, num. 1866. & Magist. Hozes hic, num. 16. & 17.

651 4. Non damnatur, quod quando Confessor poenitentem indignum absolutionis invenit, signum crucis super ipsum faciat, & aliqua pronuntiet verba (non verò formam absolutionis) quia hoc non est fingere administrationem Sacramenti, sicutdem nullam formam profert, sed occultare ob sygilum indispositionem poenitentis, qui prius de hoc admoneri debet; ita communiter.



### TRIGESIMA PROPOSITIO.

**FAS EST VIRO HONORATO**  
occidere invasorem, qui nititur calumniam inferre, si aliter bac ignorans vitari nequit; idem quoque dicendum, si quis impingat alapam, vel fuste percutiat, & post impatet alapam, vel iotum fusus fugiat. Damnata.

### E X P L A N A T I O.

652 **D**Vae fuit huius propositionis partes, quas seorsim explicabo.

Sentiendum est 1. esse omnino illicitum viro, etiam honorato occidere invasorem sui honoris, licet alia via calumnia, quam inferre nititur, vitari non possit; quia ita declarat Innocent. dum contrarium damnat, in prima huius propositionis parte.

653 Ratio est: tūm, quia sicut calumnia, aut contumelia fit verbis, ita defensio contra illam verbis vitari debet, non facto, & minus tali facto, ut ablatione vita. Et iura rigorose tales homicidiam plectent: Tūm, quia talis propositio erat in praxi maximè pernicioса; nam homines passim inhonorari se iudicant ab aliis, & frequenter acciderent homicidia; & meo videri, hæc est præcipua ratio huius damnationis, & ita Lumbier, num. 1870.

654 Dices, in plus habent homines honorati famam, & honorem, quam vitam; sed certum

146. Propositiones damnatae ab Innocentio XI.

est, quod in defensionem vitæ possum aggressorem vitæ meæ occidere cum moderamine inculpatæ tutellæ: ergo homines honorati possunt occidere invasorem honoris cum moderamine inculpatæ tutellæ. Hinc videtur, quod opinio damnata fortè est speculativè probabilis pro homine honorato: sed quia in praxi periculosa, sanctissime damnatur. Respondeat ergò Magist. Hozes hic, num. 9. quod vita talè bonum est, ut semel deperditum, non possit recuperari: at verò honor decursu temporis reformatur; & homines honore cupidi, & vita comite, pluribus modis, & sagaci industria ad pristinum statum, & sèpè meliorēm, se instaurant; & sic rationabiliter petit vita maiori servari defensione, quam honor. Item, quia nemo est vitæ suæ dominus; ideoque debet illam singulari cura servare: honoris autem dominium habet, & licet alii sèpè ex illo pendeant: hoc per accidens sequitur, amissō absque culpa honore, quem non ita studiosè, ac vita defendere obligamur.

Vnde eadem ratione damnatum manet, afférere, quod est licitum occidere calumniatorem, ne prosequatur calumnias, vel contumelias; & fortiori ratione vindicare iam factas.

655 Sentiendum est 2. quod percussus alapa, vel fuste, non potest licet post alapam, & fustis percussionem, & à percutiente arrepta fuga, illum occidere: quia ita declarat Innocent. in 2. huius

damnatae propositionis parte.

656 Dices, sicut persequendo latronem possum recuperare furtum, & sic ius habeo ad inse-  
cutionem, & occisionem cum mo-  
deramine: sic persequendo ala-  
pa percussorem, recuperare valet  
percussus honorem deperditum?  
Hinc etiam videtur hanc partem  
propositionis speculativè fortè pro-  
babilem esse: & ita asserit Dicast.  
de iust. leg. 2. tract. 1. disp. 10.  
dub. 7. num. 79. & asserit Filguei-  
ra hic: sed quia perniciosa in pra-  
xi, iustissime damnatur: & ideo  
Filgueir. de contraria, & vera op-  
inione dixit: *Huius opinionis fun-  
damentum Christiane potius, quam  
metaphysicè proponentum est.* Et sic  
ex eius verbis respondeo ad obie-  
ctum. Ait ergò: *Respondent aliqui,  
tum recurrentum esse ad Iudicem  
babentem autoritatem publicam  
ad suenendam vindictam de offeso-  
re, & reddendam offenso satisfac-  
tionem. Iudicatio babent banc res-  
ponsionem sacerulares, principes nobiles;  
sed Dominus deridebat eos, qui  
legem Evangelicam Matthæi 5. si  
quis te percussit in dexteram ma-  
xillam tuam, præbe illi & alteram.* Luce 6. *Qui te percutit in ma-  
xillam, præbe alteram. Neglexerunt,  
& parvipenderunt.* Hucusque Fil-  
gueira.

657 Et ratio est: tum, quia ista est vindicta, non recuperatio honoris, cum fugiens non portet secum honorem, sicut fur secum fert ablata, quem licitum est sequi, & occidere, si alio medio ablata in magno pretio recuperare non pos-

Propositio Trigesima.

possim: sed potius per illius fu-  
gan, & ignaviam manet iniuria-  
tus ex parte satisfactus. Tum, quia  
cuilibet infirmæ notæ homini lici-  
tum videretur fore.

658 Non damnatur in hac  
secunda parte, primo impedire  
mortem aggressoris, alapam, vel  
percussionem fustis, quando actu  
imminet; quia hæc erit iusta de-  
fensio, si moderamine fiat, ita  
Torrec. hic.

659 2. Non damnatur, quod  
si iniurians sistat in eodem loco,  
quasi confirmans factum sua inve-  
recundia, possit ab iniuriato occi-  
di, si aliter illa continuatio offen-  
sa vitari nequeat, ita Lumbier, 2.  
impres. n. 280. hic Torrec. Corell.

TRIGESIMA PRIMA  
propositio.

REGULARITER OCCIDERE  
possum I furem pro conservatione  
vnus aurei. Damnata.

EXPLANATIO.

660 **S**entiendum est, esse lethale peccatum occidere furem pro conservatione, vel recuperatione vnus aurei: quia ita declarat Innocent. hic, nam vita hominis, non ita parvi estimanda est. Et licet in specie non damnetur, quod pro conservatione duorum, aut trium aureorum possit latro occidi; tamen eadem ratio damnatio-  
nis in his militat.

661 Non damnatur hic asse-

147

rere, quod possit hoc fieri, acce-  
dente alia gravi circumstantia:  
quia hoc non est regulariter, nec  
præcisè ratione aurei conser-  
vandi.

Vnde non damnatur r. quod  
possit occidi latro, si nitendo au-  
ferre auctum, auferendus est si-  
mul ab eo honor, vt in equite, aue  
milite, si notandi sunt de ignavia,  
non defendendo aureum.

662 2. Quod possit occidi, si  
aureus ad conservatiōem vitæ,  
illum possidentis necessarius est,  
aut ad vitandum grave malum, vt  
si ad solvendum debitum, cuius  
causa in carcerem coniectus fuit,  
illum habebat; vt ait Corella.

663 3. Occidi potest latro, si  
præsumitur prudenter, quod pre-  
ter aureum vult auferre vitam, vt  
præsumitur de latrone nocturno;  
& quamvis diurnus sit, si ad hanc  
præsumptionem indicia vehemen-  
tia dentur, etiam occidi potest;  
servato in quocumque casu mo-  
deramine inculpatæ tutellæ; ita  
Lumbier, Hozes, & Torrec.

664 Quares primo: An sit li-  
citum latronem occidere pro au-  
ferendis bonis ab eo furatis; etiam  
si postea absque eius occisione  
possint recuperari? Aliqui, quos  
suppresso nomine, refert Hozes  
hic, num. 6. affirmant: quia quis-  
quis ius habet servare bona sua,  
alii apud Dian. 5. part. tract. 4.  
ref. 17. negant: quod mihi cum  
Hozes probabilius, videtur, quan-  
do per iustitiam, vel alio medio  
non est difficile recuperare furata:  
*Si autem erit difficilis, & que suo-*

K2

148

Secundum, quod si dum iudex exigit iuramentum, non praecedit, nec infamia in reo, nec accusatio partis: & ex eo quod fateatur reus crimen, amittet famam, ad quam ius habet, potest cum iuramento negare illud, sicut ceteri rei, taliter interrogati; quia ius naturale habet ad non se prodendum; vide num. 619. ita ferè omnes sane intellecti.

640 Placuit mihi doctrina Patris Filgueir. loquendo de teste, quam eius verbis appono, dixit ergo: *Quam vt ad amusin banc difficultatem, vt par est, agamus, supponendum est ex communione Doctorum opinione, non teneri testimoniū tūcificari quotiescumque ei constat, iudicem non interrogare iuridice, quod in multis conflitit, de quo alibi; quamvis modo sufficiat, quod tradit D. Thom. 2.2. quæst. 70. artic. 2. in corp. vbi inquit, ad hoc, quod iudicium sit actus iustitiae, tria requiruntur. Primo quidem, vt procedat ex inclinatione iustitiae. Secundo, quod procedat ex autoritate Præsidentis. Tertio, quod proferatur secundum rectam rationem prudentiae, inter quæ verba, illa mihi ponderanda veniunt, nempè, vt procedat ex inclinatione iustitiae, vt iudicium fiat ad iustitiae conservationem, & exaltationem, non autem ad proprium commodum acquirendum; quare aliquando non facile de peccato mortali arguuntur, qui aliquid ementes, non iurant iuxta intentionem satellitum, vulgo, de los*

*Alguaciles, interrogantium, quo pretio empta fuerit res: quia communitè, vt experimento comprobatur, non exigunt iuramentum ex inclinatione iustitiae, & vt dicitur cap. Forus, de verbor. signific. Non est ergo iudex, si non est in eo iustitia, sed ex quadam propensione ad molestias videntibus inferendas propter pecunia extraktionem: in quo nec conservant, nec exaltant actum iustitiae, sed addentes iniquitatem ad iniquitatem, populo vociferante, sunt profecto in damnationis statu; hoc supposito.*

641 Dicendum est, posse aliquem duplíciter detegere crimen occultum: Primo, quando infamia non præcessit, vel semiplena probatio; & tunc certum est, non teneri crimen occultum fateri, etiamsi sub iuramento interrogetur; quia tunc non debet interrogatur. Secundo, si talis infamia præcessit: nam aut fuit infamia delicti, quæ habet vim accusationis, vel fuit infamia delinquentis, quæ etiam tenet vim semiplena probationis, & tunc tenetur fateri crimen occultum, vt est omnium Theologorum sententia: ergo promotus ad Magistratum, vel officium publicum debet præstare iuramentum sine restrictione mentali, & iuxta intentionem exigentis; nam tale iuramentum non communitè exigitur, vt supponitur in ipsa propositione, sed solet exigi de mandato Regis, qui hoc iubet, quia cognoverit, quod mediante commendatione, vel

munere tales criminose promotiones solent fieri: & tunc prædictum crimen non est occultum, nam de ipso, vel de delinquente iam verificatur præcessisse infamiam; alias non moveretur Rex tale edictum producere, per quod iure ad propalandom veritatem constringit; hucusque Filgueira. Vide N. Petrum ab Angelis de Iudic. 1. part. cap. 11. §. 2. vbi scriptu dignissima ponit.

642 Si de reo loquamur, dicendum est, quod si sententia capitum timetur ex eius confessione, & iudex legitimè interrogat; quamvis ex D. Thom. teneatur reus veritatem fateri; & addunt plures, negandam esse illi absolutionem, si coram iudice non fatur crimen; tamen probabilis est opinio, quod si reus spem excusandi mortem habet, negare potest cum iuramento crimen: ita Stephanus à Sanct. Paulo de instit. & iure, tract. 4. disp. 10. dub. 4. & idem insinuat casu, quo sententia erit tritemis, mutilationes, & bonorum omnium confiscationem, & sicut post datam sententiam capitum, potest e carcere effugere, sic vt sententiam evitet, negare. Et sufficientè significatur restrictio ex hac circumstantia iuris naturalis conservandi vitam; & ideo dixit D. August. lib. 6. de mendac. cap. 13. *Non enim peccat quisquam dum vitat supplicium, sed cum facit aliquid dignum supplicio.* Hæc invenies in Magist. Hozes in præsenti, num. 41. 42. & 43.

653 Qui quidem Author aliam

dubitacionem proponit, num. 44.

An videlicet dari absolutionem possit reo, & idem de teste; qui iudicii legitimè interroganti veritatem negavit, aut zelavit restrictione pure mentali, absque obligatione redeundi coram iudice, vt veritatem aperiat? Ad quod aliqui respondent, debere comparere, & dicere iudicii, quod scit, vel fecit; & dum non facit, in peccato gravi perseverat. Communitè vero sententia, & probabilius, ait Hozes, affirmativè respondet: dum tamen sit in animo, quod si iterum legitimè a iudice de eo crimine interrogatur, veritatem dicere, & satisfacere parti, si forte læsa fuit; et si vt hoc adimpleat, necesse sit, se retractare, debet id coram iudice facere, vt fiat satisfactione damnificato.

### VIGESIMA NONA propositio.

*VIGENS METVS GRAVIS*  
est causa iuxta Sacramentorum administrationem simulandi.

Damnata.

### EXPLANATIO.

644 **S**Entiendum est, quod administrare fictè Sacra menta, hoc est, applicare veram formam Sacramentorum, sine intentione illa conficiendi, est illicitum; & sic, quod nulla causa honestari potest; quia ita declarat Innocent. Ratio: nam est mendacium, quod semper

batur: Quia (inquit) unusquisque potest ius suum defendendo, invasorem occidere, si res gravis sit. Sed si ob qualitatem, seu gravitatem delicti, ait Hozes, non fovebat Ecclesia, id homicidium non fuit licitum, etiamsi probabilitè tantum iudex agebat: nam iudex rectè operatur, dum probabilitè operatur; & tanta violentia non est in ea circumstantia licita reo contra Ministrorum iustitiae. Si vero reus validè gaudebat Ecclesiæ configio: adhuc ait Magist. Hozes, num. 13. quod si aggressio contra satellitem fuit ex timore bene fundato mortis, quæ secuta ex reclusione in carcere erat, permitta videtur occiso: si non, casus iudicatur in damnat. proposit. 32. comprehensus.

3. Non damnatur, quod quis possit defendere ius suum inchoatum aliis viis, quam occidendo.

972. 4. Quod, qui evidentè (sicut Doctor Hebas) in iure inchoato, hoc est, ad rem lœsus est, possit se à damnificatore occultè recompensare, non ad æqualitatem rei spectata, sed iuxta valorem spei habita, nec respectu extreme indigentis, aut graviter, nisi ipsius occasione in eandem miseriam lapsus sit.



### TRIGESIMA QVARTA propositio.

**LICET PROCURARE ABORTUM** ante animationem fœtus, ne puella deprehensa gravida occidatur, aut infametur.  
Damnata.

### EXPLANATIO.

673. **S**Entiendum est, quod ante fatus animationem, non licet procurare abortum, vt mulier deprehensa gravida, ne occidatur, aut infametur: quia ita declarat hic Innocent.

Ratio est: primò, nam est intrinsecè malum, vt potè contra bonum speciei, & progressum individui rationalis, & reducitur ad homicidium.

674. Si autem fœtus sit animatus, erit homicidium; & procurantes abortum fœtus animati, sequuto effectu, vt ait Dian. 7. part. tract. 5. ref. 9. & Curs. Moral. tom. 3. tract. 13. cap. 2. num. 68. incident in excommunicationem Sixti V. à qua per moderationem Gregorii XIII. Episcopus potest absolvere; si procurantes abortum sint Regulares, incident in illam, etiam non sequuto effectu, vide Dian. citat.

Si procurans sit vir, & homicidium sequatur, incurrit irregularitatem, etiam in dubio facti, vide in Curs. Moral. tom. 2. tract. 10. cap. 7. punct. 3. num. 45.

fin.

### Propositio Trigesima quarta.

151 singularem restrictionem huius poenæ ad solos Clericos.

675. Secunda ratio damnationis, & meo videri propria est: quia prædicta propositio in praxi erat scandalosa, & obnoxia pluribus damnis in hac materia, cum sèpissimè fornicariæ, earumque complices, vel propinquai iudicarent talium fœminarum famam, & vitam periclitari; & pañim obœcati, abortum procurarent.

676. Non damnatur hic, præcipue ex vi huius secundæ rationis, quod liceat abortum procurare: Primò, in casu opinionis asserentis, esse licitum, pharmacum prægnanti dare ad abortum fœtus inanimati directè tendens, quando id ad matris periclitantis curationem necessarium iudicatur; ita Sanchez, lib. 9. de matrim. disp. 20. num. 9. & 10. & Dian. 3. part. tract. 5. resol. 11. & 5. part. tract. 14. ref. 90. & alii apud ipsos.

677. Ratio est: tūm, quia aggressor iniustus est fœtus; tūm, quia fœtus est pars ventris ante animationem. Et alias non est hæc opinio obnoxia damnis, cum virginita necessitatis communiter cognoscatur ex iudicio Medicorum: vnde ipsemet Sanchez citatus in disp. etiam 9. num. 11. & Dian. hoc sequentes, opponuntur opinioni damnatae, & cum sit odiosum, non est extendendum.

678. 2. Non damnatur, quod si fama communitatis periclitatur, sit licitum directè procurare abortum fœtus inanimati: nam propositio loquitur de mulieris

prægnantis fama, vt advertit Lumbier: tūm etiam, quia si pregnans damna patitur à foetu aggressore, non est contra illam iniustus aggressor; vt potè culpa ipsius matris est fœtus: & sibi imputet, quod quidem respectu communitatis, v. g. Conventus Monialium non militat, vt ex se patet. Et sic non videtur debere condemnationem ad eum casum extendi; ita Theologizatur Lumbier, num.

1887. & Torrecilla, num. 50. sed cum his Authoribus contrarium sentio (etsi non maneat hæc opinio in damnatione inclusa) quia aliis mediis vitari potest infamia, vt impositis præceptis, & censuris, ne quid habitantes in Conventu de eo loquuntur cum extraneis, aut domesticis: tūm, quia ruinosum etiam est, & pro nobili familia aliqui extenderent.

679. 3. Non videtur hic damnari, nec contra rationem esse, quod si mulier per vim cognita fuit à viro, vel per artem demonis, possit abortum procurare, si prægnans suspicatur, & eius decus timetur; sed quia præsentem casum irresolutum pro practica reliquerunt, Lumbier, num. 1888. & Torrecilla, num. 56. nec ego resolvo: nam fœtum innocentem iudicabunt, & non iniustum aggressorem.

680. 4. Non damnatur procurare indirectè abortum, hoc est, assumere medicamenta directè ad salutem tendentia, vt venæ scissionem, ventris purgationem, balnea, &c. ex quibus timetur,

quod indirectè abortus resultabit, & addit Hozes, num. 4. quod intelligitur hoc, etiam si foetus animatus sit, vide Curs. citat. à num. 64. in tom. 3.

Nec sufficit dicere, abortum, ethi volitum non sit, voluntarium tamen est, cum causetur libere, & per media libere posita? Ad quod Lumbarier respondet, esse voluntarium phisicè, non morali-  
tè: nam in ordine ad mores non reputantur voluntarii effectus co-  
acti, & præter intentionem, quando eorum causa à ratione, & iusto iure ponitur.

681 5. Non damnatur, quod sit licitum, consilium præbere fo-  
minæ, ad se occidendum paratæ,  
eo quod timet prægnantem appa-  
rere, vt abortum procuret; quia  
hoc non est procurare abortum,  
vel consilium absolutè de illo da-  
re, vel approbare, quod sit lici-  
tum; sed supponendo, illicitum  
esse, suadere minus malum, quod  
communiter docetur esse con-  
silium sanum, si aliud efficax non  
suppetit: maximè, si minus ma-  
lum in maiore, quod perpetran-  
dum erat, includitur, sicut in præ-  
senti casu eslet, vt consideranti  
patebit; sed cautè in hoc proce-  
dendum est, vide hæc, & alia  
apud Sanchez de matrimonio, lib.  
7. disp. 11. & Dian. part. 7. tract.  
5. resol. 29. & Magist. Hozes,  
num. 14.

682 Et notandum cum Lugo  
de iustit. & iure, tom. 1. disp. 19.  
fess. 2. §. 2. num. 4. Eum con-  
silium non esse absolutum, sed con-

dictionatum explicitè, vel implica-  
tè, scilicet: *Si unum ex his factu-  
rus es, fac hoc minus, non illud  
gravius: quod quidem, ait ille, ve-  
risimè, & rationabiliter consuli-  
tur: quia ex duobus malis, minus  
est eligendum.*

### TRIGESIMA QVINTA propositio.

*VIDETVR PROBABLE, OM-  
NEM FÆTUM, QUANDIU IN VTERO EST,  
CARERE ANIMA RATIONALI, & TUNC PRIMUM  
INCIPERE EANDEM BABERE, CUM  
PARITUR; & CONSEQUENTER DICEN-  
DUM ERIT, IN NULLO ABORTU  
HOMICIDIUM COMMITTI.*

Damnata.

### EXPLANATIO:

683 **F**rustraneum est, in  
hac propositione  
immorari, cum ex-  
perientia ipsa evidens, & philoso-  
phia damnet eam.

684 Hæc propositio est error  
in philosophia, & proxima hære-  
si in Theologia: nam experien-  
tia constante, ante nativitatem  
foetus sentiunt matres in ventro  
motus illius vitales, & quod mor-  
tua matre, secatoque eius latere  
proditur vivus infans; & multò  
ante exitum formatur corpus: Et  
nihil spectat infusor animæ, nisi  
dispositionem corporis ad eius in-  
fusionem. Fides autem fatetur,  
quod Iohannes Baptista in vtero  
exultavit. Iacob, & Esau in ma-  
tris ventre luctati sunt. Jeremias

an-

ante nativitatem sanctificatus est.  
Quod etiam pie credimus de Ma-  
tre Virgine, cuius etiam Concep-  
tionem Sanctam Ecclesia celebrat.  
Et Christus animatus instanti sua  
Conceptionis.

685 Vnde homicidium com-  
mittit, qui abortum post con-  
gruens tempus causat, cuius flagi-  
tium fugiebat, qui talem somnia-  
vit propositionem; sed variè phi-  
losophatur in assignando tempus  
pro foetus animatione: nam alii as-  
serunt, quod vir animatur in tri-  
gesimo die, foemina in quadage-  
sim quinto: alii dicunt, quod  
pendet à maiori, vel minori calo-  
re prægnantis, quod plus, vel mi-  
nus detineatur animatio. Com-  
munis vero opinio tenet, quod  
vir in quadagesimo die, foemina  
in octogesimo. Quomodo autem  
scietur, quando abortus fuerit fo-  
etus animati? Iudico, quod ad  
centum dies debet, vt certus ha-  
beri, in octogesimo die sub dubio,  
nisi vir fuerit foetus: nam datur  
opinio, quod ad nonagesimum  
quintum diem expectat foemina,  
vide Hozes, Torrecill. & alios.

### TRIGESIMA SEXTA propositio.

*PERMISSVM EST FVRARI,  
NON SOLUM IN EXTREMA NECESSITATE,  
SED ETIAM IN GRAVI.*

Damnata.

### EXPLANATIO:

686 **A**dvertendum 1. ne-  
cessitatem aliam  
esse extremam, aliam gravem,

& aliam quasi medium inter ex-  
tremam, & gravem. Extrema est  
illa in qua deficit aliquid ad vitæ,  
vel membra conservationem, vt  
victus necessarius, aut medicamen  
ad curationem infirmitatis, quæ  
periculum affert perdendi vitam,  
membrum, sive sensum. Et hæc  
extrema dicitur, quia est respectu  
majoris boni temporalis, nimis una  
vitæ.

687 Et non requiritur, ait  
Filgueir. hic, ad extremam ne-  
cessitatem, quod homo illico sit  
moritus; sed sufficit, quod ex  
eo probabilitè mors sit ipsi perti-  
mescenda: vt colligitur ex Ang.  
Præceptore D. Thom. in 4. dist. 15.  
quest. 2. art. 1. quæstiunc. 4. ad 4.

Necessitas gravis est, quam  
patiuntur, qui ad suum statum ne-  
cessariis carent, vel ex qua peri-  
culum imminet amittendi hono-  
rem, aut famam, vel officia, aut  
dignitatem, vel patiendi longam  
infirmitatem, magnam famam, aut  
nuditatem.

688 Necesitas autem me-  
dia, quæ gravissima ab aliis appelle-  
latur est illa, ex qua timetur priva-  
tio alicuius boni naturæ communi-  
nis, vt libertatis, vel illius famæ,  
quæ naturæ humanæ inest, &  
perditur per positivam infamiam,  
vel sanitatis in perpetuum: idem  
est dicendum de quolibet malo,  
quod affert periculum in extre-  
mam necessitatem incidendi. Quæ  
omnia videnda sunt in Curs. Mor-  
al. tom. 3. tract. 13. cap. 5. punct.  
3. numer. 30. & 38. hoc suppo-  
rito.

Sen-

quod indirectè abortus resultabit, & addit Hozes, num. 4. quod intelligitur hoc, etiam si foetus animatus sit, vide Curs. citat. à num. 64. in tom. 3.

Nec sufficit dicere, abortum, ethi volitum non sit, voluntarium tamen est, cum causetur libere, & per media libere posita? Ad quod Lumbarier respondet, esse voluntarium phisicè, non morali-  
tè: nam in ordine ad mores non reputantur voluntarii effectus co-  
acti, & præter intentionem, quando eorum causa à ratione, & iusto iure ponitur.

681 5. Non damnatur, quod sit licitum, consilium præbere fo-  
minæ, ad se occidendum paratæ,  
eo quod timet prægnantem appa-  
rere, vt abortum procuret; quia  
hoc non est procurare abortum,  
vel consilium absolutè de illo da-  
re, vel approbare, quod sit lici-  
tum; sed supponendo, illicitum  
esse, suadere minus malum, quod  
communiter docetur esse con-  
silium sanum, si aliud efficax non  
suppetit: maximè, si minus ma-  
lum in maiore, quod perpetran-  
dum erat, includitur, sicut in præ-  
senti casu eslet, vt consideranti  
patebit; sed cautè in hoc proce-  
dendum est, vide hæc, & alia  
apud Sanchez de matrimonio, lib.  
7. disp. 11. & Dian. part. 7. tract.  
5. resol. 29. & Magist. Hozes,  
num. 14.

682 Et notandum cum Lugo  
de iustit. & iure, tom. 1. disp. 19.  
fess. 2. §. 2. num. 4. Eum con-  
silium non esse absolutum, sed con-

dictionatum explicitè, vel implici-  
tè, scilicet: *Si unum ex his factu-  
rus es, fac hoc minus, non illud  
gravius: quod quidem, ait ille, ve-  
risimè, & rationabiliter consuli-  
tur: quia ex duobus malis, minus  
est eligendum.*

### TRIGESIMA QVINTA propositio.

*VIDETVR PROBABLE, OM-  
NEM FÆTUM, QUANDIU IN VTERO EST,  
CARERE ANIMA RATIONALI, & TUNC PRIMUM  
INCIPERE EANDEM BABERE, CUM  
PARITUR; & CONSEQUENTER DICEN-  
DUM ERIT, IN NULLO ABORTU  
HOMICIDIUM COMMITTI.*

Damnata.

### EXPLANATIO:

683 **F**rustraneum est, in  
hac propositione  
immorari, cum ex-  
perientia ipsa evidens, & philoso-  
phia damnet eam.

684 Hæc propositio est error  
in philosophia, & proxima hære-  
si in Theologia: nam experien-  
tia constante, ante nativitatem  
foetus sentiunt matres in ventro  
motus illius vitales, & quod mor-  
tua matre, secatoque eius latere  
proditur vivus infans; & multò  
ante exitum formatur corpus: Et  
nihil spectat infusor animæ, nisi  
dispositionem corporis ad eius in-  
fusionem. Fides autem fatetur,  
quod Iohannes Baptista in vtero  
exultavit. Iacob, & Esau in ma-  
tris ventre luctati sunt. Jeremias

an-

ante nativitatem sanctificatus est.  
Quod etiam pie credimus de Ma-  
tre Virgine, cuius etiam Concep-  
tionem Sanctam Ecclesia celebrat.  
Et Christus animatus instanti sua  
Conceptionis.

685 Vnde homicidium com-  
mittit, qui abortum post con-  
gruens tempus causat, cuius flagi-  
tium fugiebat, qui talem somnia-  
vit propositionem; sed variè phi-  
losophatur in assignando tempus  
pro foetus animatione: nam alii as-  
serunt, quod vir animatur in tri-  
gesimo die, foemina in quadage-  
sim quinto: alii dicunt, quod  
pendet à maiori, vel minori calo-  
re prægnantis, quod plus, vel mi-  
nus detineatur animatio. Com-  
munis vero opinio tenet, quod  
vir in quadagesimo die, foemina  
in octogesimo. Quomodo autem  
scietur, quando abortus fuerit fo-  
etus animati? Iudico, quod ad  
centum dies debet, vt certus ha-  
beri, in octogesimo die sub dubio,  
nisi vir fuerit foetus: nam datur  
opinio, quod ad nonagesimum  
quintum diem expectat foemina,  
vide Hozes, Torrecill. & alios.

### TRIGESIMA SEXTA propositio.

*PERMISSVM EST FVRARI,  
NON SOLUM IN EXTREMA NECESSITATE,  
SED ETIAM IN GRAVI.*

Damnata.

### EXPLANATIO:

686 **A**dvertendum 1. ne-  
cessitatem aliam  
esse extremam, aliam gravem,

& aliam quasi medium inter ex-  
tremam, & gravem. Extrema est  
illa in qua deficit aliquid ad vitæ,  
vel membra conservationem, vt  
victus necessarius, aut medicamen  
ad curationem infirmitatis, quæ  
periculum affert perdendi vitam,  
membrum, sive sensum. Et hæc  
extrema dicitur, quia est respectu  
majoris boni temporalis, nimis una  
vitæ.

687 Et non requiritur, ait  
Filgueir. hic, ad extremam ne-  
cessitatem, quod homo illico sit  
moritus; sed sufficit, quod ex  
eo probabilitè mors sit ipsi perti-  
mescenda: vt colligitur ex Ang.  
Præceptore D.Thom.in 4. dist. 15.  
quest. 2. art. 1. quæstiunc. 4. ad 4.

Necessitas gravis est, quam  
patiuntur, qui ad suum statum ne-  
cessariis carent, vel ex qua peri-  
culum imminet amittendi hono-  
rem, aut famam, vel officia, aut  
dignitatem, vel patiendi longam  
infirmitatem, magnam famam, aut  
nuditatem.

688 Necesitas autem me-  
dia, quæ gravissima ab aliis appelle-  
latur est illa, ex qua timetur priva-  
tio alicuius boni naturæ commu-  
nis, vt libertatis, vel illius famæ,  
quæ naturæ humanæ inest, &  
perditur per positivam infamiam,  
vel sanitatis in perpetuum: idem  
est dicendum de quolibet malo,  
quod affert periculum in extre-  
mam necessitatem incidendi. Quæ  
omnia videnda sunt in Curs. Mor-  
al. tom. 3. tract. 13. cap. 5. punct.  
3. numer. 30. & 38. hoc suppo-  
rito.

Sen-

me posse compensare; & est Magistri Prado, tom. 2. Theolog. Moral. cap. 22. quæst. 3. §. 3. num. 19. vide prædictum Cursum, à num. 324.

707 Inquires cum Filgueira hic, qua ratione debitum morale, seu ex gratitudine, non sit compensabile? Respondeo cum illo, quod inter conditiones ad licitam compensationem, præcipua est ut compensatio fiat ex re sibi debita ex iustitia; & gratitudo non est actus iustitiae subiectivæ, seu rigorosæ; ita Bonacini. tom. 2. disput. 1. de restit. quæst. vltim, punct. 2. num. 10, cum Navarro, Soto, & Lelio, & est communis.

### TRIGESIMA OCTAVA propositio.

**NON TENETVR QVIS SVB  
pœna peccati mortalis restituere  
quod ablatum est per pauca furt.,  
quantumcumque sit magna sum-  
ma totalis. Damnata.**

### E X P L A N A T I O .

708 **S**entiendum est, dari obligationem, sub lethali culpa, ad restituendum, quod per pauca furtæ ablatum est, si tota summa sit gravis: quia ita declarat hic Innocent. dum contrarium damnat. Et ratio est: nam sit grave datum domino, vel dominis, aut communi bono: ergo resarciri debet.

709 Advertendum. I. tria

posse, considerari in furtiolis, & acceptio, & retentio, & aggregatio plurium furtiolorum. Acceptio ex se est venialis, si absque animo accedendi ad gravem quantitatem fiat: retentio illius quantitatis levis est, etiam venialis tantum: aggregatio, seu cumulus horum plurium furtorum venialia peccata non excedunt; unde substantiale huius damnationis, non tantum est de acceptance vltimi furtioli, per quod pervenitur ad gravem materiam; de quo adhuc dubitatur, si vt acceptio est, sit peccatum lethale, de quo infra; sed de retentione materiae gravis, ad quam per furta parva pervenit furans.

710 Advertendum 2. quod vt in furtiolis accedat tota summa ad gravem materiam, requiritur maior quantitas, quam si unica vice ablatum fuisset; & est probabile, quod si parva furtæ sit respectu unius domini, duplo maior quantitas debet esse, quam si simul auferretur, si autem à pluribus amplius; ita vt quanto plures sint domini, & minutatim damnificati, tanto plus augenda est summa, vt gravis sit, proportione, & prudentia à Confessore servata.

Insuper, si cum hoc, quod est à pluribus auferri, iungitur, quod materia sit ex fructibus pericolo expositis, vt plures qui sunt secus viam, aliquid etiam crescat totalis quantitas, vt sit gravis; vide Dian. p. 1. tract. 6. rel. 34. §. Dico 3. & Curs. Moral. tom. 3. tract. 13. cap. 5. punct. 2. §. 2.

3. Adi-

711 3. Advertendum, quod vt materiae parvæ per furtiola ablatae ad summam gravem perveniant, debent inter se moraliter vniuersi: nam aliæ non erit unicum morale datum: quæ autem temporis distantia inter vnum, & aliud furtiolum requiratur, valde variant Authores; prudentia magna ex parte relinquendum, advertendo quod quanto minutiora fuerit materia horum furtorum, tanto minor distantia temporis requiritur, vt vniatur; unde si in parvissimis furta transeat quindam dierum spatium, iudico cum Dian. & aliis apud Cursum Moral. tom. 3. tract. 13. cap. 5. punct. 2. num. 19. non vniuersi, si res furata consumpta est; nec mortaliter peccare sic furantes; dummodo animalium non habeant pervenienti ad magnam quantitatem; hucusque à num. 709. dicta non sunt damnata.

712 Nec etiam damnatur hic I. opinio Lessii, lib. 2. cap. 12. dub. 6. num. 42. & Trullenc. lib. 7. cap. 5. dub. 4. num. 3. & aliorum afferentium, quod ille, qui in parvis furta pervenit ad gravem quantitatem, absque animo ad eam perveniendi, licet mortaliter peccet in ultimo furtiolo, non tamen ideo est, quia accepit, etiamsi ad notabilem summam, advertat pervenisse, sed ex eo quod gravem summam incipit retinere; vide Dicastill. lib. 2. de iust. tract. 2. disp. 9. à num. 50. vbi notatu digna pro famulis affert.

713 2. Non damnatur asserere, quod sufficit restituere ultimam quantitatem, qua completa fuit gravis, & qua restituta, residua non manet gravis, ita Aragon. Filliuc. & alii apud Dianam citatum.

3. Non damnatur asserere, quod famuli non obligantur restituere esculentæ, & poculenta paulatim sublata, etiam si sensim ad notabilem quantitatem perveniant; quia domini non censentur invitati in substantia ablatorum, dummodo ad edenda, & potanda ipsi auferant.

Si autem furentur ea ad vendendum, ad ludos, meretricia, &c. non excusantur à restitutione; & idem dic, si esculentæ, & poculenta sunt extraordinaria, & delicata, quæ dominus sibi reservat; ita Villalob. tom. 1. tract. 13. difficult. 10. num. 2. Lessius, lib. 2. cap. 22. dub. 8. num. 48.

714 4. Non videtur damnari opinio Granados, Lorca, & Dian. I. part. tract. 6. quæst. 5. §. Nec opinio, &c. qui illos citat afferentium, quod si haec notabilis quantitas ablata per parva furtæ, iam consumpta est, non datur obligatio restituendi, si acceptor non est factus diutor; rationem dat Torrecill. hic, num. 46. ex eo, quod damnata propositio cum hac limitatione non loquitur; sed ea opinio, et si damnata non maneat, quod difficile mihi videtur, proxime accedit: nam supponimus furem mala fide accepisse, malaque fide consumpsisse; quo ergo

dignum, & via pateret pluribus iniustitiis, ortis ex eo, quod in causa propria iudices essent, quod est absurdum.

699 Non damnatur hic 1. quod si famuli, aut famulæ coacti obligantur, ex aliqua rationabili causa ex parte iplorum, ad famulandum tali domino, qui ex iudicio prudentis viri (non famulorum, quia hoc damnatur) non tribuit illis competens salaryum, iuxta eorum opera, occulte se compensare poterunt.

2. Non damnatur, quod docet Curs. Moral. tom. 3. tract. 13. cap. 1. punct. 19. num. 316. & 317. nimis, quod si famulus necessitate compulsus, & ne illam commoditatem amitteret, pactum fecit cum domino minus iusto, retenuta intentione non cedendi iusto salario, vel etiam si intenderet cedere, fuit pactum manifestè iustum, vel si heris occupat famulum horis non assuetis, vel ministeriis alijs, quam conventum fuit, se compensare iudicio viri prudentis poterit, si dominus non compensat; vide Hozes hic, n. 11. 12. & 13.

700 Vnde infero, quod licet non sit datum, vt ait Filgueir. num. 129. absolute asserere, quod ex iudicio alterius viri prudentis, & docti possint famuli se compensare pro maiori labore, quam est merces ab ipsis recepta; tamen valde cautè inspicendum est: quia præter circumstantias dictas, raro accidet, quod rectè famuli compensentur, si attentè inspiciatur:

tum, quia sicut merces iuste emuntur infimo vulgari pretio; & abundantia minuit valorem eorum, & vltreæ offertæ in tertia parte vilesunt; vt inquit Caiet. 22. quæst. 77. art. 1. & Lessius, lib. 2. cap. 21. num. 33. sic labor famulorum ad hanc proportionem inspiciendus est, & ex eorum abundantia, et si se invitent ad serviendum, & insuper si cum iusto, quamvis infimo pactarunt.

Quæres: vtrum possit compensari famulus, qui dubitat, an salaryum accedit ad infimum?

701 Respondeo: quod si dubitat negativè, hoc est, suspensus manet absque assensu pro aliqua parte, certum est, compensari non posse: nam cum dubium sit de incerto, non est licitum recuperare rem, vt mihi debitam. Si autem dubitat positivè, id est, opinatur non esse eius salaryum ad minus infimum, non videtur improbatum, recompensari posse, vt iam cum Prado dicam: ego vero cum Molina, tom. 2. tract. 2. disp. 506. & pluribus aliis affirmo, recompensari non posse, verba Molinæ sunt: si luce clarius non constat, mercedem constitutam, attentis omnibus circumstantijs concurrentibus, limites infimi pretii egredi, ac proinde iniustum esse aperte, iniustum non esse iustum tandem, non solum in exteriori, sed neque in foro conscientie: ac proinde nihil amplius, vel exigere, tanquam sibi debitum, vel si ei non concedatur, accipere occulte posse tam famulum de bonis domini in

com+

compensationem suorum obsequiorum; ita affert Hozes hic, numer. 6.

702 3. Non damnatur, quod si dominus non tribuat famulo alimentum congruum iuxta suum statum, poterit famulus assumere illud ex bonis domini; quia vel propositio damnata non intelligit nomine salarii alimentum, vel et si intelligat, supponitur debere esse congruentè necessarium; ita Hozes, Torrecilla, 2 impres. num. 80. Corella, 8. impr. num. 745.

Nota hic primo, quod si dominus non solvit famulo salaryum iustum, aut aliud certum debitum, potest famulus, si aliud medium cum domino pacificum non superbit se compensare: quia de hoc debito, vt constat, non loquitur propositio.

703 Nota 2. quod si Confessor audit à poenitente famulo quod practicavit, quod affirms propositio; & iudicat non excessisse in compensatione, attento labore ipsius famuli in utilitatem domini, ad quem ille non tenebatur; quamvis illum severè reprehendere debet, & siadere non esse licitum illi hoc ex suo iudicio facere, non obliget ei ad restitutionem, ad minus integrum.

704 Nota 3. quod vt furta famulorum sint restitutione obnoxia, debet eorum quantitas maior esse, vt in quarta parte, proportione servata, in modis furandi, aut vnica vice quantitatem gravem, aut per parvas materias, quæ moraliter vniuntur, & acce-

dunt ad gravem, quæ vt talis sit duplo maior debet esse; & consequenter in famulis per aliam quartam partem maior. Quæ ita prudentialiter proponuntur ad Confessorum praxim; vide sequente in propositionem, & forum conscient. tract. 1. cap. 9. §. 5. num. 391. & 392.

705 4. Non damnatur opinio Sanchez, in consil. 41. lib. 1. cap. 7. dub. 3. num. 4. affirmantis, quod fartoress possunt servare sibi fragmenta, quæ supersunt, et si magna. Ratio quare hic non damnatur est, quia propositio loquitur de famulis, & fartoress non veniunt nomine famuli; sed contra hoc assertum invenit Villal. tom. 2. tract. 25. diffic. 13. num. 6. & rationabiliter: quia nulla firma ratio pro illa datur, & sic nullatenus admitto. Et solum concedo cum illo, quod possunt fragmenta ex concavis materiae vestis sibi servare; licitum tamen erit emere à fartoress Magistris fragmenta magnæ quantitatis, non ab officialibus, quia præsumi debet licite illa habere.

706 Vtrum autem cum æquali opinioni probabili, quod alter mihi debeat, vel non, possim me occulte ab illo compensare? Negativè respondendum est: quia in dubio non est alter spoliandus possessione sua, exceptis aliquibus casibus, quos affert Curs. Moral. tom. 3. tract. 13. cap. 1. punct. 19. §. 3. num. 321. Si autem probabilius est mihi debere, quam non debere, probabile est,

mc

Sentiendum est, non esse licet furari in gravi necessitate: quia ita declarat Innocent. Ratio est: nam in praxi erat illa licentia propositionis maximè perniciosa; cum vnuquisque necessitatem patiens, pro suo captu gravem esse iudicaret.

689 Non damnatur 1. quod laborans extrema necessitate, vel alius pro illo, possit alienum assumere: quia pro tunc ius habet ad illud.

2. Quod in necessitate media, seu gravissima, possit quis licet assumere præcisæ necessaria: sed pro iudicanda in praxi hac necessitate consulendi sunt docti,

An autem sit gravissima, summa verecundia nobilis in petendo, vel periculum certum, se viuis tradendi, vel in desperationem veniendi? Vide Dianam affirmantem 2. part. tract. 17. resol. 29. & 5. part. tract. 8. res. 24. ubi adhuc se extendit, & Serran. apud Cursum, num. 39. & Torrecill. hic, num. 75. & 85. annuentem.

690 Notandum 1. quod licet Confessor admonere debet poenitentes debita licet contracta non solventes, ut solvantur, non ex illis deneganda absolutio, quamvis debita detineant; dummodo animum non habeant ea detinendi, absque gravi causa, vique ad mortem, vel non sit creditor in gravi necessitate; ita docet Lugo de iustit. disp. 20. sect. 9. num. 214. Prado, cap. 17. quest. 7. num. 3. Trullenc. lib. 7. cap. 24. dub. 10.

num. 4. Curs. Moral. tract. 13. cap. 1. punct. 13. à num. 255.

691 2. Notandum, quod si debita illicitè contracta sint, & poenitens, dum potuit, restitucionem detinuit, non est absolvendus, donec restituat, si nunc potest, dummodo semel, & iterum in aliis confessionibus admonitus fuerit. Lugo, num. 213. vide proposit. 60.

Sed adverte, quod si poenitens per partes restituere vult propter suam utilitatem, absque gravi creditoris incommodo, potest Confessor illum absolvere, si in deneganda absolutione nullus speratur fructus, sed potius dampnum timetur; quia probabile est, quod taliter restituere potest. Diana, 3. part. tract. 6. res. 5. cum Navarr. & Angelo.

692 Non damnantur hic ex Torrecill. in praesenti sequentes opiniones: Prima, quod debitor, sive ex mutuo, sive ex contractu, non tenetur in gravi necessitate solvere debita, sed differre ea posse, etiamsi creditor in eadem sit necessitate; sed cum eodem Torrecilla, num. 78. non admitto eam: Secunda, quod licet auferre possum ab eo, cui scio gratum est mihi dare, licet illi displaceat modus occultè subripiendi; quia sufficit, quod substantia operis sit ex beneplacito amici.

693 3. Ex Dian. assertente in 5. part. tract. 13. resol. 98. & in 6. part. tract. 4. res. 14. & in 7. part. tract. 7. res. 11. cum aliis, esse licitum, cuilibet Christiano sub-

Subripere Mauris, & Turcis, quemcumque bona possit, & in quemcumque sint quantitate, iure belli; quod semper inter illos, & nos viget. Et hoc ex tacito consensu, & licentia Principum Christianorum, nisi in casu concordiae, vel salvo conductu.

694 Ex dictis sequitur, quod licet Christiani captivi in extrema necessitate non sint; tamen si se, ut ab Infidelium captivitate reddimant, occurrit occasio illis accipiendi occultè ab aliquo Christiano divite necessaria pro eorum redemptione, facere id possunt, quin huic contraveniant damnationi: quia necessitas hæc, et si non extrema, ad minus gravissima est, tangens in privatione boni communis, ut est privatio libertatis.

695 Inquires: Vtrum quis obligetur restituere, quæ in extrema necessitate accepit, si ad prosperam, seu mediocrem fortunam se restituit?

Iuxta duplarem opinionem respondeo, una affirmat: quia si accipiendo à mutuo, posset suam reparare miseriam, eo modo accipere debet, cum obligatione reddendi, si potest: altera negat, quia ius ad id, quod accepit habebat, cum bona omnia naturæ sint.

696 Et licet Caspensis apud Torrecilla, num. 90. distinguat, quod si tunc cum accepit, non habebat, nec formaliter, nec virtualiter unde redderet, non tenetur restituere: quia sua accepit; si autem bona habebat, sed

impeditus eorum usus, ut si erat in carcere, vel captivus, tenetur restituere; sed vide forum consci. tract. 2. cap. 9. §. 1. punct. 2. n. 359.

### TRIGESIMA SEPTIMA propositio.

FAMILIÆ ET FAMILIÆ DOMESTICÆ possunt occultè suis beris subripere ad compensandam operam suam, quam maiorem iudicant salario, quod recipiunt.

Damnata.

### EXPLANATIO.

697 **S**entiendum est, non posse famulos, & famulas domesticas aliquid subripere à dominis suis ad compensandam operam suam, quam maiorem iudicant salario, quod recipiunt: quia ita declarat hic Innocent.

In quo supponendum, quod sicut in pretiis mercium, ita in famulorum salarijs datur supremum, medium, & infimum, attra in illis statuendis consuetudine, seu stylo Provincia, Regionis, aut loci; omnia que ista iuxta sunt; unde famulus, qui cum domino convenit in infimo, debet illo contentus esse: quia iuste pactavit, et si minori infimo, cedens iuri suo, etiam contemptus debet esse.

698 Ratio est: nam opinio damnata ianuam aperiebat, ut saepè saepius iudicarent famuli laborem suum maiori mercede esse di-

ergo à restitutione liberabitur pri-  
vilegio, si eo solus gaudet, qui  
bona fide consumpsit, non factus  
ditior.

### TRIGESIMA NONA propositio.

**QVI ALIVM MOVET, AVT**  
*inducit ad inferendum grave dam-  
num tertio, non tenetur ad resti-  
tutionem illius damni illati.*

Damnata.

### EXPLANATIO.

715 **S**entiendum est, quod  
qui alium movet, aut  
inducit ad grave damnum alteri  
inferendum, tenetur ad restitu-  
tionem damni sequenti: quia ita de-  
clarat hic Innocent.

716 Sed advertendum: 1.  
quod vt teneatur inducens, aut  
movens, debet eius motio esse  
efficax, id est, quod ea non posita,  
non sequeretur damnum, vnde  
qui movet iam paratum ad  
executionem, non tenetur; quia  
eius motio non est efficax.

Et quando ex quinque suffra-  
giis ad electionem, vel diffinitio-  
nem aliquam, tres ex illis iniuste  
dederunt suffragia, non tenentur  
alii duo sequeates ad damnum  
sequutum, quamvis pro eodem  
motivo, seu materia, sua prae-  
beant: quia supponunt damnum  
causatum; Caspens. tract. 18. dis-  
put. 1. sect. 9. §. 2. num. 97.

717 2. Quod hic influxus in-  
telligitur moralis, & multiplicitè  
potest esse, vel imperando, vel

consulendo, vel fovendo, &c.

Qui autem phisice concurrit  
cum alio ad opus damnosum, te-  
netur restituere, etiam si alter iam  
esset paratus, partem damni illi  
correspondentem, vel totum in  
defectum alterius; vide Curs. Mo-  
ral. tom. 3. tract. 13. cap. 1. punct. 5:  
§. 5. num. 146.

Illa versicula includunt oratione  
morale concursum.

*Iussio, Consilium, Consensus, Palpo;*  
*Recursus,*  
*Participans, Mutus, non Obstans;*  
*non Manifestans.*

718 In quibus omnis nodus  
moraliter concurrendi includitur,  
sive positive, sive negative; sex  
primi positive concurrunt, & tres  
ultimo negative; intelligitur quan-  
do datur obligatio iustitia, lo-  
quendi, obstanti, aut manife-  
standi; nam si non defendo per-  
sonam proximi, aut ipsius bona,  
cum ex iustitia non debeo ex ali-  
quo officio, ex pacto sumpto, vel  
ad quem ego me obligavi, non  
teneor ad restitucionem, et si con-  
tra charitatem, aut alias virtutes  
peccem.

719 3. Quod intelligitur  
hoc in damno cuiuscumque ge-  
neris boni, sive famæ, honoris,  
aut fortunæ.

Et de damno, non quomodo-  
cumque, sed de illato, contra  
ius alterius, id est, cum iniuria,  
seu præjudicio, vt ait Lumbier,  
num. 1902. nam qui vritur iure  
suo, & ex eo oritur damnum pro-  
ximo, non tamen facit illi iniuri-  
am, seu præjudicium, vt qui

suam vineam rigat iure suo vten-  
do, ex quo vineam proximi irri-  
guia mansit, non fecit illi iniuri-  
am, aut præjudicium, et si dam-  
num occasionavit; & Iudex sus-  
pendens reum, damnum illi cau-  
savit, sed iniuriam non fecit, quia  
vritur iure suo.

720 Ex quo sequitur, quod  
omnes opiniones, quæ liberant à  
restitutione damni illati; ex eo,  
quod probant non dammare, qui  
intulit illud ius alterius, nou com-  
prehenduntur in hac damnatione;  
cum propositio supponat dam-  
num iniuste causatum. Et minus  
comprehenduntur, quæ nullum  
agnoscunt damnum sequutum ex  
illicita acceptione alterius, quam-  
vis iniuriosa, v.g. illa, quæ asser-  
it, quod ille, qui per vim co-  
gnovit virginem (& idem à fortio-  
ri dicendum est de illo, qui ad id  
induxit) qua postea contraxit ma-  
trimonium ita felicitè, ac si tale  
non accidisset, non obligatur stu-  
prator ad aliquid restituendum,  
cum nullum sequutum fuerit dam-  
num; nam restitutio in isto casu  
pro orto damno faciendum esset,  
non pro violatione claustrorum, aut  
pudicitiae; quia integritas perdita  
inestimabilis, & irreparabilis est;  
sic Torrecilla hic, numer. 33. vi-  
de cum.

721 4. Advertendum ad or-  
dinem, quo causæ obligantur ad  
restitucionem, vt sciatur, quæ, &  
quomodo obligatae sunt. Hic er-  
gò ordo servandus est: primò lo-  
co tenetur restituere, qui possidet  
rem ablatam, vel in proprietam vi-

722 Consulens autem, etiam-  
si revocet consilium, tenetur, si  
Consiliarius ob consilium per-  
petravit damnum; probabile tamē  
est, quod si illud revocavit ita ef-  
ficacibus rationibus, ac præstitit  
illud, non teneri, etiam si exequatur  
Consiliarius damnum; quia  
fecit quantum debuit; ita Laim.  
lib. 5. tract. 5. 2. part. cap. 2. nu-  
mer. 7. Thom. Hurtad. de cens. in  
commun. dif. 15. num. 67. Curs.  
tom. 2. tract. 10. cap. 1. punct. 12.  
num. 115. & 158.

723 In praesenti reprehendendi severiter veniunt intercessores, seu Advocati, id est, qui se interponunt nimia instantia, ut inclinent voluntatem Iudicis, Praefidis, aut illius, cui ex Magistratu, aut officio incumbit officia, seu dignitates pro merito, & dignitate, & aptitudine ad munia suscipienda: ut tribuant, vel distribuant illis, vel inter illos, pro quibus supplicant; nam saepè saepius ea occasione indignis dantur, aut minus dignis, relictis meritissimis, & apertissimis ad munera, aliquando bonum commune conductentia, seu respiciencia; & restituere tenentur damna sequuta digno, aut bono communi.

724 Et idem dic de instantiis importunis, quibus vna pars, aut aliquis singularis Capituli, Congregationis, aut Consilii Regis inflectit voluntatem alterius partis Capituli, ut suffragium dent pro illa persona, aut materia, pro qua se interponunt: nam hoc si effet, sequutum est, & ius alterius laedit, ad restitutionem tenetur infector iuris lassus, & damni sequuti: vide ad hæc Lumbier, numer. 1904. & 1905. dixi: *Etiam damni illati;* & intelligitur, dummodo damnum præviderint, cum ius laudebant; nam vt docet Machado, tom. 1. lib. 2. part. 3. tract. 21. docum. 2. num. 5. cum quis damnum grave causavit, etiam ex actione iniusta, seu illicita; si illud damnum non intendit, nec prævidit, non tenetur ad damni reparationem.

735 Advertendum tamen, quod si actio ex se iniusta est, & directè laedit ius alterius; aliud est iniustitia actionis, aliud damnum sequutum ex iniusta actione, v.g. subripuiti Petro centum ducata, quæ habebat pro reparanda domo, vel pro familia sustentanda, &c. centum ergo ducata restituere debes; damnum autem sequutum, si non prævidisti, dum furasti, non teneris ad restitutionem ex hac opinione, quæ ad minus hic damnata non est; ita Torrecilla in praesenti, num 15. qui aliud adducit exemplum de latrone, qui ingreditur domum ad furandum; & inadvertenter, & præter intentionem eam incendit; quia ad hunc damnum non tenetur.

726 Quæres 1. cum Hozes, num. 11. An qui dubitat, si suo influxu, seu motione fuit causa efficax damni, teneatur ad restitutionem?

Respondeo, quod debet prudenter diligentiam adhibere, ut à dubio exeat; & si post factam, manet adhuc in dubio, ad nihil obligatur: *Quia in dubio melior est conditio possidentis;* sic D. Thom. 2. 2. quæst. 62. artic. 7. Bonacini. disp. 1. de restitut. quæst. 2. punct. 4. num. 1. contra alios, quos citat Machado, tom. 1. lib. 2. part. 3. tract. 21. docum. 6.

727 Quæres 2. An qui alios suo pravo exemplo induxit ad proximi damnum, teneatur restituere? Ut si furarunt, eo quod cum furantem viderunt?

Respondet Bonacini. negative, &

& etiamsi pravum exemplum præbeatur animo alios inducendi ad malum: quia animus internus nequit in opere addere, quod ex se non habet; ita Curs. Moral. de restit. tract. 13. cap. 1. punct. 3. num. 114. qui addit: *Extendunt Sanchez, & Salas de legibus, disp. 14. sect. 2. id ad Episcopos, & Prelatos, quorum exemplo alii inducuntur ad furta, homicidia, murtherationes, vel alia damna: qui a non incunbit ipsis ex officio bonis temporalibus subditorum attendere, sed spiritualibus doctrinis pascendo, & Sacraenta ministrando.*

728 5. Est advertendum, quod obligatio restitutionis solum oriatur ex actionibus, vel omissionibus contra iustitiam commutativam; & tunc fit, cum damnificatur ius alterius; & his suppositis, resolvitur quod.

729 Non damnatur hic 1. assertere, quod non obligatur ad restitutionem, qui inducit ad damnum proximi contra alias virtutes. Vnde qui avertit alium à ieunio, ab abstinentia carnium, ab auditione Missæ, à recitando, vel etiam ab operibus charitatis, pietatis, & misericordiae, non tenetur ad restitutionem damni sequuti, si præcisè ex his titulis talia opera debentur; ut qui impedivit Medicum à curatione infirmi pauperis, vel alium, ne defendat ab aggressoribus, quem ipsi occidunt, aut ne extinguat incendium domus alterius, non obligatur ad damna ex morte, vel incendio sequuta.

730 Idem dicendum est de

operibus liberalitatis; vnde, qui absque dolo, & fraude detinuit alterum rationibus, seu blanditiis, aut donis, à largitione muneris, ab eleemosina danda, à legato, vel hæreditate relinquenda, non tenetur restituere, quod sua causa non fuit largitum, etiamsi ex odio id fecerit; si autem dolo, aut fraude quis avertit alium à liberalitate, tenetur restituere; nam quilibet habet ius, ne aliquis fraude, & mendaciis impedit benefactorem ab ipsius beneficiaria. Sanchez, lib. 2. consil. cap. 1. dub. 49. num. 27.

731 2. Non damnatur assertare, quod non obligatur ad restituendum Fisco poenas ille, qui impedivit ante sententiam Iudicis, ne illi darentur, etiamsi sententiam impedit dolo, & fraude. Ratio est: quia ante sententiam in sui favorem, non debentur ei; ita Sanchez, lib. 2. Summ. cap. 22. numer. 22. & omnia hæc videri possunt in Lugo de iustit. disp. 18. sect. 5. Villalob. tract. 11. diffic. 44. & in Curs. Moral. tract. 13. cap. 1. punct. 4. & in Lessio, lib. 2. cap. 11.

3. Non damnantur opiniones, quæ à restitutione excusant, ex eo quod in tali, vel tali circumstantia assentient, non fuisse efficaciter causatum damnum ab influxu morali; nam damnata propositio efficacem concursum supponebat.

732 Vnde non damnatur opinio affirmans, quod qui induxit alium paratissimum ad executionem damni, vt illud citius execu-

L 2 tio-

723 In praesenti reprehendendi severiter veniunt intercessores, seu Advocati, id est, qui se interponunt nimia instantia, ut inclinent voluntatem Iudicis, Praefidis, aut illius, cui ex Magistratu, aut officio incumbit officia, seu dignitates pro merito, & dignitate, & aptitudine ad munia suscipienda: ut tribuant, vel distribuant illis, vel inter illos, pro quibus supplicant; nam saepè saepius ea occasione indignis dantur, aut minus dignis, relictis meritissimis, & apertissimis ad munera, aliquando bonum commune conductentia, seu respiciencia; & restituere tenentur damna sequuta digno, aut bono communi.

724 Et idem dic de instantiis importunis, quibus vna pars, aut aliquis singularis Capituli, Congregationis, aut Consilii Regis inflectit voluntatem alterius partis Capituli, ut suffragium dent pro illa persona, aut materia, pro qua se interponunt: nam hoc si effet, sequutum est, & ius alterius laedit, ad restitutionem tenetur infector iuris lassus, & damni sequuti: vide ad hæc Lumbier, numer. 1904. & 1905. dixi: *Etiam damni illati;* & intelligitur, dummodo damnum præviderint, cum ius laudebant; nam vt docet Machado, tom. 1. lib. 2. part. 3. tract. 21. docum. 2. num. 5. cum quis damnum grave causavit, etiam ex actione iniusta, seu illicita; si illud damnum non intendit, nec prævidit, non tenetur ad damni reparationem.

735 Advertendum tamen, quod si actio ex se iniusta est, & directè laedit ius alterius; aliud est iniustitia actionis, aliud damnum sequutum ex iniusta actione, v.g. subripuiti Petro centum ducata, quæ habebat pro reparanda domo, vel pro familia sustentanda, &c. centum ergo ducata restituere debes; damnum autem sequutum, si non prævidisti, dum furasti, non teneris ad restitutionem ex hac opinione, quæ ad minus hic damnata non est; ita Torrecilla in praesenti, num 15. qui aliud adducit exemplum de latrone, qui ingreditur domum ad furandum; & inadvertenter, & præter intentionem eam incendit; quia ad hunc damnum non tenetur.

726 Quæres 1. cum Hozes, num. 11. An qui dubitat, si suo influxu, seu motione fuit causa efficax damni, teneatur ad restitutionem?

Respondeo, quod debet prudenter diligentiam adhibere, ut à dubio exeat; & si post factam, manet adhuc in dubio, ad nihil obligatur: *Quia in dubio melior est conditio possidentis;* sic D. Thom. 2. 2. quæst. 62. artic. 7. Bonacini, disp. 1. de restitut. quæst. 2. punct. 4. num. 1. contra alios, quos citat Machado, tom. 1. lib. 2. part. 3. tract. 21. docum. 6.

727 Quæres 2. An qui alios suo pravo exemplo induxit ad proximi damnum, teneatur restituere? Ut si furarunt, eo quod cum furantem viderunt?

Respondet Bonacini. negative, &

& etiamsi pravum exemplum præbeatur animo alios inducendi ad malum: quia animus internus nequit in opere addere, quod ex se non habet; ita Curs. Moral. de restit. tract. 13. cap. 1. punct. 3. num. 114. qui addit: *Extendunt Sanchez, & Salas de legibus, disp. 14. sect. 2. id ad Episcopos, & Prelatos, quorum exemplo alii inducuntur ad furta, homicidia, murtherationes, vel alia damna: qui a non incunbit ipsis ex officio bonis temporalibus subditorum attendere, sed spiritualibus doctrinis pascendo, & Sacraenta ministrando.*

728 5. Est advertendum, quod obligatio restitutionis solum oriatur ex actionibus, vel omissionibus contra iustitiam commutativam; & tunc fit, cum damnificatur ius alterius; & his suppositis, resolvitur quod.

729 Non damnatur hic 1. assertere, quod non obligatur ad restitutionem, qui inducit ad damnum proximi contra alias virtutes. Vnde qui avertit alium à ieunio, ab abstinentia carnium, ab auditione Missæ, à recitando, vel etiam ab operibus charitatis, pietatis, & misericordiae, non tenetur ad restitutionem damni sequuti, si præcisè ex his titulis talia opera debentur; ut qui impedivit Medicum à curatione infirmi pauperis, vel alium, ne defendat ab aggressoribus, quem ipsi occidunt, aut ne extinguat incendium domus alterius, non obligatur ad damna ex morte, vel incendio sequuta.

730 Idem dicendum est de

operibus liberalitatis; vnde, qui absque dolo, & fraude detinuit alterum rationibus, seu blanditiis, aut donis, à largitione muneris, ab eleemosina danda, à legato, vel hæreditate relinquenda, non tenetur restituere, quod sua causa non fuit largitum, etiamsi ex odio id fecerit; si autem dolo, aut fraude quis avertit alium à liberalitate, tenetur restituere; nam quilibet habet ius, ne aliquis fraude, & mendaciis impedit benefactorem ab ipsius beneficiaria. Sanchez, lib. 2. consil. cap. 1. dub. 49. num. 27.

731 2. Non damnatur assertare, quod non obligatur ad restituendum Fisco poenas ille, qui impedivit ante sententiam Iudicis, ne illi darentur, etiamsi sententiam impedit dolo, & fraude. Ratio est: quia ante sententiam in sui favorem, non debentur ei; ita Sanchez, lib. 2. Summ. cap. 22. numer. 22. & omnia hæc videri possunt in Lugo de iustit. disp. 18. sect. 5. Villalob. tract. 11. diffic. 44. & in Curs. Moral. tract. 13. cap. 1. punct. 4. & in Lessio, lib. 2. cap. 11.

3. Non damnantur opiniones, quæ à restitutione excusant, ex eo quod in tali, vel tali circumstantia assentient, non fuisse efficaciter causatum damnum ab influxu morali; nam damnata propositio efficacem concursum supponebat.

732 Vnde non damnatur opinio affirmans, quod qui induxit alium paratissimum ad executionem damni, vt illud citius execu-

L 2 tio-

164 Propositiones damnatae ab Innocentio IX.

tioni mandet, non obligatur ad restitutionem, quia non movet ad substantiam damni, ita Laiman, lib. 3. sect. 5. tract. 2. cap. 5. n. 3. Dian. 3. part. res. 47. & alii.

QVADRAGESIMA  
propositio.

**C O N T R A C T U S M O H A T R A**  
licitus est, etiam respectu eiusdem  
personæ, & cum contractu re-  
trevenditionis, præviè innito,  
cum intentione lucri.

Damnata.

**E X P L A N A T I O .**

733 **S**Vpponendum est, quod contractus Mohatra datur quando, qui non inveniens pecunias, quibus eget, ad mututum, accedit ad mercatorem, vel artificem, vulgo, *Pastero*, & ab eo mercedem, sive vasa aurea emit, pretio supremo vulgari, vel cum valore artificii, vulgo, *con las becuras*, dilata solutione, vulgo, *al fiado*; & statim vendit ille, vel ipsi mercatori, sive artifici, vel alii viliori pretio, vel sine valore artificii, vulgo, *sin las becuras*, numerata pecunia, vulgo, *por di-  
nero de contado*.

734 Contractus ergo iste absque alio pacto factus non est damnatus: quia non appetit titulus iustitiae, cum absque dolo, & fraude (vt supponitur) venditur res, & revenditur voluntarie intra iustum pretium, & si res, quæ revenditur, est vas aureum, tradi-

tur sine valore artificii eorum arti-  
ficibus, secundum primum recep-  
tam; ita Toletus, lib. 5. cap. 31.  
num. 30. Lessius, lib. 2. cap. 11.  
dub. 16. num. 130. relegandus ta-  
men erat praedictus contractus.

Sentiendum ergo est, contra-  
ctum *Mohatra* respectu eiusdem  
personæ, & cum contractu de re-  
trevendendo prævie innito cum  
intentione lucri, esse illicitum: quia  
ita declarat hic Innocent.

735 Ratio est: tunc, quia est  
vusra palliata, ac implicita mutua-  
tio, qua artifex dat, v. g. centum  
emptri, vt iste postea reddat centum & viginti artifici; vide infra  
num. 740. tunc, quia talis opinio  
damnata viam ostendit fraudibus;  
ita communiter.

Inquires: An ille, qui moha-  
tram fecit absque pacto aliquo ex-  
teriori revenditionis, intentione  
tamen emendi viliori pretio rem  
ab ipso vendita, licite faciat.

736 Respondeo, non videri  
damnatum id concedere: quia re-  
vera hic non intervenit contra-  
ctus revenditionis, quem damna-  
ta propositio ponit: ergo ex vi  
decreti damnata non videtur. Non  
tamen admitto eam opinionem,  
sed falsam assero, cum ibi detur  
vusra mentalis, et si palliata con-  
tractu emptionis, & revenditionis;  
ita Hozes in præsent. n. 12. cum Ca-  
riet. & Navarr. in Man. cap. 17. qui  
ait, quoniam eo ipso animus illius  
esset, mutuum pecunia ea via pal-  
liare, ex quo incrementum illud  
ultra sortem acciperet.

Nota 1. cum Hozes, num. 13.  
quod

165 Propositio Quadragesima.

quod in Regno Portugallæ datur  
lex, vt affert Molin. apud illum,  
quod vendens ad creditum mer-  
cem aliquam, cui constat emere  
ad iterum vendendum infimo pre-  
cio, eo ipso actionem amittat re-  
cuperandi pretium; sed ista lex in-  
telligenda est de illo, qui pacto  
retrovendendi vendit.

737 Nota 2. cum eodem,  
num. 14. & Torrecill. n. 22. quod  
in Castella datur lex, leg. 29. ti-  
tul. 4. Recop. 3. contra mohatram  
facientes poenam fulminans per-  
ditionis pretii rei ad mohatram  
venditæ, & amissionis officiorum;  
sed ista lex intelligitur communi-  
ter de mohatrantibus cum pacto  
retrovenditionis; vt aiunt Hozes,  
& Torrecilla citati.

QVADRAGESIMA PRIMA  
propositio.

**C V M N V M E R A T A P E C U N I A**  
pretiosior sit numeranda, & nullus  
sit, qui non maioris faciat pecuniam  
præsentem, quam futuram, potest  
creditor aliquid ultra sortem a  
mutuariario exigere, & co-  
tulo ab vusra excusari.

Damnata.

**E X P L A N A T I O .**

748 **S**entiendum est, non  
esse titulum iustum,  
vt mutuans accipiat  
ex mutuo lucrum, quod pecunia  
numerata sit pretiosius, quam fu-  
tura: quia ita declarat Innocent.  
dum contrarium damnat. Ratio

est: nam est vusra, quæ intrinse-  
cè mala est, ad cuius intelligen-  
tiæ.

Advero 1. quod mutuum est  
contractus in quo traditur res vlsru  
consumptibilis, qualis est pecunia,  
oleum, vinum, triticum, &c. quoad dominium, & vsum, sub  
obligatione postmodum, similem  
in specie reddendi in numero, aut  
mensura.

739 2. Quod vusra est, *Lucrum*  
*ex mutuo immediatè proveniens*,  
quæ quidem intrinsecè mala est;  
quia nullus est titulus, propter  
quem mutuans aliquid supra for-  
tem recipiat ex mutuo, et si aliquis  
effet maxime vrus rei mutuatae,  
sed hic non: tunc, quia vrus in re-  
bus consumptilibus ipso vlsru, non  
distinguitur in valore ab ipsa rei  
substantia: ergo reddendo ean-  
dem in specie rem, nihil aliud de-  
betur: tunc, quia propter ratio-  
nem nuper dictam, transfertur in  
mutuo dominium rei mutuatae in  
mutuariatum: ergo iste vtitur re-  
sta, & consequenter pro illo vlsru  
non debetur pretium, vt patet.

740 Vnde sequitur, esse con-  
tra iustitiam accipere pretium pro  
eo, quod est de intrinseca ratione  
mutui; & cum de intrinseca illius  
ratione sit, quod mutuans pro ali-  
quo tempore privetur re mu-  
tuata, non poterit pro illo lucrum re-  
cipere; & sic intelliges, esse con-  
tra ius naturale aliquid in mutuo  
ultra sortem accipere; & insuper  
contra ius Divinum per illud Levi-  
tici: *Non accipias à fratre tuo vsu-  
ras, nec amplius quam dedisti;* &  
ideò

ideò iusta ratione damnatur per ius Canonicum, *titulo de usuris, pluribus per ipsius testibus*, & non minus per ius civile. Hozes, num. 1. & 2.

741 Omne ergo quod pecunia aestimatur prohibitum est pro mutuo ultra sortem accipere; cum audis sortem, intellige quantitatem mutuatam, supra quam nihil debetur in mutuo; ideoque praeter illam nil aliud recipere potest mutuans à mutuatario, quod aestimetur pretio; & mutuatarius non obligatur solvere usuram, quam cum illo mutuans pactavit; quia iniustum pactum, nisi ut suam redimat vexationem, id facere vellit.

742 Dixi, quod pecunia, & pretio aestimetur: nam si pretio, aut pecunia non aestimatur, ut impone-re mutuatario, quod ex inde amici maneat, non damnatur: nam amicitia non est pecunia aestimabilis. Lumb. num. 1913.

Et notare oportet, quod usura aliquando est palliata, & tunc erit cum peragitur palliatione alterius contractus, ut in mohatra damnata, num. 735.

743 Non damnatur hic 1. quod sit licitum accipere pro oneribus non intrinsecis mutuo aliquid supra sortem, & pro illis per alterum contractum pacisci; & sic titulo transportationis, assecurationis, societatis, periculi perdendi capitale, difficultatis in recuperatione sortis, & alijs huiusmodi; ut pro lucro cessante, damno emergente aliquid ultra sor-

tem recipi à mutuante potest, notwithstanding de eo titulo mutuatario; nam omnes hi tituli extrinsecè ad mutuum habentur; vide huius materiae casus particulares in Cursu Moral. tom. 3. tract. 14. cap. 3. à punct. 5.

744 *Lucrum cessans* intelliges, quod causa mutuandi, non potuit mutuans cum sua pecunia lucrare, dummodo ad lucrandum pecunia destinata fuerit, aliter non. *Damnum emergens* est damnum sequutum ex mutuo; vt si ruinam domus non potuisti reparare ob defectum pecuniae mutuatae; unde sequutum fuit, maiorem passam fuisse ruinam; idem dic de vinea, seu oliveto, suo tempore ob carentiam sufficientiae non elaborato. *Periculum sortis*, dicitur difficultas, & pericula recuperandi debitum; quæ quidem experientia testante, plura eveniunt, quæ sèpè superari quasi non possunt. Torrecilla, tract. 5. de iustit. consult. 1. num. 47.

745 2. Non damnatur opinio affirmans, quod vendens ad creditum potest superare in pretio intra limites iusti, videlicet supremi, infimi, & mediij, v. g. si res valet ad centum in supremo pretio, & nonaginta quinque in medio, & nonaginta in infimo; potest res vendere ad creditum, vulgo, *al fiado*, centum, quam numerata pecunia, vulgo, *a luego pagar*, solum venderet nonaginta; nam hic iusto vendit pretio.

746 3. Non damnatur, quod absolute loquendo, possit quis in pre-

recio supremo excedere vendendo ad creditum mercem; nam plures sunt emptores pro emendis mercibus ad creditum, quam numerata statim pecunia; sed quando augmentur emptores, crescunt in pretio merces: ergo res ad creditum vendi potest ultra supremum vulgarem pretium. Hanc opinionem tenent plures Authores, quos adducit Thom. Hurtad. de iustit. & iure, tract. de contractib. disp. 2. dif. 5. & Machado, tom. 1. tract. 4. docum. 4. num. 4. & docum. 6. num. 1. fine.

747 Et si dixeris, quod in tali venditione datur usura palliata ex eo, quod idem est palliatè dare de præsentí centum, quos valet in supremo merces, pro centum & decem in annum, quæ est usura?

Respondeo, quod illi decem non dantur titulo mutui, sed quia res in ea circumstantia, quod plures sunt emptores, plus valet. Insper, quia dato cau, quod plus reciperetur iusto pro merce, non diceretur usura, sed lucrum ini- quam, vel iniusta venditio, sicut qui de presenti (utinam sic non es- set, vt pluries accidit) ultra iustum pretium exigenter, & acciperet;

vnde iudico cum Torrecilla, tract. 5. consult. 3. num. 37. non esse istam opinionem hic damnatam. Nullo tamen modo eam te-neo, quia obnoxia iniustitiae, & scandalo.

748 Inquires: quæ quantitas ultra sortem in mutuo exigenda erit pro titulis danni emergentis,

lucri cessantis, periculi capitalis, difficultatis recuperationis, &c. pro quo videbis Torrecilla, tract. 5. consult. 3. à num. 24. & à numer. 53. & solum dico, quod si celebrantur tres contractus impli- citè, aut explicitè, scilicet, societatis, assecurationis capitalis, & assecurationis moderati lucri (qui contractus probantur à pluribus, & praxis tenet) alius dabitur in præsenti titulus, ut aliquid ultra iustum pretium, vel si in pecuniis sit, supra sortem summatur, nimirum tradere pecuniam ad lucrum, quod vulgo dicitur, *dinero à diño*, quem contractum plures, ut lici- tum tenent, & experientia probat, seu approbat; & sustentat Bonaci de contract. disp. 3. quest. 3. p. 11. à num. 2. & Diana 1. part. tract. 8. ref. 30. cum Garcia, Sarmiento, Narbon, Maldero, & aliis, ita Torrecilla, num. 26. cum Lumb. & pro quantitate lucri accipendi, iudico esse maximè attendendum ad praxim, & stylum Provinciæ, aut loci; & ubi de eo, qui fuerint contractus, seu materia hoc non viget, consulendi sunt docti, pru- dentes, & pii.

749 Solum addo, quod opi- nio asserens, chirographa facile solutionis, & absque omnino prorsus periculo, aut damno, posse minoris emi numerata pecunia non damnatur hic, & plurimum Au- thorum maximè notæ est, Toleti, Sanchez, Sà, Diana, part. 1. tra- stat. 8. resolut. 49. quos vide apud citatum Curi. numer. 159. quia non constat certò, esse con-

tractum usurarium, tametsi ego nullatenus approbo.

QUADRAGESIMA SECUNDA  
propositio.

**V S V R A N O N E S T , D U M**  
ultra sortem aliquid exigitur, tanquam ex benevolentia, & gratitudine debitum, sed solum si exigitur tanquam ex iustitia debitum. Damnata.

E X P L A N A T I O .

740 **S**entiendum est, esse usuram exigere à mutuatario aliquid ultra sortem, et si solum ex benevolentia, & gratitudine debitum, non ex iustitia: quia ita declarat hic Innocent.

Ratio est: nam ex quocumque titulo exigatur à mutuatario aliquid ultra sortem, manet obligatio nis ille, & onus ei imponitur; sed hoc est contra intrinsecam rationem mutui: ergo contra mutuum est aliquid exigere ex quocumque titulo debitum.

751 **V**nde sequitur, quod mutuarius, qui ita cum mutuante pactavit, non tenetur solvere; cum ultra sortem non debeat aliquid, & quia iniustum pactum; nam et si contra iustitiam non sit, (quod speciem illius praefert, cum pactum interveniat) tamen gravamen imponitur, quamvis titulo fidelitatis, qui plus honoratos homines pungit, & acuit, ac titulus iustitiae, & plura inconve-

nientia parat: ita vt in diffidationes ruat, Lumbier, num. 1915. Hozes, num. 6. 7. & 10.

Et sic debet, vt usura damna ri, quod mutuans dicat serio mutuatario, tibi mutuo, vt mihi vi cissim in posterum, cum opus habeam, & tibi commodum erit, remutues, aut iusto pretio à me emas, aut meo molendino molas, aut agrum iusto pretio colas; modo tamen ad hoc non te obligem obligatione civile, sed solum gratitudinis, ita Filgueira in praesenti.

752 Dices: gratitudo post acceptum beneficium, seu convenientiam, bonum, & sanctum est: ergo pactum de hoc, bonum, & sanctum erit: quia quod ex se bonum, & sanctum est, licitum est de eo faciendo pactare?

753 Respondet Magist. Lumbier, num. 1915. quod gratitudo in sua linea expectata, & considerata, bona, & optima est; non tamen est bona vestita alia obligatione, seu contractu prohibito: nam pactum extrahit illam à linea sinceræ gratitudinis; sicut licitum, & bonum est, quod adulteri post mortem coniugis alterutrius, nubant, non tamen est bonum, quod viventibus coniugibus eorum, de hoc pactent; & plura sunt bona vt facta, non vt desiderata, v. g. bonum est, quod Deus Iudam damnet, sed non videretur bonum, quod antecedenter Christus sic desiderasset; vnde manet, quod plura sunt bona vt facta, non vt de illis pactum fiat, vt gra-

titudo; quia sic exiit à sua linea, sic Lumbier.

754 Non damnatur hic 1. as ferere, quod mutuans aliquid spe ret, perat, roget, impetrat, accipiat à mutuatario, nullo interveniente pacto, aut obligatione posita, ex aliquo titulo, præter dictos à num. 743.

Vnde licitum mutuanti est mutuare animo procurandi benevolentiam, & amicitiam mutuatarii, vt est mutuare officialibus, vt isti merces emant à mutuante, absque obligatione imposta, Hozes num. 2. Torrecilla, num. 4. sed in hoc cautella, & moderamine vtendum est: nam si quis ea instantia, & efficacia roget, vt quasi obliget mutuatario, vt aliquid adimpleat, seu promittat, timens ille, ne forte alia vice ei illum non mutuare, proxime accedit ad damnationem, maximè si hoc ante mutationem fiat; nam in ea exigentia, & excitatione involvitur pactum implicitè usurarium; cum ea donatio, seu promissio non sit libera mutuatario, ita Bañez 2. 2. quæst. 78. artic. 1. dub. 3. Lugo de iustit. disp. 25. sect. 4. num. 30. Filgueir. ibi.

755 2. Non damnatur, quod aliquis, v. g. Ioannes det Francisco ad mutuum aliquid, v. g. centum aureos, vt statim, hoc est, de praesenti, mutuet Franciscus Ioanni quinquaginta modios tritici; quia mutuum de praesenti non est pretio estimabile, & statim re mutuando, nihil oneris portat mutuarius; sic plures alii Authores.

Attamen, si ponatur conditio, quod mutuarius pro tempore futuro mutuet, est usura; quia iste obligatus manet ultra principalem sortem.

756 Inquires 1. An si mutuarius, quin pactus aliquis præcedat, mutuanti aliquid dat ultra sortem, & iste quasi debitum accipit, licite accipiat?

Respondeo cum communi negando, nam est usura mentalis: & restituere tenetur, quando manifestetur animus mutuarii, qui vt debitum tribuit; si usura mentalis solum fuit ex parte mutuantis, licet peccavit, dum in usura consentit, & quando eam accipit, non tenetur restituere, declarato animo liberali mutuarii; si vero mutuans accepit à mutuario iudicans ex gratia dare, cum ita non esset; & illud, quod recepit mutuans, non solum bona fide accepit, sed etiam bona fide insumpit, solum tenebitur cum id novit, restituere illud, in quo factus est dicitur, & haec communia sunt. Hozes, à num. 16.

757 Inquires 2. An si mutuarius aliquid ultra sortem tribuit mutuanti, timens, quod si non ostenditur munere gratus, iterum cum regeat non mutuabit ei, possit mutuans, qui hoc agnovit, licite accipere?

758 Respondeo cum Hozes, num. 20. & 21. quod licet Molin. tom. 2. disp. 303. asserat, mentalem esse in isto casu usuram; contraria tamen opinio negans hic usuram, probabilis satis est;

cum

cum ibi non interveniat pactus explicitus , nec implicitus : dummodo non præcedat ea instantia , & efficacia paulo ante dicta : nam si Episcopus tribuit Beneficium famulo , timens , ne illum deserat , videns suam absque fructu spem , non ideo Episcopus , aut famulus , nec vterque simoniam committit ; sic nec usura est , quando absque pacto aliquid ultra sortem a mutuatario mutuanti datur ; & ille timor non est ab extrinseco , sed ab intrinseco , proveniens ex necessitate ipsius mutuatarij , & voluntate accipiendo iterum mutuum .

Et notare debes pro his casibus , ubi solum mentalis usura intervenit , non loqui de illis damnata propositionem , sed quando datur pactus , vt ait Hozes , num. 24.

### QUADRAGESIMA TERTIA propositio.

*QVID NINON NISI VENiale sit detrahentis autoritatem magnam sibi noxiā , falso ermine elidere ?* Damnata.

### QUADRAGESIMA QUARTA propositio.

*PROBABLE EST , NON peccare mortaliter , qui imponit falsum crimen alicui , ut suam iustitiam , & honorem defendat ; et si hoc non est probabile , vix erit opinio probabilis in Theologia .*

Damnata.

### EXPLANATIO.

*N*ota , quod mendacium ita intrinsecè malum est , vt Deus illud , nec

dicere , nec honestare , nec facere bonum posset ; & cum ita essentialiter malum sit , ex genere suo solum est veniale ; & vt mortale sit , debet à sua linea exire , nimirum in materia gravi iniustitiae , Religionis , charitatis , &c. vel vt melius explicem , licet ex sua linea sit contra veritatem , numquam tamen dabitur , nisi circā aliquam verset materiam ; quia cum mendacium sit affirmatio , vel negatio de eo , quod non est , debet dati in aliqua materia mendaciter affirmata , vel negata , vt sit mendacium ; & sicut veritas est conformatio intelligentia cum re in aliqua materia , vt intellectui proposita ; sic mendacium est deformitas cum re , vt est in intelligentie , sit , vel non sit , ita in se ; viride iuxta gravitatem , vel levitatem materiae erit grave , vel leve mendacium ; si in materia gravi morali tangens charitatem Dei , vel proximi , lethale erit peccatum ; si in materia levi , vel quia indifferenti , vel quia leviter ludit , leve erit mendacium , leveque peccatum .

*760 Ex quo infero , Authores propositionum harum , attendentes tantum ad id , quod mendacium ex se non potest non præseferre , esseque contra mentem , peccatumque veniale , non attendere ad materiam , nimirum , an sit contra iustitiam , an solum contra charitatem , an contra Religionem ; nam si ludit ius alterius , & graviter contra iustitiam , est grave peccatum , si contra id , quod in*

in proximo debo servare , ex amore ad ipsum , contra charitatem ; si in iudicio cum iuramento nego , quod Iudici aperire tenor , vel falsum assero , contra Religionem ; & hoc ultimum semper lethale peccatum , etiā mendacium esset leve .

Iudicabant ergo prædicti Authores , non ledere graviter ius alterius obliicere proximo crimen falsum ob defensionem proprii honoris , & iustitiae , sed misere falluntur , & sic .

*761 Sentierendum est , esse mortale peccatum imponere falsum crimen alteri , ut nostram iustitiam defendamus ; quia ita declarat in his damnationibus Innocent.*

Ratio est : nam est mendacium in materia gravi , utpote contra iustitiam proximi : ergo mortale , quia grave , & falsum crimen imponitur proximo .

*762 Quo ergo motivo mundabitur à gravi malitia , cum ita sit intrinsecè malum ? Non ne ut impediatur infamatio mea ? Est namque faciendum malum , ut eveniat bonum ? Defendat se mediis licitis , ut iam dicam ; & intelligendum est hoc , tam intra , quam extra iudicium ; taliter , quod si intra iudicium , & iuramento firmatur falsum crimen , erit lethale peccatum , non solum contra iustitiam , sed etiam contra Religionem . Filgueir .*

Et consequenter , aliquem se infamare falso crimine , erit grave peccatum contra propriam chari-

tatem ; et si in alios redundet infamia , contra iustitiam , & etiam contra pietatem , si consanguinei fuerint .

*763 Non damnatur hæc in specie , quod possit quis impone re verum crimen detrahenti graviter , ut illius authoritas minuatur , & vt defendat suam iustitiam , & honorem . Vnde .*

Licitum est 1. Advocato , & reo opponere crimen occultum verum testi , vel accusatori ad enervandam eius accusationem , vel testimonium , ita Lefsius , lib. 2. cap. 31. dub. 1. Filliuc. tract. 40. cap. 9. quæst. 1. num. 259.

Sed hoc non admitto , nisi quatuor conditionibus concurrentibus ; prima , quod solum intelligatur de teste voluntario , non de illo , qui coactus per præceptum testificat de vero crimen .

*764 Secunda , quod solum de illo aperiatur illa crima , quæ ad se defendendum conductunt . Tertia , quod non detur alius modus se defendendi : Quarta , quod damnum , quod testi , vel accusatori imminet ex revelatione criminis , non sit maius , quam quod reo timetur , ita Thom. Hurtad. 2. part. resol. mor. tract. 6. cap. 8. resol. 14. num. 102. in fine ; sic Filgueira , Torrecilla , & alij explicant .*

*765 Licitum est 2. ex probabili opinione opponere proximo illos veros defectus , qui ad recuperationem famæ , vel ad impiendiendum , ne eam auferat , si iam incepit , ex se conducunt , v.g. obii ce .*

cum ibi non interveniat pactus explicitus , nec implicitus : dummodo non præcedat ea instantia , & efficacia paulo ante dicta : nam si Episcopus tribuit Beneficium famulo , timens , ne illum deserat , videns suam absque fructu spem , non ideo Episcopus , aut famulus , nec vterque simoniam committit ; sic nec usura est , quando absque pacto aliquid ultra sortem a mutuatario mutuanti datur ; & ille timor non est ab extrinseco , sed ab intrinseco , proveniens ex necessitate ipsius mutuatarij , & voluntate accipiendo iterum mutuum .

Et notare debes pro his casibus , ubi solum mentalis usura intervenit , non loqui de illis damnata propositionem , sed quando datur pactus , vt ait Hozes , num. 24.

### QUADRAGESIMA TERTIA propositio.

*QVID NINON NISI VENiale sit detrahentis autoritatem magnam sibi noxiā , falso ermine elidere ?* Damnata.

### QUADRAGESIMA QUARTA propositio.

*PROBABLE EST , NON peccare mortaliter , qui imponit falsum crimen alicui , ut suam iustitiam , & honorem defendat ; et si hoc non est probabile , vix erit opinio probabilis in Theologia .*

Damnata.

### EXPLANATIO.

*N*ota , quod mendacium ita intrinsecè malum est , vt Deus illud , nec

dicere , nec honestare , nec facere bonum posset ; & cum ita essentialiter malum sit , ex genere suo solum est veniale ; & vt mortale sit , debet à sua linea exire , nimirum in materia gravi iniustitiae , Religionis , charitatis , &c. vel vt melius explicem , licet ex sua linea sit contra veritatem , numquam tamen dabitur , nisi circā aliquam verset materiam ; quia cum mendacium sit affirmatio , vel negatio de eo , quod non est , debet dati in aliqua materia mendaciter affirmata , vel negata , vt sit mendacium ; & sicut veritas est conformatio intelligentia cum re in aliqua materia , vt intellectui proposita ; sic mendacium est deformitas cum re , vt est in intelligentie , sit , vel non sit , ita in se ; viride iuxta gravitatem , vel levitatem materiae erit grave , vel leve mendacium ; si in materia gravi morali tangens charitatem Dei , vel proximi , lethale erit peccatum ; si in materia levi , vel quia indifferenti , vel quia leviter ludit , leve erit mendacium , leveque peccatum .

*760 Ex quo infero , Authores propositionum harum , attendentes tantum ad id , quod mendacium ex se non potest non præseferre , esseque contra mentem , peccatumque veniale , non attendere ad materiam , nimirum , an sit contra iustitiam , an solum contra charitatem , an contra Religionem ; nam si ludit ius alterius , & graviter contra iustitiam , est grave peccatum , si contra id , quod in*

in proximo debo servare , ex amore ad ipsum , contra charitatem ; si in iudicio cum iuramento nego , quod Iudici aperire tenor , vel falsum assero , contra Religionem ; & hoc ultimum semper lethale peccatum , etiā mendacium esset leve .

Iudicabant ergo prædicti Authores , non ledere graviter ius alterius obliicere proximo crimen falsum ob defensionem proprii honoris , & iustitiae , sed misere falluntur , & sic .

*761 Sentierendum est , esse mortale peccatum imponere falsum crimen alteri , ut nostram iustitiam defendamus ; quia ita declarat in his damnationibus Innocent.*

Ratio est : nam est mendacium in materia gravi , utpote contra iustitiam proximi : ergo mortale , quia grave , & falsum crimen imponitur proximo .

*762 Quo ergo motivo mundabitur à gravi malitia , cum ita sit intrinsecè malum ? Non ne ut impediatur infamatio mea ? Est namque faciendum malum , ut eveniat bonum ? Defendat se mediis licitis , ut iam dicam ; & intelligendum est hoc , tam intra , quam extra iudicium ; taliter , quod si intra iudicium , & iuramento firmatur falsum crimen , erit lethale peccatum , non solum contra iustitiam , sed etiam contra Religionem . Filgueir .*

Et consequenter , aliquem se infamare falso crimine , erit grave peccatum contra propriam chari-

tatem ; et si in alios redundet infamia , contra iustitiam , & etiam contra pietatem , si consanguinei fuerint .

*763 Non damnatur hæc in specie , quod possit quis impone re verum crimen detrahenti graviter , ut illius authoritas minuatur , & vt defendat suam iustitiam , & honorem . Vnde .*

Licitum est 1. Advocato , & reo opponere crimen occultum verum testi , vel accusatori ad enervandam eius accusationem , vel testimonium , ita Lefsius , lib. 2. cap. 31. dub. 1. Filliuc. tract. 40. cap. 9. quæst. 1. num. 259.

Sed hoc non admitto , nisi quatuor conditionibus concurrentibus ; prima , quod solum intelligatur de teste voluntario , non de illo , qui coactus per præceptum testificat de vero crimen .

*764 Secunda , quod solum de illo aperiatur illa crima , quæ ad se defendendum conductunt . Tertia , quod non detur alius modus se defendendi : Quarta , quod damnum , quod testi , vel accusatori imminet ex revelatione criminis , non sit maius , quam quod reo timetur , ita Thom. Hurtad. 2. part. resol. mor. tract. 6. cap. 8. resol. 14. num. 102. in fine ; sic Filgueira , Torrecilla , & alij explicant .*

*765 Licitum est 2. ex probabili opinione opponere proximo illos veros defectus , qui ad recuperationem famæ , vel ad impiendiendum , ne eam auferat , si iam incepit , ex se conducunt , v.g. obii ce .*

773 Et ratio omnium est: quia simonia est, studiorum voluntas emenda, vel vendendi pretio temporalis rem spiritualem, vel spirituali annexam; & conceptus vitiositatis in hoc est, quia est valde diffisionum, & à rectitudine rationis alienum, plus, vel aequaliter, seu cum aliqua comparatione estimare rem temporalem, ac spiritualem.

Illud *pretio temporalis*, intelligendum est de qualibet re digna estimatione, valore, & pretio; unde dixit Urbanus II. in cap. *Saluator*, 1. quest. 3. *Quisquis res Ecclesiasticas, non ad quod instituta sunt, sed ad propria lucra munere lingue, vel obsequijs, vel pecunie largitur, vel adipiscitur, simonus est.*

774 Et ex hoc textu communiter Theologi docent, quod acquirere, comparare, seu efficere, aut ad efficiendum movere res spirituales per quodlibet horum munerum, est simonia; & quid per quodlibet intelligatur breviter dicam, *munus à manu*, est pecunia, & quidquid per pecuniam emitur, vt equus, vestis, &c. *munus à linguis*, sunt obsequia, patrocinium, laudationes, rogationes, insuper, & adulaciones, &c. *munus ab obsequio*, est quodcumque servitium, vt ministrare, sociare, docere, instruere in obsequium Electoris, Patroni, & Collatoris Beneficii; & in hoc tertio mane re se maior offert difficultas in materia Beneficiorum pro discernendo, quando dabitur simonia in obsequijs famulorum factis do-

mino suo Episcopo, aut illi ad quod pertinet elargire Beneficia. Et quod certum in hac materia est, simoniam dari, si inserviant medio pacto, vt illis Episcopus Beneficium conferat, vel intentione obligandi quasi ex iustitia, vel ob compensationem obsequiorum. Quando autem eo solo motivo, vt pateant Episcopo merita famuli, & dignitas ad Beneficium, vt gratum illum suis obsequiis habeant, vt ea cum illo liberalitate, seu benignitate se gerat conferendo illi Beneficium, non erit simonia. Hozes, num. 20. 21. & assert num. 22. verba Sanchez, tom. 1. consil. leg. 2. cap. 3. dub. 28. num. 7. vbi ait: *Licet valde scrapulosam sit, & suspitione si nonne non careat, si quis serviat Episcopo gratis, eo quod sperat ab eo Beneficium; at si non sperat, ut mercedem servitii, sed gratis, & ex benevolentia, & gratitudine, itcēt principaliter speret Beneficium, non est simonia.*

775 Et sic ex eodem Sanch. tom. 1. consil. leg. 2. cap. 3. dub. 28. num. 7. & cap. 1. dub. 10. & num. 14. non est simonia dare Episcopum Beneficium intuitu consanguinitatis, nec etiam erit dare ex affectu benevolentiae; quia gratis datur in eo casu. Et ita se habet praxis DD. Episcoporum cum suis familis. Torrec. n. 50.

51. & 52. (?) § (?)

## §. I.

**EXPLICANTVR ALIQUA,**  
qua in bis propositionibus non  
damnantur.

776

**N**on damnatur hic, apponere in dando, vel recipiendo, vel operando, rem spiritualem, temporale motivum extrinsecum, tam operi, quam operanti, modo dicendo à num. 785.

777 Quod quidem motivum potest se habere respectu rei spiritualis: primò materialiter, seu concomitantē; vt patet in emente Calicem aureum, Aram, vel Sepulturam; & in labore extrinseco, seu annexo in operibus spiritualibus, vt canere Missam, age re iter ad prædicandum, & in pa sto de prædicando talibus circumstantijs, vel se obligandi ad Quadragesimam, vel de stipendio pro occupatione Ministri in alterius commodum, quæ omnia licita sunt, vt ait Lessius, lib. 2. cap. 35. dub. 8. num. 37. & 53. Sanchez, consil. tom. 1. lib. 2. cap. 3. dub. 10. & dub. 11. num. 1.

778 Vnde diversum quid est dare, & accipere per modum pretii rei spiritualis, ac per modum sustentationis, liberalitatis, gratitudinis, eleemosinæ, vel per modum obligationis legalis, aut consuetudinis legitimè receptæ: primo modo est simonia, non autem hoc secundo; vide Rocafull in Torrecill. num. 44. & dum dici-

mus: *Per modum obligationis legalis*, est quia in Curia Romana datur quid assignatum pro litteris collationis Beneficii, pro litteris absolutionis ab excommunicatione; & hoc accedit ad titulum sustentationis Ministri. Per consuetudinem iustificantur munera, quæ aliquibus Provincijs, aut locis solent offerri Electoribus; & quamvis de iure humano plures fuissent simoniæ; per consuetudinem tamen abrogatum est. Ita Torrecill. num. 47. & 99. fine, Lumbier, num. 1933. qui exemplum adducit in eo, quod tribuitur pro chartis ad Ordines, in propina ad examenes Synodales, & in eo, quod solvit in ingressu ad Beneficia, idem Machado, tom. 1. leg. 3. part. 3. tract. 5. docum. 4. num. 9. cum Bassao, Bonacina, & comuni.

779 Idem intelligitur in permutationibus; nam in primis licitum est permutare spirituale pro spirituali, excepto in Beneficiis Ecclesiasticis, quæ permutari non possunt, absque licentia Prælati, ad quem spectat.

Non tamen damnatur asserere, licitum esse partibus, qui permutare volunt Beneficia, inter se tractare de modo permutationis, ea conditione, quod dispenset Superior, ita Corell. num. 190. ex Lessio de iustit. leg. 2. cap. 35. dub. 15. num. 92. & Dian. part. 10. tract. 16. resol. 17.

780 Insuper est licitum permutare pro temporali quidquid, saltim iuxta opinionem probabilem,

cere illi, quod mentitur, vel quod mendaciis assuefactum esse, probare potest; dummodo, ut iam dixi, ita sit, ut ait Curs. Moral. tom. 3. tract. 13. cap. 4. pan. 2. num. 17. & Corella hic, 8. impr. num. 167.

766 Non videntur hic damnari, ait Torrecilla, num. 6. & 9. sequentes opiniones: 1. aliquorum, quos citat Leand. de Murc. in disquis. tom. 1. lib. 2. disp. 4. resol. 33. num. 1. afferentium, quod licet in his casibus graviter lēdatur veritas, & iustitia legalis, si in iudicio sit, non tamen commutativa; & sic non oritur obligatio restituendi. Ratio est: nam prædicti Authores agnoscunt in practica harum propositionum grave peccatum; quod negant in illis earum Authores. Sed difficile mihi videtur, quod detur grave peccatum contra veritatem, & non sit in aliqua materia gravi, etiam si extra iudicium proferatur falsum crimen, ex alia parte videntur non obligari proferens ad restitutionem, si ita equaliter infamatur ab alio, ac ipse infamavit, ut probabilis fert sententia. Vnde vel afferendum est, peccare graviter, hac supposita opinione, ad minus contra charitatem; vel quod tales propositiones damnantur, eo quod ruinose maxime sunt in practica; pro quo accipe sequentia.

767 2. Opinio Lugonis, tom. 2. de iustitia, disp. 40. sentientis, esse speculativè probabile prohibitum in his propositionibus: sed

quia ipsæ de practica satis perniciosa loquuntur, iustissimè, ut ruinose, & scandalosa pro praxi damnantur; & in illa tenendum est grave esse peccatum, quod affirmatur ab illis.

Sed licet prædictæ opiniones non damnentur, eas tamen non admitto.

### QUADRAGESIMA QUINTA propositio.

**DARE TEMPORALE PRO SPIRITU**  
ali non est simonia, quando tempore non datur tanquam pre-  
tium, sed dumtaxat tanquam moti-  
vum conferendi, vel efficiendi spi-  
rituale, vel etiam quando tempo-  
rale sit sola gratuita compensatio  
prospirituali, aut ē contra.

Damnata.

### QUADRAGESIMA SEXTA propositio.

**E T ID QVOQVE LOGVM**  
habet, etiam si tempore sit princi-  
pale motivum dandi spirituale, imo  
etiam si finis ipsius rei spiritua-  
lis, sic ut illud pluris estimetur  
quam res spiritualis.

Damnata.

### EXPLANATIO.

768 **A**dvertendum 1. quod in humanis operibus, duplex motivum da-  
ri potest, aliud intrinsecum, ex-  
trinsecum aliud. Motivum intrin-  
secum adhuc potest esse duplex,

aut

aut motivum intrinsecum operis,  
aut motivum intrinsecum operan-  
tis, quod respectu operis sœpè ex-  
trinsecum est.

Motivum autem extrinsecum  
dicitur illud, quod rām operi,  
quām operanti extrinsecum est;  
quia nec est de essentia operis, &  
in operante supponit motivum: &  
solum excitat, & applicat illum ad  
operandum; & ideo respectu alte-  
rius motivi, impropriè motivum  
dicitur.

769 Sit exemplum in dante  
eleemosinam, ut Deus illi condo-  
net peccata; & allicitur ad eam  
elargiendam à patientia singulari  
huius pauperis. In hac ergo elar-  
gitione eleemosinæ, motivum  
intrinsecum operis est sublevare  
miseriam pauperis, quod est spe-  
cificativum; motivum intrinsecum  
operantis est, quod Deus  
condonet operanti sua peccata.  
Et hic est notandum, quod moti-  
vum operantis, sœpè sœpius non  
est aliud, quam motivum ipsius  
operis. Motivum extrinsecum  
operis, & operantis est singularis  
patientia huius pauperis.

Advertendum 2. quod qualibet  
harum duarum propositionum  
duas continet partes; hoc  
supposito.

770 Sentiendum est 1. esse  
veram simoniam dare tempore,  
tanquam motivum (intrinsecum  
modo dicendo, à num. 787.) con-  
ferendi, vel efficiendi, quid spi-  
rituale; quia ita declarat hic Inno-  
cent. dum contrarium damnat. Et  
hæc est prima pars 4. propositionis.

Sentiendum est 2. etiam esse si-  
moniam, dare temporale pro spi-  
rituali, vel spirituale pro tempo-  
rali, et si solum fiat, ut sit gratui-  
ta compensatio vnius pro altero;  
quia ita similitè declarat hic In-  
nocent. damnando secundam hu-  
ius propositionis partem.

771 Ratio est: Tum, quia  
in hoc datur quædam æqualitas,  
sue æquè paratio inter temporale,  
& spirituale: Tum, quia est pal-  
liatio simoniæ.

Sit exemplum, si Prælatus suo  
famulo tribuat Beneficium Eccle-  
siasticum in gratuitam compensa-  
tionem sui famulatus, ut ab one-  
re, & obligatione, quam in hoc  
habere posset, se eximat, ita Tor-  
recill. 1. impr. hic, num. 47.

Bene verum est, quod non  
damnatur sincera gratitudo, que  
non sit per modum recompensa-  
tionis; & quæ sit in donis parvis,  
servata proportione Beneficio-  
rum, & personarum, ita Lumbier,  
2. impr. num. 410.

772 Sentiendum est 3. esse  
simoniam dare spirituale pro tem-  
porali, & potiori ratione, si tem-  
porale sit principale motivum (in-  
trinsecum) conferendi spirituale;  
quia ita declarat Innocent. in pri-  
mæ secundæ propositionis.

Et adhuc urgenter ratione  
sit simonia hoc facere, si in con-  
ferendo, vel faciendo spirituale,  
habeatur pro fine aliquod tempo-  
rale, hoc pluris estimando, quam  
spirituale; & hæc est secunda hu-  
ius declarationis, & propositionis  
46. damnatae pars.

lem, temporale est; & hoc modo est pensio, quæ datur sacerdibus nobilibus, vt Regibus, Militibus, qui armis Ecclesiam temporaliter defenderunt. Et quæ reservatur in commutatione pinguioris Beneficii, vel quæ datur Clerico seni ad eius sustentationem: & huiusmodi etiam sunt Capellaniæ non collativæ, quæ inter se permutari possunt, non cum aliis collativis, aut Beneficiis Ecclesiasticis; quæ omnia & alia videri possunt apud Torrecilla hic, 1. impr. à num. 61. usque ad 80.

Insuper pensio, quæ reservatur in permutatione pinguioris Beneficii, quæ postea redimi potest absque simoniae labo, vt ait Sanchez, tom. 2. opusc. leg. 2. cap. 3. dub. 46. Dian. 4. part. tract. 4. resol. 153.

781 Imò non damnatur opinio Valentiae, Suarez, Lessij, Tolleti, Caet. apud Diaram, 11. part. tract. 5. resol. 5. dicentium, quod pensiones temporales possunt propria redimi autoritate: quia redimere pensionem, nulli est aliud, quam solutio anticipata fructuum, quæ quotannis solvi debent; at qui fructus quotannis vendi possunt propria autoritate: ergo & redimi, sic Corell. num. 283. cum Castro Palao, 3. part. disp. 3. punct. 33. num. 10.

Non tamen redimi possunt pensiones, quæ in titulo spirituali fundantur, v. g. quæ datur adiutori Episcopi, aut Parocho, ita Thom. Sanchez. citat. & Corella, numer. 182.

782 Secundo, potest se habere motivum extrinsecum respectu rei spiritualis antecedenter, hoc est, excitaendo, alliciendo, seu applicando operantem ad datum, recipiendum, vel efficiendum rem spirituale pro temporali. Quod adhuc potest intelligi respectu diversorum operantium, vel primo, quando unus allicit alium, medio temporali, ad hoc, vt det, vel faciat aliquid spirituale; vel secundo, quando aliquis se ipsum excitat, seu excitatus ab alio medio aliquo temporali, dat, vel operatur aliquid spirituale.

783 Et loquendo de primo operante, hoc est, de illo, qui alium movet, medio aliquo temporali, ad aliquid spirituale; resolvitur 1. Non esse simoniacos famulos, qui inserviunt ex motivo alliciendi animos dominorum, vt illis conferant Beneficium Ecclesiasticum. Et si dominus pro dignitate, & meritis famuli, illud illi confert, obsequiis famuli concurrentibus, vt motivo alliciente, etiam ex parte domini, neuter erit simoniacus; erit tamen dominus, si conferat modo dicto, num. 771.

2. Non est simoniacus pater, vel dominus, qui offert filio, vel servo donum temporale cuiuscumque materie sit, vt Sacramenta frequentet: quia solum est motivum excitans, & applicans.

784 3. Non est simoniacus, qui, vt redimat suam vexationem, offert aliquid temporale alteri, vt sibi conferat id, in quo, vel ad quod

quod ius habet, v. g. superiori, vt mihi tribuat Beneficium, ad quod ex maiori dignitate mea, media publica oppositione, iuxta prudentum iudicium, ius habeo; vel Parocho, vt mihi Sacra menta ministret. Ratio horum est: quia est motivum alliciens, seu dirigens, ita Machado, tom. 1. lib. 3. tract. 3. docum. 7. num. 3. Torrecill. à num. 55.

785 Sed notandum, quod ille, qui solum ius ad rem habet, vt in exemplo numer. præced. posito, non potest hoc facere respectu illius, qui tales rem spirituale, puta Beneficium Ecclesiasticum, confert, vt collator, elector, seu suffragium dans; nisi cum obstat, se habet infamando, vel alia suffragia recta fraudibus avertendo. Vide Sanchez, consil. tom. 1. lib. 2. cap. 3. dub. 30. num. 5. Curs. Moral. tom. 4. tractat. 19. cap. 3. punct. 1. à numer. 10.

786 4. Non est simoniacus, qui interponit suam autoritatem cum alio, vt iste tribuat alicui Beneficium Ecclesiasticum; nec etiam ipse collator conferens ita motus, simoniacus est; nisi id ex pretio fiat, vide Torrecilla hic, concl. 5. & Sanchez, in consiliis, lib. 2. cap. 3. dub. 26.

787 Ratio omnium est: quia qui alium ita movet, licet habeat pro motivo intrinseco sive motio nis, & intentionis allicare voluntatem alterius, vt det, vel faciat spirituale, eo modo, quo licet facere potest; tamen hoc est quid

extrinsecum ad rem spiritualem, & ad intentionem, & operationem dantis, vel facientis illam, vt potè respectu ipsius tale motivum tantum est excitans, & applicans.

788 Loquendo de operante, sive efficiendo, sive dando rem spiritualem, dico, quod tunc erit simoniacus, quando motivum, sive operis, sive operantis, in dando, vel efficiendo rem spiritualem, fuerit aliquid temporale. Patet autem hoc in venditione, vel emptione alicuius rei spiritualem, in qua motivum intrinsecum operis est, acquirere temporale per spirituale, vel è contra. Patet etiam in eo, qui rem spiritualem, v. g. Sacramentum efficieret propter lucrum temporale, tanquam propter finem, qui in eo casu, finis operantis, seu motivum ipsius intrinsecum (licet non finis operis) est aliquid temporale, & consequenter simonia.

789 Tunc autem non erit simonia, quando motivum est quid extrinsecum operi, & operanti, se habendo respectu istius, vt applicans, alliciens, sive excitans.

De quo extrinseco motivo sunt exempla, primo ea quæ à num. 783. posui, prout ad operantem, vel dantem spirituale attinent.

Nisi velis dicere, illud, non tam dici motivum, quam *conditio fine qua non*, fiet res spiritualis, vt patet: primo in exemplis positis à n. 783. & seqq.

790 2. Sacerdos, qui ex mo-

tivo stipendi allicitur ad celebrandum; vel Beneficiarius, qui propter distributiones Choro assistit.

3. Filius, qui confitetur, aut communicat, quia pater ei promittit numos.

791 4. Confessor, qui cum nullam obligationem habeat administrandam Poenitentiam, eam aliquibus personis ministrat, eo quod scit gratas fore.

5. Si Petrus dat Ioanni Ecclesiasticum Beneficium, quia id rogavit ab eo Antonius amicus Petri, aliter non daturus, non committit simoniam; quia ea intercessio motivum extrinsecum est, seu conditio sine qua non. Torrecilla, num. 176.

792 6. Nec erit simonia, si Titius dedit Patrono ad mutuum, ut illum haberet gratum, & inclinaret, vt sibi, vel filio suo Beneficium provideat. Lumbier, Torrecilla, num. 40. Corella, 7. Qui promittit Mauro ducenta scuta, si se baptizet, non est simoniacus; quia non vt pretium baptismi, sed vt conditio sine qua non, ponitur; sicut pater, qui offert filio donum aliquod, vt frequentet Sacramenta. Torrec. num. 30.

Hæc, & alia huiusmodi opera licita sunt; quia ipsa habent suum intrinsecum motivum, & est finis operis, nimis, vel cultus Dei, vel charitas proximi, vel utrumque simul, servata proportione, quod quidem motivum, est etiam finis operantis, vide num. 769.

793 Adverte hic, quod licet

Tridentinum iubeat, sess. 21. cap. 1. gratis omnino dare litteras di missorias, in contrarium prævalet consuetudo; & sic nec dans, nec recipiens temporale est simoni acus; quia tantum ius humanum est.

### §. II.

#### *ALIÆ OFFERVNT VR OPINIONES non damnatae.*

794 **P**ater Torrecilla in explicatione harum duarum propositionum alias præterea affert opinio nes in praesenti, quas sentit non damnatas; & placuit hic apponere.

795 1. Est Rocafull, & plures comprehendit casus, & licet iam attactos, eius verba, quæ Torrecilla adducit, licuit ponere, & sequentia sunt: in quibus, non dari simoniam affirmat, dicit ergo: *Primo, ratione consuetudinis, quando enim consuetudo recepta est, ut dato, vel accepto spirituali detur, vel accipiatur aliquid temporale, non est simonia illud dare, vel accipere;* quia probabilitè censetur butus modi esse usum bene introduc tum, vide Azoriam, lib. 12. cap. 12. Secundò, in sustentatione vita. Tertiò, in stipendium laboris extinsecus coniuncti cum re spirituali. Quartò, tanquam gratis oblatum. Quintò, ut eleemosina. Sextò, in paenam, sic imponi solet multa pecuniaria, cum quis absolvitur à censura. Septimò, tanquam id, in quo aliud permutatur, ut cum vo-

rum,

rum, vel iuramentum pecunia redimitur. Octavò, quando pecuniam, vel pacificum, vel largitum, non directè ad rem spiritualem obtinem dam, sed quasi per accidens ad removenda impedimenta, quæ per vexationem, & litem concurrere solent.

796 2. Est Sanchez, tom. I. consil. leg. 2. cap. 3. dub. 29. num. 2. 3. & 4. sentientis, non esse simoniam, quod Episcopus tribuat Beneficium ductus ex metu amittendi vitam, honorem, aut famam, aut bona, quæ timet sibi subripienda fore, vel quod illi non daretur, quæ debita sunt: de quibus nullum extaret instrumentum; quia talis metus non habet rationem pretii, & nihil accipit, ad minus sibi non debitum. Torrec. num. 53.

797 Tertia est Ioannis Pontii apud eundem, num. 57. affirmantis, non dari simoniam, quando duo ius litigiosum ad Beneficium habent, & unus alteri aliquid dat, ut deponat litigium; dummodo non tribuat propter Beneficium, quod suum iudicat, sed ad evitandos sumptus; quia hic non datur ut valor, seu pretium Beneficii, sed ad expensas vitandas, quæ quid temporale sunt. Diana hanc adducit opinionem, 11. part. tract. 6. resol. 7. & nec approbat, nec reprobatur: ego vero cum Torrecilla non admitto.

798 4. Est Sanchez citat. dub. 31. dicentis, licuit esse, redime re decimas ab iniusto possessore, etiam media pecunia; nam hic

non redimitur ius ad decimas; quia hoc ius semper in Ecclesia manet, sed ipsas decimas, quæ quid temporale sunt. Ex quo infert, quod iniustus possessor recipiens pecuniam erit quidem iniustus acceptor, & retentor, non tamen simoniacus. Torrecilla, numer. 60.

799 5. Opinio affirmat, non esse simoniam vendere Commendas Ordinum Militarium, aut procurare eas pecuniis obtinere, quia merè seculares sunt; & licet deunt Ecclesiasticis, sunt tamen in præmium militiae; vnde simonia non erit tribuere Titio aliquid, vt Caio Commendam Sancti Iacobi, de Alcantara, aut Calatrava, impetrat: nam qui dat, non intendit Religionem emere, sed honorem, & redditus temporales, vide Dian. 6. part. tract. 8. resol. 17. & 5. part. tract. 14. resol. 75. & 9. part. tract. 9. ref. 35. sic Torrec. num. 75. & 76.

800 6. Opinio est Vazquez, quam probabilem dicit Sanchez, tom. I. consil. leg. 2. cap. 3. dub. 26. num. 7. quæ affirmat, posse dari aliquid, & recipi, pro media intercessione cum largitore Beneficii absque labore simoniae; quia ea sententia non dicit, quod hic detur temporale pro spirituali, adhuc, ut motivum, finis, aut compensatio, quod affirmabant præsentes damnatae propositiones. Torrec. num. 81.

801 7. Opinio est aliquorum, quos citat Sanchez, num. 1. dicentium, quod adhuc pro imme-

diata intercessione ad Beneficium cum collatore potest recipi, & dari aliquid, quin simonia interveniat: quia ea intercessio, aiunt, mere temporalis est; quia favor humanus est pretio estimabilis; unde Episcopus gratis dat Beneficium, & illud obtinens nihil Episcopo tribuit, sed solicitatori ob solicitationem, quæ quid est temporale; ita etiam ut probabilem iudicat Machado, tom. 1. leg. 3. part. 3. tract. 4. document. 5. numer. 5.

802 Sed hanc opinionem non admitto, quia in cap. *Præsent.* 1. quæst. 5. videtur contrarium decerni; et si respondeant huic obiectioni, quod pecunia ibi mentionata non fuit data intercessori, *sed uni Principum*, ait textus, id est, in electione vocem habentis. Tamen contraria opinio, tenens, quod ea intercessio non licet, communis est. Torrecilla, à num. 82. qui ait, non esse illicitum dare pecuniam alteri, ut merita repræsentet superiori, ut pro his moveatur ad Beneficii collationem; vt tenet Machad. citat. numer. 6. & Sanchez, num. 3. cum aliis; dummodo non excedat informans, & officium sumat extortantis, & inducentis, taliter, ut plus moveat ut inducens, quam ut informans simpliciter, & sincere merita repræsentans, sic Palao, tom. 3. tract. ultim. disp. 3. num. 5. §. 2. *Advertit Suarez*, Torrec. num. 84.

803 Octava opinio est D. Bonaventura, Adriani, Majolo, Ara-

gon, Lessij, & aliorum affirmantium, quod pro intrinseco labore, & intimè coniuncto cum opere spirituali potest dari, & accipi aliquid absque simonia; fundantur in verbis Domini, Matth. 10. Luc. 10. *Dignus est enim operarius mercede sua*: ergò cum non sit dignus mercede pro bonis spiritualibus, erit dignus pro labore, & tempore insumpso in illis faciendis, & ministrandis.

Contra tamen, & communior opinio est tenenda: quia omnis estimatio temporis, & valor laboris actionis spiritualis provenit à sanctitate ipsius actionis. Vnde pro labore necessario, & intimè coniuncto ad celebrandum, consecrandum Templum, ministrandum Sacra menta, prædicandum, seu in fide cathechizandum nihil recipi, paetari, dari, peti sine simonia potest; & si aliquid temporale datur, & recipitur, pro stipendio ad Ministri sustentationem sumitur. Vide Dianam, 11. part. tract. 6. resol. 34. §. *Sed si queras.*

804 Nona opinio afferit, quod est licitum pactare super omnes titulos, de quibus simonia non datur iuxta opiniones relatas, & non damnatas; vt de quantitate pecuniae, vel alterius rei temporalis (excluso titulo gratitudinis) nam super eo, quod dignum est pretio temporali, licitum est pactare. Et damnatae propositiones non loquuntur de pacto, supposita opinione non damnata, supra quam pactum cadit, ita Rocafull,

Vidal, Gaspar Hurtado, & alii apud Dianam, 10. part. tract. 15. resol. 5. & 11. part. tract. 6. resol. 31. §. *His igitur*, sic Torrec. num. 111. vide eum.

Ex quo infert num. 115. quod pro solicitatione mediata, aut immediata pro consequendo Beneficio, aut alia re spirituali, potest pactari super pretio, vel pecunia danda, insuper & pro labore extrinseco ad rem spiritualem (pro intrinseco labore nullo modo admitto, posse aliquid accipi, et si in rigore non sit damnatum, nisi titulo stipendi pro sustentatione Ministri detur.)

805 Decimo, non damnatur bona fides in pluribus donis visitatis. Vnde liberantur à simonia obsequia, aut dona, seu esculentia aliqua, quæ confessionis filii suis Patribus Spiritualibus mittunt, & isti accipiunt; & fideles, qui elargentes eleemosinam, exigunt ab accipientibus orationes pro illis ad Deum. Sed hec, & alia huiusmodi, quæ videbis in Lumbier, num. 1930. & 1925. & in Torrecilla, à num. 100. sunt motiva excitantia, & extrinseca, vel per modum sustentationis.

806 Et in rigore damnationis non comprehenduntur in ea visitata pacta inter Prelatos Religionum; vt si unus cum altero pactet, vt ab ipso eligatur in Provincialem, & eligeretur ab isto in Priorum talis Conventus, supposita eorum dignitate. Et pro nunc, abstracto à rectitudine huius pacti, propositiones damnatae non

loquuntur de his Regularibus Prelatiis, quæ ex una parte Beneficia Ecclesiastica rigorosè non sunt, & ex alia est permutatio inter spirituale, & spirituale, non temporale pro spirituale. Torrec.

Quæ in hoc §. dixi stylo compendioso, ex Torrecilla sumpsi, qui satis fusæ has explicat propositiones; & plura alia ab ipso hic tractata, antecedentibus §§. promiscuè cum aliis pono.

### §. III.

### QUESTIVNCVLÆ RESOLVUNTUR.

807

**B** Revitèr sunt resolutæ dubitationes aliquæ à Mag. Hoces propositæ, & resolutæ circa hanc materiam.

808 Prima: Vtrum in simonia detur materia parva? Affirmat Reginaldo, leg. 23. cap. 15. numer. 116. Molin. tom. 1. tract. 2. disp. 116. apud Dian. 5. part. tract. 5. resol. 2. & colligunt ex cap. *Indices*, 1. quæst. 1. vbi excusantur à simonia dona parva elargientes, & accipientes. Sed afferendum est, non dari parvitas materia in simonia, quia si parvitas se tenet ex parte pretii, aut doni temporalis, fit gravis iniuria, & adhuc maior rei spirituali, nam parvipenditur. Si tenet se ex parte rei spiritualis, v. g. reliquia pusilla, est quid grave, illam ut quid profanum tractare, ita Sanchez, lib. 1. De catalog. cap. 4. M 3 num.

num. 1. & tom. 1. consil. lib. 2. cap. 3. dub. 90. num. 1. Suarez, lib. 4. de Religion. cap. num. 5. Palao, tract. 17. disp. 3. num. 7. & alii apud istos. Et licet in cap. *Indices*, pro contraria sententia non damnantur parva dona, est, quia ex eo quod parva, non datur simonia; nam liberaliter iudicantur elargita, fatetur tamen Hozes, non esse damnatam in praesenti eam opinionem; & illam practicantes non incurere excommunicationem, *ex Extravagant.* 2. de simonia, aut Constitutione Pii V.

809 Secunda: An mutuare conferenti Beneficium ea intentione, vt eum moveat ad collationem, non posita obligatione, aut pacto, erit simonia?

Negat Suarez de Religion. lib. 4. cap. 38. num. 6. Sanchez, tom. 1. consil. lib. 2. cap. 3. dub. 28. Aragon, quæst. 100. artic. 6. conclus. 1. & probant ex eo, quod ad simoniæ requiritur pecunia, vel quid pecunia æstimabile; sed sic est, quod mutuare non est pecunia æstimabile, cum idem per idem reddendum est: ergo non est simonia.

Contraria opinio est communior, asseritque in isto casu simoniæ dari, quia ibi aliquid temporale fit, vt est mutuare, pro consecutione, & ea intentione consequendi spirituale: ergo simonia est. Sic Hozes, num. 37. vide cum: prima tamen opinio hic non damnatur, cum dicat, non dari in mutuo pretium temporale.

810 3. Quæstio est: An simonia interveniat, quando temporale offertur animo ficto, & absque intentione implendi promissum, animo tamen movendi collatorem, vt conferat Beneficium, aut aliud quid spirituale.

811 Supposito, dari grave perniciosum mendacium, inductionemque ad simoniæ peccatum, si eo motivo fraudulentè prætenditur Beneficium, affirmat dari simoniæ Navarro, & alii apud Moyam, tom. 1. disp. 4. de restit. quæst. 6. nam etsi fictum promissum, est quid temporale movens collatorem ad conferendum. Contraria tamen sententia negat dari: quia offerens temporale nullam habet intentionem formalem, aut virtualem emendi, sed fraudulandi: ergo non est simonia; nam simonia debet esse studiosa voluntas emendi, quod absque intentione emendi non datur; etsi graviter peccet perniciose mendacio scandali inducens alterum ad peccatum simoniæ. Caiet. in opuscul. opuscul. 9. quæst. 2. Bonacin. de simon. disp. 1. quæst. 1. num. 5. Villalob. tom. 2. tract. 37. dif. 1. num. 14. vnde iste poenas non incurrit contra simoniacos. Hozes, num. 39. vide apud Authores objectiones contra hanc opinionem.

812 Quarta quæstio: Vtrum detur simonia conferendo Beneficium titulo consanguinitatis, aut affinitatis?

Ad quod dicendum non dari, quia consanguinitas, & affinitas

non

non sunt manus à manu, nec à lingua, nec ab obsequio, sic Suar. lib. 4. cap. 37. num. 6. Palao, tract. 14. disp. 3. punct. 3. num. 8. & communis. Contra aliquos Hozes, num. 48.

### QVADRAGESIMA SEPTIMA propositio.

**CVM DIXIT CONCIL. TRIDENTIN.** eos alienis peccatis communicantes mortaliter peccare, qui nisi quos digniores, & Ecclesiæ magis utiles ipse indicaverint, ad Ecclesiæ promovent, Concil. vel primo videtur per hoc digniores, non aliud significare velle, nisi dignitatem eligendorum, sumpto comparativo propositivo, vel secundo, locutione minus propria ponit digniores, ut excludat indignos, non vero dignos, vel tandem loquitur tertio quando fit concursus.

Damnata.

### E X P L A N A T I O .

813 **D** Ecretum Concilii Tridentin. de quo hæc propositio invenies in sessione 24. de reformatione, cap. 1.

Sentiendum est, esse obligacionem sub mortali promovendi digniores propriæ sumptos ad Ecclesiasticas dignitates, & hoc, sive fiat medio concursu, sive non, quia ita declarat Innocent. iuxta determinationem Trident. sess. 24. de reformatione.

Digniores intelligendi sunt, in

quibus sua cumulata utiliora Ecclesiæ sunt.

824 Tres conditions requiruntur ex iure ad dignitatem, nimirum, probitas vitæ, litterarum scientia sufficiens, prudentia in agendis; & ille, qui in his excesserit, dignior erit. Audi Thom. Hurt. tom. 2. tract. 12. cap. 1. ampliatione 2. num. 1556. sic docentem: *Verum non tam requiriunt tanta litteratura, quanta morum honestas, rerum agendarum experientia, aut eximia nobilitas, aut magnum commodum, quod Ecclesiæ accrescat, si alias subiectum eligendum dignum sit.*

815 Quando autem excessus parvus est tam ex parte personæ, etsi valde Beneficium excedat, aut si ex parte Beneficiorum, non magna sit inæqualitas, licet oppositor unus fatis alium superet, solum erit veniale, conferre digno, relicto digniore, nisi iuramentum digniorem eligendi interveniat: nam tunc mortale erit, digniorem non eligere. Villal. tom. 2. tract. 8. dif. 3. num. 6. Tapia, tom. 2. lib. 5. quæst. 5. artic. 4. num. 4. Probabile est, quod etiam si detur iuramentum, non erit ultra veniale: quia tantum defecit, qui iuravit in veritate de futuro in materia parva, Lumb. num. 1945.

816 Advertendum 1. quod dicta damnatio intelligitur solum de quibusdam dignitatibus, vt sunt Cardinalatus, Episcopatus, & Praelatiæ Ecclesiasticæ: quia de his loquitur Concilium.

Extendit tamen eam Lumbier,  
**M4** num.

num. 1. & tom. 1. consil. lib. 2. cap. 3. dub. 90. num. 1. Suarez, lib. 4. de Religion. cap. num. 5. Palao, tract. 17. disp. 3. num. 7. & alii apud istos. Et licet in cap. *Indices*, pro contraria sententia non damnantur parva dona, est, quia ex eo quod parva, non datur simonia; nam liberaliter iudicantur elargita, fatetur tamen Hozes, non esse damnatam in praesenti eam opinionem; & illam practicantes non incurere excommunicationem, *ex Extravagant.* 2. de simonia, aut Constitutione Pii V.

809 Secunda: An mutuare conferenti Beneficium ea intentione, vt eum moveat ad collationem, non posita obligatione, aut pacto, erit simonia?

Negat Suarez de Religion. lib. 4. cap. 38. num. 6. Sanchez, tom. 1. consil. lib. 2. cap. 3. dub. 28. Aragon, quæst. 100. artic. 6. conclus. 1. & probant ex eo, quod ad simoniæ requiritur pecunia, vel quid pecunia æstimabile; sed sic est, quod mutuare non est pecunia æstimabile, cum idem per idem reddendum est: ergo non est simonia.

Contraria opinio est communior, asseritque in isto casu simoniæ dari, quia ibi aliquid temporale fit, vt est mutuare, pro consecutione, & ea intentione consequendi spirituale: ergo simonia est. Sic Hozes, num. 37. vide cum: prima tamen opinio hic non damnatur, cum dicat, non dari in mutuo pretium temporale.

810 3. Quæstio est: An simonia interveniat, quando temporale offertur animo ficto, & absque intentione implendi promissum, animo tamen movendi collatorem, vt conferat Beneficium, aut aliud quid spirituale.

811 Supposito, dari grave perniciosum mendacium, inductionemque ad simoniæ peccatum, si eo motivo fraudulentè prætenditur Beneficium, affirmat dari simoniæ Navarro, & alii apud Moyam, tom. 1. disp. 4. de restit. quæst. 6. nam etsi fictum promissum, est quid temporale movens collatorem ad conferendum. Contraria tamen sententia negat dari: quia offerens temporale nullam habet intentionem formalem, aut virtualem emendi, sed fraudulandi: ergo non est simonia; nam simonia debet esse studiosa voluntas emendi, quod absque intentione emendi non datur; etsi graviter peccet perniciose mendacio scandali inducens alterum ad peccatum simoniæ. Caiet. in opuscul. opuscul. 9. quæst. 2. Bonacin. de simon. disp. 1. quæst. 1. num. 5. Villalob. tom. 2. tract. 37. dif. 1. num. 14. vnde iste poenas non incurrit contra simoniacos. Hozes, num. 39. vide apud Authores objectiones contra hanc opinionem.

812 Quarta quæstio: Vtrum detur simonia conferendo Beneficium titulo consanguinitatis, aut affinitatis?

Ad quod dicendum non dari, quia consanguinitas, & affinitas non

non sunt manus à manu, nec à lingua, nec ab obsequio, sic Suar. lib. 4. cap. 37. num. 6. Palao, tract. 14. disp. 3. punct. 3. num. 8. & communis. Contra aliquos Hozes, num. 48.

### QVADRAGESIMA SEPTIMA propositio.

**CVM DIXIT CONCIL. TRIDENTIN.** eos alienis peccatis communicantes mortaliter peccare, qui nisi quos digniores, & Ecclesiæ magis utiles ipse indicaverint, ad Ecclesiæ promovent, Concil. vel primo videtur per hoc digniores, non aliud significare velle, nisi dignitatem eligendorum, sumpto comparativo propositivo, vel secundo, locutione minus propria ponit digniores, ut excludat indignos, non vero dignos, vel tandem loquitur tertio quando fit concursus.

Damnata.

### E X P L A N A T I O .

813 **D** Ecretum Concilii Tridentin. de quo hæc propositio invenies in sessione 24. de reformatione, cap. 1.

Sentiendum est, esse obligacionem sub mortali promovendi digniores propriæ sumptos ad Ecclesiasticas dignitates, & hoc, sive fiat medio concursu, sive non, quia ita declarat Innocent. iuxta determinationem Trident. sess. 24. de reformatione.

Digniores intelligendi sunt, in

quibus sua cumulata utiliora Ecclesiæ sunt.

824 Tres conditions requiruntur ex iure ad dignitatem, nimirum, probitas vitæ, litterarum scientia sufficiens, prudentia in agendis; & ille, qui in his excesserit, dignior erit. Audi Thom. Hurt. tom. 2. tract. 12. cap. 1. ampliatione 2. num. 1556. sic docentem: *Verum non tam requiriunt tanta litteratura, quanta morum honestas, rerum agendarum experientia, aut eximia nobilitas, aut magnum commodum, quod Ecclesiæ accrescat, si alias subiectum eligendum dignum sit.*

815 Quando autem excessus parvus est tam ex parte personæ, etsi valde Beneficium excedat, aut si ex parte Beneficiorum, non magna sit inæqualitas, licet oppositor unus fatis alium superet, solum erit veniale, conferre digno, relicto digniore, nisi iuramentum digniorem eligendi interveniat: nam tunc mortale erit, digniorem non eligere. Villal. tom. 2. tract. 8. dif. 3. num. 6. Tapia, tom. 2. lib. 5. quæst. 5. artic. 4. num. 4. Probabile est, quod etiam si detur iuramentum, non erit ultra veniale: quia tantum defecit, qui iuravit in veritate de futuro in materia parva, Lumb. num. 1945.

816 Advertendum 1. quod dicta damnatio intelligitur solum de quibusdam dignitatibus, vt sunt Cardinalatus, Episcopatus, & Praelatiæ Ecclesiasticæ: quia de his loquitur Concilium.

Extendit tamen eam Lumbier,  
M4 num.

queunt: ac proinde, nec propriè dispensari dicuntur.

Sentiendum est, fornicationem simplicem malam esse ex natura sua, & sic in nullo casu honestabilem: quia ita declarat hic Innocent. Et ratio est clara: nam opponitur bono prolixi in procreatione, & educatione illius.

Probabile videtur, dari posse in aliquo intelligentiae debilis, invincibilem ignorantiam de malitia fornicationis. Vide Dian. 9. part. tract. 9. resol. 59. cum aliis assentientem.

824 Non damnatur hic 1. asserere, fornicationem simplicem ex se non habere Theologicam malitiam: nam damnata propositione solum asserit, nullam includere malitiam, & ideo attribuendo fornicationi Philosophicam malitiam, hoc est, contra rationem naturalem, verificatur damnatio, ita advertit Lumbier, numer. 1953. unde videtur, ait Torrecilla, num. 2. non damnari in praesenti opinionem D. Francisci Verde dicentis universaliter, quod res Theologicae male sunt, quia prohibita; & idem sentit de fornicatione, sic q. 1. §. 2. & q. 3. §. 1.

825 Non damnatur 2. opinio Durand. in 4. distinct. 33. quæst. 2. num. 20. sentientis, quod seclusa Dei prohibitione, et si mala sit fornicatio, non excedere culpam veniale: nam damnata nullam malitiam in illa agnoscit; & ista opinio malitiam in ea ponit. Torrecill. num. 3. & 4. sed cum illo eam non admitto.

## QUADRAGESIMA NONA propositio.

MOLLITIES IVRE NATVRÆ  
prohibita non est, unde si Deus eam  
non interdixisset, sapè esset bona,  
& aliquando obligatoria sub  
mortali. Damnata.

## EXPLANATIO.

826 **D**e fide est voluntariam pollutionem, esse peccatum grave, vt constat ex Paul. 1. Corinth. 6. Nec adulteri, nec molles Regnum Dei possidebunt; & per mollitie peccatum omnes pollutionem voluntariam intelligunt. Et peccatum ita perniciosum, vt afferat Toleatus, lib. 5. instructiones, cap. 13. magnam damnatorum partem esse in Inferno ob pollutionis peccatum, seu illius conluctudinem.

827 Vedit Sancta Christina mirabilis in spiritu mundum hoc peccato pollutionis plenum, & obrutum; ideoque Deum toti mundo gravissimas intentare poenas; quas vt averteret, ipsa miris, & horrendis modis, & poenis se se excruciat. Ita adducit Cornelius Alapide ad illum Genes. 38. vers. 9. & 10. locum ubi refertur Deum percussisse Onam, quia semen fundebat in terram. Et si Deus sic percussit eos saeculo tam rudo, incuto, & projecto, quomodo puniet in luce hac, & legi Evangelii Christianos, quise pol-

luunt? ita Cornelius, qui Paulo inferius pergit, dicendo: *Videat ergo, qui in hoc peccato lapsus est, ut statim ab eo per paenitentiam resurgat, ne habitum contrahat, ad quem natura per se propensissima est, quem proinde postea exuere non posse; itaque sibi necat, & plectat funes libidinis inextricabiles, qui eam in abissum pertrahant, ignique gehenna insolubilitè adstringant.* Hucusque ille.

Sufficit ad colligendum pollutionem voluntariam intrinsecè malam esse, rubor & tristitia, quam post se reliquit, etiam in iuvenibus; & præcipue, quia Ecclesia ita sentit, & sic à nobis sentendum est.

828 Quamvis efficacem rationem Authores non inveniant, quare aliquando non sit licita emissio voluntaria seminis, etiam ad conservationem vitæ, alias perituræ ab extrinseca violentia, seu intrinseca infirmitate; ita vt licet aliquando sit licitum brachium, aut pedem absindere, non vero semen voluntariè emittere: tamen sufficiens ratio apparet benè persensa, ex eo quod portionem illam seminis destinavit natura pro bono communis speciei, nimurum ad propagationem, & conservationem illius;

at verò absindere brachium, aut fetus inanimatum emittere per aborsum, qui vt aggressor habetur (quod etiam pro exemplo in contrarium adducunt) tantum respicit commodum, seu damnum præcavere particularis individui.

829 Tum; quia delectatio nimia, quæ in emulsione voluntaria seminis percipitur, homines obsecaret, & in perditionem rationis, & sanitatis pertaheret; & persuasi, quod sanitatem foveret, repetitionem, à qua abstinere non possent, & habitum huius vehementissimæ passionis irreparabilem generarent, & moralium virtutum irruptionem pararet, sicut (proh dolor!) nunc innumeros ista ignea, & fulgurata passio ad Tartarum dicit. Quæ non interveniunt in abscissione brachii, aut fetus aborsu, ita Dian. 9. part. tract. 9. resol. 69. Hozes, num. 10. & Filguei, ibi.

830 Non damnatur hic opinio D. Francisci Verde in select. quæst. 4. à num. 85. afferentis, pollutionem non habere malitiam Theologicam, independentè à Divina prohibitione, modo dicto de fornicatione in propositione antecedenti: quia tribuit illi malitiam Moralem Philosophicam independentè à lege Divina. Torrecill. num. 4.

Non autem est damnatum, quod pollutio involuntaria, quælis in somno evenit, possit inefficaciter, hoc est, nullo apponendo medio, appeti. Et quod de prærita sit licitum, gaudere non in se, sed in suis bonis effectibus; sic Torrecill. hic, n. 9. & alii plures.

(?\*) § (?\*)

num. 458. secundæ impres. primo ad Beneficia curata, quæ medio concursu conferuntur, ut implicite comprehensa ex alio textu Concilii, sess. 4. cap. 18. de his loquente, vbi præcepit Episcopis, vt digniores ad Beneficia curata eligant, & eadem ratione fundatur hic Concilium; videbis Lumbierum, num. 1924. & Hozes, num. 19. 20. & 21. Et licet non comprehendantur, mortale iudicio cum Torrec. num. 11. dignorem non eligere.

817 Extendit secundo ad elec-tiones, quas Reges faciunt ad Episcopatus, & alias Prælacias, & sic digniores eligere debent: nam de eligentibus authoritate Apostolica, quomodo Reges eligunt, loquitur Concilium; licet alii non assentiant, vt Torrecilla, num. 3. vnde.

Extendendum est 2. ad quo-cumque authoritate, vel privilegio Apostolico eligentes; non ad eos, qui pure laicè eligunt.

818 Non damnatur hic opinio asserens, Beneficia curata, quæ medio concursu non conferuntur, posse minus digno dari. Et idem dicendum de Canoniciis, & aliis simplicibus Beneficiis, ita communiter. Et non opponitur hoc dictis numer. præcedenti fine; quia damnata propositione non in-telligitur in aliquo sensu de Beneficiis curatis ab illo concursu; vnde, quamvis dentur autoritate Apostolica, non est materia pro-positionis damnata: nam etiam, quæ media oppositione conse-

ruuntur, non est omnino certum, esse materiam damnatam in hac propositione; cum hoc sit exten-sio vnius, alteriusq; particularis Authoris, vt dixi num. 816. & quia damnatio est quid odiosum, non est extendenda.

819 Sed non quia in Bene-ficiis simplicibus non est obligatio ad dignorem eligendum nimia-vtantur Electores licentia, vt nec dignos eligant; pro quorum direc-tione placuit verba Lumbieri apponere, num. 1946. vbi ait: *Ni por lo dicho deben tomarse licen-cia los Patronos, ó Electores para dàr el Beneficio simple à ojos cerrados à qualquiera, ó por titulo de parentesco, aunque nunca llame pa-riente, ó por instancias molestas de algunos intercesores, ó por otro ti-tulo de respeto purè humano, sin re-parar muchas veces en que dan à la Iglesia Ministros indignos, por sus particulares empeños; y tal vez po-nen en la Iglesia al que con seme-jantes condiciones buirian mucho de hacerlo criado de su casa, aun en ministerios inferiores, aunque para estos tuviessen igual habilidad. Mu-cho deben temer los que así menos-precian la Iglesia de Dios; pues la tratan, como no se atreverian à tra-tar su casa, ni la de un amigo, que le huviesen dado orden para que le buscasen un criado.*

An autem, qui precibus, vel suassione, absque vi, & fraude, adducit collatorem iam determi-natum ad conferendum digniori Beneficium, vt alteri digno con-ferat, teneatur restituere digniori;

aut Ecclesiæ? (& loquor de casu propositionis.)

820 Suppono mortaliter pec-care, sicut ipse collator, vt cum communi asserit Sanchez, lib. 2. concil. cap. 2. dub. 2. num. 23. & dub. 48. num. 4. Respondeo igitur, dari in hoc duplice probabilem opinionem, vnam affir-mativam, negativam alteram, vt videri est in Diana, 3. part. tract. 5. resolut. 53. & in Curs. Moral. tom. 3. tract. 13. cap. 1. punct. 4. à num. 106.

### QUADRAGESIMA OCTAVA propositio.

TAM CLARVM VIDET VR,  
fornicationera secundum se, nullam  
involuere malitiam, & solum esse  
malam, quia interdicta, vt con-trarium omnino rationi  
diffonum videatur.

Damnata.

### EXPLANATIO.

821 **C**ertum de fide est, fornicationem sim-plicem, quæ est, *Concubitus soluti cum soluta*, esse grave peccatum, vt constat ex il-lo Pauli 2. Corinth. 6. *Nolite errare, nec fornicarii Regnum Dei pos-sidebunt.* Et ad Galat. 5. Manife-sta sunt opera carnis, quæ sunt for-nicatio, inmunditia, &c. Quoniam, qui talia agunt, Regnum Dei non pos-sidebunt. Sed privatio Regni Dei solum est propter peccatum mortale; ergo ex fide est, quod

est peccatum mortale. Hozes, nu-mer. 2.

822 Sed non solum est pec-catum, quia prohibita, sed ex na-tura sua: nam quod est malum, quia prohibitum, ex natura sua esset indifferens, quod absurdum de fornicatione est affirmare, vt ait Lumbier, num. 1951. nam est peccatum, ait D. Thom. 2. 2. quast. 154. artic. 2. *In quantum est contra rectam rationem.* Cum sit contra educationem, & pro-creationem prolis concubitus va-gus. Et licet in aliquo singulari ca-su promissum sit à fornicario, etiam ante fornicationem de his bonis pro prole, si forte detur, non res-picit ius naturale singulares casus, sed quod ex se periculo damni ex-positum est; & sic semper, & in quolibet casu, peccatum est ex natura sua, vide Lumbier, nu-mer. 1953.

823 Et notare debes, quod fornicatio, furtum, & homicidium, non ita sunt actiones intrin-secè male, vt aliquo modo dispen-sationem à Deo accipere non pos-sint, id est, possunt à malitia nu-dari: quod in aliis, vt in odio Dei, idolatria, & mendacio, non acci-dit. Vnde fornicatio fait à Deo dispensata cum Ossea, ait D. Thom. citat. Alii tamen aiunt, Deum illi præcepisse vt in uxorem accipe-ret eam, sic Trullenc in Decalog. lib. 6. cap. 1. dub. 2. homicidium in defensionem, & furtum in ex-trema necessitate. In his tamen casibus, furtum, fornicatio, & homicidium propriè nominari ne-queunt;

QVINQVAGESIMA  
propositio.

**CORVLA CVM CONIVGATA,**  
consentiente marito, non est adulterium; atque adeo sufficit in confessione dicere, se fornicatum esse. Damnata.

## EXPLANATIO.

831 **A**cademia Lovaniensis ad instantiam Archiepiscopi Lovaniensis hanc damnavit propositionem anno 1653. sic Gonet in dissert. Theolog. de opin. probabili, artic. 3. §. 3. num. 4. contra modernos quosdam casuistas.

Supponendum, quod adulterium addit ad substantiam fornicationis, circumstantiam fractæ fidei, seu iniustitiae, cum qua violatur ius matrimonii. Itaque in adulterio dantur duæ rationes malitiae: prima est, habere copulam cum non sua, & hæc est fornicatio: secunda est, habere cum aliena, vel violare ius proprii matrimonii, vel duplicitis simul, si uterque sit coniugatus, quæ omnia, si dentur, explicanda sunt in confessione.

832 Sentiendum est, quod copula cum coniugata, consentiente marito, est adulterium; quia ita declarat Innocent.

Ratio est: tum, nam est expressum ex D. Paul. ad Rom. 7. docente de uxore: *Vivente viro, possit adultera, si fuerit cum alio viro;* ergo cum suis non pos-

sit facere, quod alter vir suæ uxoris sit vir, erit adulteria quicunque fuerit cum alio, qui non sit suus vir.

833 Tum, quia matrimonium institutum est ab Authore naturæ ad usum copulæ licitum, & hoc propter bonum speciei, & Sacramenti: ergo nec vir potest cedere his bonis Sacramenti, cum non habeat dominium in corpus uxoris, nisi ad usum licitum sicut Clericus non potest cedere privilegio immunitatis; nec uxor tradere se alteri, quin ipsa, & ille, cui traditur, peccent contra bona matrimonii.

Tum, & à priori, quia licet maritus sit dominus usus corporis uxoris, solum est dominus sibi, non ut aliis det: sicut Parochus, qui per oppositionem Beneficium curatum obtinuit, & scriba, qui à Rege officium scribæ emit, possunt quidem suis vii officiis, non vere alteri dare, Lumbier, Torrec.

834 Non damnatur hic 1. opinio Fratris Ludovici à Sancto Raimundo de Poenitent. tom. 1. resol. 22. sentientis cum aliis pluribus (ex suppositione opinionis affirmantis, quod sponsi committunt iniustitiam, si cum altero se commiscerent non facere iniustitiam, si cedunt iuri suo). Ratio quod non sit damnata est: quia proposicio loquitur de coniugatis (etiam in matrimonio rato non consummato, ut supponitur, nam verum est matrimonium) & ista opinio loquitur de sponsis, Torrec. num. 54 Hozes, num. 13.

Non

## Propositio Quinquagesima.

835 Non damnatur 2. opinio Caramuelis dicentis, adulterum confessioni satisfacere, si dicat: *Commisi fornicationem.* Et postea aliquibus interpositis addat: *Graviter iniuriavi proximo, ipso consentiente;* nam hæc affirmat circumstantiam iniustitiae confiteri debere, quod negabat damnata, sic Hozes, num. 15. & Torrecill. num. 7. Sed nullo modo cum his Authoribus hanc teneo opinionem, sed improbabilem iudico, & simul confiteri debere adulterium; nam alias non dicet peccatum commissum, & Confessori in modo fatendi duo insinuat peccata.

Addit tamen Torrecilla, num. 10. quod si oblitus, aut inadvertens confitetur poenitens solum fornicationem; cum advertat, satisfaciet confessioni, si dicat: *Graviter iniuriavi proximo, ipso consentiente, & ita Dian.* 1. part. tractat. 7. resol. 45. cum Suarez, Filino, & Couinch.

836 In fine notandum cum Hozes, num. 5. quod si adulterium est inter duos coniugatos, debet explicari matrimonium peccantis, & consortis adulterii; quia sunt duo numero peccata, ita Thom. Sanchez, lib. 9. de matrimon. cap. 15. num. 6. his verbis: *Coniugato peccante cum coniugata idem dicendum, quod de illo, qui duos uno ictu percussit, quorum numerum explrandum in confessione, constat ex dictis.*

837 Et quamvis opinionem contrariam iudicem non damna-

tam, non tamen admitto eam; & licet illam admittam in ea parte, qua sentit, non dari in uno individuo duo accidentia numero tantum distincta, non concedo; quia individuation in moralibus, non tam à subiecto, quā ab objectis in numero distinctis sumitur: tamen semper ea circunstancia duplicitis adulterii fateri debet; quia hoc, sicut in exemplo à Sanchez posito, pertinet ad individuationem huius numero peccati.

QVINQVAGESIMA PRIMA  
propositio.

**FAMVLVS, QVI SVBMISSIS** bumeris scientè adiuvat berum suum ascendere per fenestras ad stuprandam virginem. & multoties eidem subservit, deferendo scalam, aperiendo ianuam, aut quid simile cooperando non peccat mortaliter, si id faciat metu notabilis detrimenti, puta, ne à domino male tractetur, ne torvis oculis aspiciatur, ne domo expellatur.

Damnata.

## EXPLANATIO.

838 **S**entiendum est, quod actiones in hac propositione relatas, & alias similes, non potest famulus exercere, etiam ex metu gravis detrimenti, puta, ne à domino male tractetur, ne torvis oculis aspiciatur, ne domo expellatur; quia ita declarat Innocent. nam tales actiones, cooperations proxime sunt ad peccatum.

Et licet secundum se, &c in abstractu consideratae indifferentes sint, tamen in his circumstantiis determinatae sunt ad malum.

Et notat Hozes, num. 10. quod non solum de famulis, sed etiam de mancipiis intelligenda est damnatio: nam eti in illis minor videatur culpa talis cooperatio, nemini tamen licet peccato cooperari; regulandum vero est hoc per sequentia.

839 Noa damnatur hic 1. quod si tales actiones faciat famulus coactus metu mali gravissimi, ut est mors, absque animo cooperandi, peccatum non erunt; quia causa gravissima illas exercendi, auffert ab eis malitiam in his circumstantiis, vt patet à simili in Christianis contra nos Maurorum navem ducentibus; & in petente vissuras vissario, & iuramentum à Gentili, quem scio, per Deos falsos iuraturum, quando ex gravissima causa hæc sunt, ita Dicastill. tract. 2. de iustit. disp. 4. n. 122. & 397. & Curs. Moral. tom. 3. tract. 13. cap. 1. punct. 5. num. 129. quidquid in contrarium asserat Doct. Hebas.

840 2. Non damnatur asserere, esse licitas alias actiones famuli remotè in peccatum influentes, vt patare cibos concubinæ, lectum sternere, in quo adulterium commisuram novit, ducere eam in curru ad domum amasii, si fiant ex metu gravis detrimenti in damnata propositione relati, & sine animo cooperandi (absque gravi causa peccata lethalia erunt)

nam prædictæ actiones non respi- ciunt ad hic, & nunc executionis, sicut respiciunt illæ, quas assert propositio, vt ait Torrecill. im- pres. à num. 31. scio in contrarium esse Corella, 8. impression. à nu- mer. 200.

841 3. Non damnatur con- ducere domum meretrici, quam scio in ea abusuram in honeste suo corpore cum amasis: nam vt ait Boaacin. tom. 1. quæst. 4. punct. 14. num. 4. Non censentur coopera- ri peccato illarum, nam locus se ba- bet extrinsecè, & remotè ad peccan- dum, cuius ex loco non soleat assumi occasio ad peccandum. Intelligitur hoc dummodo alii non occur- rant, vel inveniantur locatores pro conductione domus; præci- pue, si ob situationem sit occasio- nata huic in honesto tractui, ita Torrecilla, num. 32. & 33. Ho- zes, numer. 12. Corella, nu- mer. 204.

842 Attamen deferre famu- lum litteras ad turpia, ipso Icien- te, excitantes, vel in quibus de- signatur hora ad peccatum perpe- trandum, iudico hie, vt mortale damnum, etiamsi ex metu in propositione apposito fiat: quia ei, ex similibus actionibus, pro- xime ad peccatum cooperan- tibus.

843 Accipe regulam pro- dignoscendo, quando actio repu- tanda est illicita, & fugienda, vt proximè peccato cooperatrix. Ni- mirum, quod illa actio, seu actio- nes, sine quibus non posset pec- catum executioni mandari, non sunt

sunt in hac circumstantia indiffe- rentes, sed mala indicandæ sunt. Non tamen ita intrinsecè mala, vt aliqua gravissima causa non excusat eas, factas absque intentione influendi in peccatum, iuxta dicta. Si vero in se in honesta sint, nulla causa eas excusat. Quando autem peccatum committendum est, etiamsi actiones non ponantur, vel commodè absque illis fieri po- test, non sunt censurandæ ita illi- citæ, vt aliqua moderata causa non permittat eas, vt relatæ nu- mer. 840.

### QVINQUAGESIMASECVNDA propositio.

**PRAECEPTVM SERVANDI**  
festa non obligat sub mortali, sepo-  
sto scandalo, si absit contemptus.

Dammata.

### E X P L A N A T I O .

844 **S**entiendum est, esse peccatum mortale non observare festa, audiendo Sacrum, & se à servili labore abstinentio: quia ita declara- rat Innocent. contrarium dam- nando.

Refert Gonet in dissert. Theo- log. de opinion. probab. art. 3. §. 2. hanc propositionem, vt ia- cet, reprobaſie Academiam Lov- vanensem ad Archiepiscopi Me- chliniensis instantiam.

845 Et vt ait Bellarminus, lib. 3. de Cult. Sanctorum, cap. 20. *Iure Divino præcipitur, vt aliqui*

dies festi obseruentur; & tamen nulli sunt certi dies à iure Divino determinati: ergò debuit esse in Ec- clesia potestas determinandi certos dies, & obligandi ad eorum obser- vationem, quia alioquin non serva- retur ius Divinum.

Et Ecclesia habent potesta- tem, sicut & quilibet legitimus superior obligandi in conscientia, vt ait Div. Thom. 1. 2. quæst. 96. art. 4. & Proverb. 8. dicitur, de Divina Sapient. *Per me Reges reg- nant, & legum conditores iusta de- cernunt:* ergò Ecclesia potuit oblī- gare in conscientia plus, minusve secundum materiae gravitatem.

Dices: quod culpa gravis so- lum invenitur, quando est contra charitatem Dei, aut proximi, & fractio diei festi tantum est contra Religionem.

846 Respondeo ex Lumb. num. 1963. non requiri, vt pec- catum sit grave, quod obiectivè sit contrà charitatem, id est, quod obiectivè charitati opponatur; cum pollutio voluntaria sit pecca- tum grave, & charitati non oppo- nitur (nisi dicas opponi institutæ speciei) sed sufficit, quod subie- ctivè sit incomponibile cum chari- tate; quia fractio legis gravis non componitur cum charitate.

847 Et ego addo, quod in præceptis legis naturæ est optima regula illa, ex genere suo morta- lia esse, quæ ex genere pugnant cum charitate Dei, aut proximi; at vero in materia præceptorum humanorum, quæ ex genere, aur- specie mala non est, sed quia pro- hi-

hibita; regula, vt eius præcepta graviter obligent, est, quod finem gravem respiciant, vt cultus Dei, recta populi gubernatio, &c. & huiusmodi est præceptum de festis observandis, nimirum, cultus Dei. Nisi velis dicere, quod in substantia aliquid divinum est, videlicet, festa sanctificare, & quod Ecclesia designat tempus, vt ex Bellarmin. dixi.

848 Ratio ergo damnationis est: tum, quia est præceptum in materia gravi, & ex motivo valde gravi, vtpore Divini cultus: tum, quia Populus Christianus ita receptionem habet. Vide Tapiam, lib. 4. quæst. 9. art. 4. à num. 1.

849 Ex quo damnata manet opinio Angeli, v. Feria, num. 42. assertentis non esse lethale relinqueret Sacrum in die festo, secluso contemptu; vide proposit. 36. ab Alexand. VII. damnatam.

850 Non damnatur hic 1. opinio Tamburini, lib. 1. Decalog. cap. 3. §. 8. num. 12. dicentis: Non esse frequentissimum, obligare ad mortale leges Ecclesiasticas: nam hæc sententia videtur sentire, quod plures obligant sub mortali, Torrec. num. 4.

851 Non damnatur 2. sententia Angeli, v. Feria, num. 45. & aliorum, quos refert Machad. tract. 2. docum. 3. num. 4. assertentium, quod auditio sermonis, id est, Verbi Dei anteponi debet Missæ assentiæ: Vnde, qui nequit in die festo audire Missam, & verbum Dei, Missam relinquat, vt sermoni assit. Fundantur in

aliquibus textibus iuris, vt cap. *Omnis sacerdos, de consecrat. distinct.* 1. & cap. *Interrogo*, 1. quæst. 1. Improbabilis tamen reputanda est hæc opinio; cum de Missa sit præceptum, non de sermone audiendo, ait Hozes, num. 16.

Vide supra doctrinam Caietani ad proposit. 30. damnatam per Alexand. VII. num. 301. valde utilem.

### QVINQUAGESIMA TERTIA propositio.

*SATISFACIT PRÆCEPTO  
Ecclesiae de audiendo Sacro, qui  
duas eius partes, imò quatuor simul  
à diversis celebrantibus audiuntur.*

Damnata.

### E X P L A N A T I O :

852 **S**entiendum est, non adimpleri præceptum de Missa audienda per assistantiam ad duas, vel quatuor eius partes, simul celebratas à diversis Sacerdotibus; quia ita declarat Innocent.

853 Ratio est: nam licet ex diversis illis partibus una Missa coalescat, vt li in eodem tempore unus Sacerdos celebret à principio usque ad offertorium, aliis ab offertorio usque ad consecrationem inclusivè, aliis à consecratione usque ad communionem, aliis ab hac usque ad ultimum; vel si unus celebret à principio usque ad consecrationem inclusivè, alter eodem tempore à consecra-

tio-

tione usque ad finem: tamen Ecclesiæ mens intellecta fuit, quod successivè vult vt audiatur. Et vt ait Lumbier intendit, quod fidelis insumat in Divino cultu tempus, quod una Missa perdurat.

854 Hanc opinionem damnavit Universitas Lovaniensis, vt falsam, & præceptorum Ecclesie illustram: nec enim maiorem habet apparentiam de quatuor Sacri partibus, quam de viginti. Et quod hæc fuerit mens Ecclesiæ declarat Innocent. in praesenti.

Et si dixeris, quod Divinum Officium dici potest simul cum auditione Missæ per obligatum ad utrumque: ergo & adimplere præceptum Missæ, audiendo duas eius partes eodem tempore.

855 Respondetur, quod præceptum, cuius partes diversis temporibus, seu successivè obligant adimpleri, non potest eodem tempore illi satisfieri; sed adimplerio Officii Divini, & auditio Missæ non exigunt diversa tempora, bene vero partes Missæ, quæ successivè audienda est, vt declarat hic Innocent. ergo illa duo præcepta eodem tempore impleri valent, non vero istud, simul eius partes audiendo.

Non damnatur hic 1. quod duas Missæ partes audiri possent celebratae à duobus Sacerdotibus, non eodem tempore, sed successivè, hoc est, quod ab uno una celebrata pars, v. g. à principio usque ad medium, & ab alio à medio usque ad finem, sive ante, sive post, alia pars audiatur.

856 Dices: qui à duobus Sacerdotibus audit Missam, non audit unam, nec duas Missas. Non audit duas, vt suppono; non audit unam, quia sunt duas medietates de duabus distinctis sacrificiis, pertinens qualibet pars ad distinctam Missam.

857 Respondeo ex Hozes, num. 8. quod licet in rigore physico sint duas medietates à diversis auditæ Sacrificiis: moraliter tamen una reputatur, cum sit de eadem victima, & eadem forma, & modo, actionibus, & orationibus oblata; & licet non sufficiant pro uno numero Sacrificio, sufficient tamen pro uno numero obsequio, vt ait Hozes, à fidelibus petito. Sed adverte, quod absque illa causa id facere, erit peccatum veniale.

858 2. Non damnatur, quod probabilitè sit licitum adimplere obligationes audiendi Sacrum, ex voto, & præcepto, & ex iniuncta poenitentia, per tres Missas eodem tempore auditæ; & est opinio Leand. de præcept. Decalog. tom. 3. tract. 2. disp. 1. quæst. 59. cum aliis. Ego vero hoc non admitto: nam ex mente obligantis communiter præsumitur, contrarium velle, ita sentit Aegidius Conink, quæst. 8.; art. 6. num. 288. & alii apud Dicastill. quos tacitis nominibus refert, tract. 5. de Sacram. disp. 5. num. 40.

(?\*) (?) § (?\*)

QVINQVAGESIMA QVARTA  
propositio.

**QVI NON POTEST RECITARE**  
Matutinum, & Laudes, potest  
autem reliquias horas, ad nibil te-  
netur, quia maior pars tra-  
bit ad se minorem.

Damnata.

## EXPLANATIO.

**859** **P**ater Filgueir. notat hic significationem septem horarum, & ait: Significare tria, nempe & creationem mundi septem diebus factam; & vt in memoriam revo- cemus exemplum Prophetæ se- pties in die laudem Deo dicentis, & septem paſionis Christi Domini præcipua mysteria, contenta in ſequentiibus versibus, adductis à Glosſa, cap. 1. de celebrat. Miflari. & ab ipſo, nempe:  
*Hac ſunt ſepenis propter quæ paſ- limus horis:*

*Matutina ligat Chriſtum, qui cri- mina purgat:*

*Prima replet ſputis, cauſam dat Tertia mortis:*

*Sexta Crucis neclit: latus eius Nona bipertit:*

*Vespera deponit: tumulo Completa reponit.*

**860** Sentiendum est, quod qui non potest recitare Matutinum, & Laudes, & potest alias horas, tenetur recitare, quas po- test: quia ira declarat Innoc.

Ratio est: quia quando mate-

ria præcepti eſt diſiſibilis, qui non potest ad totam, benè tamen ad partem, ad hanc tenetur. Ut qui non potest totam iejunare Quadragesimam, & potest aliquos dies, hos iejunare debet, ſi non detur nova cauſa excuſans: ergo cum materia præcepti de recitan- do fit diſiſiva, qui duas minores horas potest, tenetur illas recitare. Et hoc, etiam in opinione hic non damnata, nimurum, quod reſpe- ctu totius officii vnicum tantum datur præceptum, & vnicum pec- catum in totum illud omittente. Vide Trullenc. lib. 1. Decalog. cap. 7. dub. 23. num. 2. Sanch. Concil. tom. 8. lib. 2. cap. 2. dub. 11. num. 2. Curs. Moral. tom. 4. tract. 16. cap. 3. punct. 4. nu- mer. 32.

**861** Illud principium, quod propositio affert, quod maior pars trahit ad ſe minorem, intelligitur de rebus miſcibilibus, vt ſi duæ metræ bini iniiciantur in vigin- ti, aut tres modii tritici in trifta: & hic verificatur, quod minor pars ſequitur iura maioris, vel intelligi- tur, quando vnum eſt accesso- rium alterius; & nec vnum, nec alterum eſt ad rem, vt patet.

Ex qua damnatione ſequitur, quod qui potest ad vnam tantum minorem horam, ad eam tenetur; & qui ſciit memoriter psalmos il- lius, nescit vero capitulum, verſi- culos, & orationem, obligatur ad illos, quia maior pars eſt.

**862** Et Beneficiatus, qui ex iuſtitia tenetur; ſi vnde reſtituat poſteā non habebit, obligatur par- tem

tem minoris horæ reſtitare, Lum- bier, num. 1967. tamen ſi ma- teria eſt parva, non obligatur reſtituere, nec graviter peccavit. Et ſi ex qualibet hora materiam par- yam reliquerit, quamvis reſpectu totius officii ſit gravis, & pecca- tum grave eis parvitates omitte- re: non verò ad reſtitutionem te- netur, quia non vniuntur morali- tate in ordine ad hoc; & diversa ſunt præcepta reſitandi, & reſti- tuendi; & præceptum reſtituendi ſolum, quod reſtituat, qui horas non reſitat, dicit, & qui ex qua- libet parvam omittit partem, non omittit horas, Suarez de Religion. tom. 2. lib. 4. cap. 30. Bonacin. diſp. 1. quæſt. 5. punct. 1. & 2. Curs. Moral. tom. 4. tract. 16. cap. 2. punct. 4. forus conſcient. tract. 2. num. 228.

**863** Item, qui quadrante ho- ræ ante dimidiā noctem reco- datur ſe non reſitasse, tenetur dicere officium, quod eo quadran- te, aut dimidio attingerit, & ſi vnam parvam horam, aut maio- rem illius partem. Et licet non de- ficiat affirmans, quod ſemel incep- ta horarum reſitatione, obligatur continuare officium; cum aliqui afferant adimplere eo modo, quia tempore apto cœpit illud: & con- fequenter non tenebitur, ſi Bene- ficiatus ſit, reſtituere: ego ad hoc non obligo, cum ſolum probabi- liter aſſentiat.

**864** Sed vt ſcrupulosi ſcrupu- lis non agitantur, advertere de- bent, quod qualibet impotentia moralis ad reſitandum deobligat,

vel excusat; & hæc pensanda eſt ſecundum prudentis iudicium. Vnde quodlibet notabile dam- num in ſalute, vel singularis defa- tigatio, quæ prudenter timetur in reſitatione, inspecta ſubiecti de- bilitate, excusat à reſitatione; quia Mater Eccleſia ſuaviflma in ſuis Præceptis præſumitur; & inſu- per, quod valetudinariis aliquam quietem concedit. Ad quod vide citatum Curs. punct. 6. §. 1. à nu- mer. 34.

**865** Non damnatur hic 1. af- ferere, quod qui non potest Ma- tutinum, & Laudes, & de poſſi- bilitate ad reliquum officii pen- ſum dubitat, non tenetur ad ali- quid; quia de obligatione dubitat, & propositio poſſibilitatem ſup-ponebat, ita Lumb. & alii.

**2.** Non damnantur opinione versantes circa designationē par- vitatis materiæ in Officio Di- vi- no. Vnde non iudico, damnatam eſſe opinionem affirmatam, vnam minorem horam eſſe parvam ma- teriam: nam in ſententia vnicum pro toto officio ponente præcep- tum, modica pars reſpectu torius censetur; vt tenet N. Anton. à Spirit. Sanct. tract. 3. cap. 6. nu- mer. 1645. Sotus de iuſtit. lib. 10. quæſt. 5. artic. 5. vers. Subtexitur: ego tamen hoc non admitto. Vide Curs. punct. 5. num. 23.

**866** **3.** Non damnatur opi- niō Sanchez in Summ. lib. 1. cap. 19. num. 7. dicentis, quod non eſt obligatus ad Psalmos Matutini, et ſi eos memoriter ſciat, ille, qui non habet Brevarium, in quo le-

QVINQVAGESIMA QVARTA  
propositio.

**QVI NON POTEST RECITARE**  
Matutinum, & Laudes, potest  
autem reliquias horas, ad nibil te-  
netur, quia maior pars tra-  
bit ad se minorem.

Damnata.

## EXPLANATIO.

**859** **P**ater Filgueir. notat hic significationem septem horarum, & ait: Significare tria, nempe & creationem mundi septem diebus factam; & vt in memoriam revo- cemus exemplum Prophetæ septies in die laudem Deo dicentis, & septem passionis Christi Domini præcipua mysteria, contenta in sequentibus versibus, adductis à Glossa, cap. 1. de celebrat. Missar. & ab ipso, nempe:  
*Hæc sunt septenis propter quæ psal- limus horas:*

*Matutina ligat Christum, qui cri- mina purgat:*

*Prima replet sputis, causam dat Tertia mortis:*

*Sexta Crucis necdit: latus eius Nona bipertit:*

*Vespera deponit: tumulo Completa reponit.*

**860** Sentiendum est, quod qui non potest recitare Matutinum, & Laudes, & potest alias horas, tenetur recitare, quas po- test: quia ira declarat Innoc.

Ratio est: quia quando mate-

ria præcepti est divisibilis, qui non potest ad totam, benè tamen ad partem, ad hanc tenetur. Ut qui non potest totam ieiunare Quadragesimam, & potest aliquos dies, hos ieiunare debet, si non detur nova causa excusans: ergo cum materia præcepti de recitan- do sit divisiva, qui duas minores horas potest, tenetur illas recitare. Et hoc, etiam in opinione hic non damnata, nimurum, quod respe- ctu totius officii vnicum tantum datur præceptum, & vnicum pec- catum in totum illud omittente. Vide Trullenc. lib. 1. Decalog. cap. 7. dub. 23. num. 2. Sanch. Concil. tom. 8. lib. 2. cap. 2. dub. 11. num. 2. Curs. Moral. tom. 4. tract. 16. cap. 3. punct. 4. nu- mer. 32.

**861** Illud principium, quod propositio affert, quod maior pars trahit ad se minorem, intelligitur de rebus miscilibus, vt si duas metræ bini iniiciantur in viginti, aut tres modii tritici in triginta: & hic verificatur, quod minor pars sequitur iura maioris, vel intelli- gitur, quando vnum est accesso- riuum alterius; & nec vnum, nec alterum est ad rem, vt patet.

Ex qua damnatione sequitur, quod qui potest ad vnam tantum minorem horam, ad eam tenetur; & qui scit memoriter psalmos il- lius, nescit vero capitulum, versi- culos, & orationem, obligatur ad illos, quia maior pars est.

**862** Et Beneficiatus, qui ex iustitia tenetur; si vnde restituat postea non habebit, obligatur par- tem

## Propositio Quinquagesima quarta.

tem minoris horæ recitare, Lum- bier, num. 1967. tamen si ma- teria est parva, non obligatur re- stituere, nec graviter peccavit. Et si ex qualibet hora materiam par- yam reliquerit, quamvis respectu totius officii sit gravis, & pecca- tum grave ea parvitates omitte- re: non verò ad restitutionem te- netur, quia non vniuntur morali- tè in ordine ad hoc; & diversa sunt præcepta recitandi, & resti- tuendi; & præceptum restituendi solum, quod restitutus, qui horas non recitat, dicit, & qui ex qua- libet parvam omittit partem, non omittit horas, Suarez de Religion. tom. 2. lib. 4. cap. 30. Bonacini. disp. 1. quæst. 5. punct. 1. & 2. Curs. Moral. tom. 4. tract. 16. cap. 2. punct. 4. forus conscient. tract. 2. num. 228.

**863** Item, qui quadrante ho- ræ ante dimidiā noctem recordatur se non recitasse, tenetur dicere officium, quod eo quadran- te, aut dimidio attingerit, & si vnam parvam horam, aut maio- rem illius partem. Et licet non deficiat affirmans, quod semel incep- ta horarum recitatione, obligatur continuare officium; cum aliqui afferant adimplere eo modo, quia tempore apto cœpit illud: & con- sequenter non tenebitur, si Bene- ficiatus sit, restituere: ego ad hoc non obligo, cum solum probabi- liter assentiatur.

**864** Sed vt scrupuloso scrupu- lis non agitentur, advertere de- bent, quod qualibet impotentia moralis ad recitandum deobligat,

vel excusat; & hæc pensanda est secundum prudentis iudicium. Vnde quodlibet notabile dam- num in salute, vel singularis defa- tigatio, quæ prudenter timetur in recitatione, inspecta subiecti de- bilitate, excusabit à recitatione; quia Mater Ecclesia suavissima in suis Præceptis præsumitur; & insu- per, quod valetudinariis aliquam quietem concedit. Ad quod vide citatum Curs. punct. 6. §. 1. à nu- mer. 34.

**865** Non damnatur hic 1. af- ferere, quod qui non potest Ma- turinum, & Laudes, & de possi- bilitate ad reliquum officii pen- sum dubitat, non tenetur ad ali- quid; quia de obligatione dubitat, & propositio possibilitatem sup- ponebat, ita Lumb. & alii.

**2.** Non damnantur opiniones versantes circa designationē par- vitatis materiæ in Officio Divi- no. Vnde non iudico, damnatam esse opinionem affirmatam, vnam minorem horam esse parvam ma- teriam: nam in sententia vnicum pro toto officio ponente præcep- tum, modica pars respectu torius censetur; vt tenet N. Anton. à Spirit. Sanct. tract. 3. cap. 6. nu- mer. 1645. Sotus de iustit. lib. 10. quæst. 5. artic. 5. vers. Subtexitur: ego tamen hoc non admitto. Vide Curs. punct. 1. num. 23.

**866** **3.** Non damnatur opi- nio Sanchez in Summ. lib. 1. cap. 19. num. 7. dicentis, quod non est obligatus ad Psalmos Matutini, etsi eos memoriter sciat, ille, qui non habet Breviarium, in quo le-

potius dicendum erat, reprobationis signum esse, taliter Sacra menta, quæ gratiae instrumenta sunt, recipere, ut emmendationem vita cum illis non acquiratur. Tamen nullus hoc scire potest, nec aliquis de salute desperare debet.

Potest tamen affirmari, quod frequens confessio, & communio cum quotidiana melioritate vita recepta, est signum coniecturale prædestinationis.

876 Ly Gentiliter propositionis, non significat vitam peccato mortali irretitam, alias heretica esset hæc propositio; & Innocent. XI. non tali eam afficit censura, vt notat Filgueir. hic. Sed intelligitur de modo vivendi parum Christiano, atque consuetudine peccandi mortaliter obvio; & de illis, qui vt communicent bona fide, videntur resurgere per confessionem, sed iterum, atque iterum in peccata ruunt absque viro virtutis exercito, piaque vita aliqua forma, Filgueir.

De communione quotidiana agitur infra supra decretum Innocent. XI.

### QVINQUAGESIMA SEPTIMA propositio.

**PROBABLE EST SVFVICE  
re attritionem naturalem, modo bo  
nebam. Damnata.**

### EXPLANATIO.

877 **D**amatio huius positionis, non tam venit intelligenda de attritione

extra Sacramentum, quam intra Sacramentum: nam error Semipelagianorum affirmantium, attritionem se solam sufficere ad iustificationem, iam præscriptus est à tempore Augustini vt hereticus: vnde nunc frustra eadem censura iterum feriretur. Vide Thom. Hurtado, tom. 2. resolut. moral. tract. ultim. resol. 10. §. 7. num. 504. & Filguer. hic; & ita de attritione intra Sacramentum præcipue intelligenda est damnatio.

878 Est ergo attritio dolor de peccatis, vel ex turpitudine peccati consideratione, vel ex gehenna, pœnarum metu conceptus, cum proposito cavendi in futurum, & spe veniae divinitus obtinende; quæ definitio desumitur ex Tridentin. sess. 4. cap. 4. & inter eam, & contritionem est differentia ex diversis motivis dolendi: nam contritio est dolor propter Deum summè dilectum. Attritio tamen, aut ex turpitudine peccati, aut metu gehennæ. Hozes, num. 1.

Et notare debes, quod attritio simul cum Sacramento est sufficiens ad iustificationem, vt habeatur ex Tridentin. ita vt attritio, existimata contritione, non sit necessaria, vt communis tenet sententia: nam si attritio cum Sacramento reddit hominem de attrito contritum, ad quid existimatio contritionis? Non vero est sufficiens dolor, existimatus attritio, si in re attritio non est. Vide Hozes, num. 6. & 7.

879 Sentiendum est, non suf-

sufficere attritionem naturalem, (id est ex motivo pure naturali) et si honestam, ad iustificationem, sive intra, sive extra Sacramentum: quia ita declarat Innoc.

Ratio est: nam ex Trident. sess.

12. cap. 4. de Sacrament. Pœnit. constat, quod attritio, quæ intra Sacramentum iustificat, est donum Spiritus Sancti, & fit ex ipsius impulsu: ergo non potest esse pure naturalis.

880 Damnatur etiam hic (licet aliqui dubitent) opinio ascrens sufficere attritionem naturalem ad valorem Sacramenti, quamvis non ad fructum, ita Lumbier, num. 1677. Hozes, num. 14.

Ratio est: quia proprium est huius Sacramenti, quod materia proxima ipsius, sunt actus pœnitentis, sensibiles facti, disponentes illum proxime ad gratiam: ergo illi actus tantum, qui ex se disponere possunt pœnitentem proxime ad gratiam, erint materia illius proxima; sed attritio naturalis non potest ad gratiam proxime disponere, vt potest diversi ordinis ab illa: ergo neque esse materia huius Sacramenti.

881 Audi tamen nostr. Salmant. Scholast. tom. 12. part. 2. disp. 7. dub. 1. num. 23. qui (probando Sacramentum informe dari posse) sequentia verba ponit: *Veniamus tam ad secundam assertionis partem; nempe pro attritione, vt sit Sacramenti pars, non requirit, quod sit omnino absoluta, & efficax; atque ideo sufficere ad illud manus attritionem superna-*

*turalem inefficacem. Probatur 1. autoritate Concil. Tridentin. sub hac forma: Illa attritio est sufficiens pars huius Sacramenti, cui convenit diffinitio huius partis à Concilio assignata; sed attritio supernaturalis est huiusmodi: ergo est sufficiens pars istius Sacramenti. Consequentia est legitima à diffinitione ad diffinitum.*

882 Maior autem, in qua poterat esse difficultas, suadetur: nam Concilium, sess. 14. cap. 3. quod inscribitur, de partibus huius Sacramenti, att: Sunt autem quasi materia huius Sacramenti ipsius pœnitentis actus, nempe contritio, confessio, &c. Deinde, cap. 4. immediate inchoat his verbis, quæ continent diffinitionem doloris illius, quem dixerat esse huius Sacramenti partem. Contritio, quæ primum locum inter dictos pœnitentis actus, animi dolor est, ac detestatio de peccato commisso, cum proposito non peccandi de cetero: *Hæc autem diffinitio, & omnes eius partes convenient attritioni supernaturali inefficaci; si quidem est animi dolor, & detestatio de peccato commisso cum proposito non peccandi de cetero, vt satis ex se liquet.*

883 Probatur 2. autoritate D. Thom. in 4. distinet. 17. quæst. 3. artic. 4. quæstiunc. 1. ubi ait: Confessio etiam potest esse in eo, qui non est contritus, quia potest peccata sua Sacerdoti innotescere, & clavibus Ecclesiæ subiucere: *Vnde concludit, illum non teneri iterare confessionem: Quod falsum*

ctiones perlegat; quia ratio individualia Matutini Officii non salvatur in Psalmis. Si autem Officium sit Feriae, tenetur ad Psalmos in casu posito, qui memoriter illos scit; quia lectiones in Matutino Feriali Officio est materia parva, Corella hic, num. 212.

867 4. Non damnatur assertere, quod qui pluries in die repeat voluntatem non recitandi, unum solum continuatum peccatum committit; quia omnes istae volitiones vniuntur in una exteriori omissione horarum. Hac opinio est Oliverii, Bonac. apud Dianam, 4. part. tract. 4. refol. 219. & vt patet, quid diversum est hoc assertum à sensu damnatae propositionis, Corella, num. 216.

### QVINQVAGESIMA QVINTA propositio.

PRÆCEPTO COMMUNIONIS annue satisfit per sacrilegum Domini mandationem.

Damnata.

### EXPLANATIO.

868 **C**ertum est dari præceptum Divinum recipiendi Eucharistiam, vt constat ex illo Ioannis 6. *Nisi manducaberitis carnem filii hominis, & bibetis eius sanguinem, non habebitis vitam in eobis;* insuper & Ecclesiasticum, vt constat ex Tridentin. sess. 13. can. 9. & duo agit, & designat tempus adimpletionis, & simul præcipit

tempore Paschæ communionem.

869 Sentiendum est, non satisfieri præcepto de annua communione per sacrilegam Domini mandationem: quia ita declarat Innocet. contrarium damnando, quæ opinio plurium fuit Authorum, quos hic refere Filgueir.

870 Ratio est: tum, quia hoc præceptum in substantia Divinum est, vt dixi, & præceptum Divinum obligat ad fructuosam, & dignam Sacramenti receptionem, quamvis hæc omnia interiora sint: *Probet autem se ipsum homo: & sic de pane illo edat.* Ad distinctionem aliorum præceptorum, quæ humana sunt, quæ ad pure interiora non obligant, iuxta communem assensum, vt videri est in Suarez, tom. de legib. lib. 3. cap. 13. & lib. 4. cap. 12. Tum, quia etiæ humanum præceptum esset, præcipit internam dispositionem indirecte, hoc est, vt quid cōnexum cum externa mandatione.

Intelligenda etiam est hæc damnatio de Viatico præcepto in articulo mortis à Divino iure.

Vnde damnata etiam manet opinio Bassai, tom. 2. verb. *Communio*, Sanchez, num. 4. Navarro, & Azor apud ipsum, afferentium, quod excommunicatus, aut interdictus, communicans in Pascha, satisfacit præcepto Ecclesiæ nam talis communio sacrilega est. Torrec. num. 45.

871 Non damnatur hic opinio, Granados, Sà, Ledesma, & aliorum apud Dian. 3. part. tract. 4. ref. 61. affirmantium, quod tran-

sacto tempore ab Ecclesia signato ad communionem, non est obligatio ad eam omissam præterito anno, quia est designatio temporis ad finiendam obligationem. Probabilis tamen est dari, post transactum tempus signatum, talam obligationem: quia intentum Ecclesiæ in designando tempore, est ne ultra differatur adimpletio Domini præcepti.

872 Et omnes opinones, quæ à communione sacrilega liberant, non damnantur hic, vt est sententia Vazquez, & aliorum apud Caspensem, tom. 2. tract. 22. sect. 1. num. 9. affirmantium ex consequentia doctrinæ, quod qui communicavit in Pascha cum peccato veniali, non solum habituali, verum actuali concomitanti, satisfacit præcepto communioannis annuae, & etiamsi tale peccatum sit afficiens, vt communicare ex vanagloria: nam aiunt tales communionem sacrilegam non esse, Torrec. num. 19.

873 Caveat, qui tam temere ad Corpus Christi manducandum accedit, severum ludicem; cum hoc sacrilegium maius peccatum sit, quam homicidium, adulterium, & peccatum contra naturam, vt plures Theologi affirmant apud Fagundez, 3. præcept. Ecclesiæ, lib. 3. cap. 9. num. 11. *Et borrendum est incidere in manus Dei viventis.* Hozes, n. 14.



### QVINQVAGESIMA SEXTA propositio.

FREQVENS CONFESSIO, ET  
communio, etiam in his, qui Gentili  
vivunt, est nota præfessionis.  
nationis. Damnata.

### EXPLANATIO.

874 **P**lura dantur, & approbantur signa probationis: primum, devotio specialis in B.V. ex D. Anselmo, & Bonaventura apud Lezanam, lib. de Maria Patrona, cap. 5. Secundum, frequens auditio verbi Dei, iuxta illud Lucae 11. *Beati, qui auditunt verbum Dei.* Et ex illo Matthæi: *Qui ex Deo est, verba Dei audit.* Tertium, frequentia Sacramentorum Pœnitentiarum, & Eucharistiarum, *Qui manducat hunc panem, vivet in aeternum.* Quartum, humilitas, iuxta illud D. Gregorii moralium: *Evidentissimum signum reproborum est superbia, sicut & electorum humilitas.* Sed iungenda est, vt approbationis signa sint, probitas vitæ, & propositum cum executione emmendationis illius: nam de his, qui proponunt, & non perseverant, dixit Augustinus apud Christoval de Vega in casibus conscientiarum, cap. 15. *Non rumpunt, sed interrumpunt peccata;* & de his potius timendum est, quam presumendum de sua salute.

875 Nihil notandum venit supra præiactam propositionem, &

*effet, si Sacramentum non fuisset validum. Hucusque doctissimi Salmantic.*

884 Aliorum ratio pro inepititudine attritionis naturalis pro confessione, nimurum, quod Sacramentum est artefactum supernaturale: ergo suæ partes. Non mihi placet: quia attritio, et si naturalis, sensibilis facta, posset elevari ad hoc, ut esset pars alicuius Sacramenti; sicut in Baptismo ablutione, quæ quid naturale est, elevatur ut sit illius materia.

885 Vide Torrecilla, à n. 7. validis rationibus offerentem doctis iudicium: an sint damnatae duæ sequentes opiniones: 1. nimurum dicens, attritionem naturalem, licet ad fructum non sufficere, bene vero ad valorem Sacramenti; ita plures apud Moy. Select. tom. 1. tract. 3. disp. 5. quæst. 4. n. 16. 2. verò, quod non est necessaria ad Sacramenti valorem attritio in re, sed satis est existimata: sic plurimi apud Moy. disp. 5. quæst. 3.

886 Sed de licentia tanti viri, quamvis ipse has detestatur opiniones, & nihil de damnatione resolvit, existimo, in præsenti decreto eas proscriptas esse.

887 Efficax meo videri est ratio: nam Sacramentum, quod in valore, & in re tale est, posset, quatenus est ex se, causare gratiam, si obicem in subiecto non inveniret; quia Sacraenta, quæ verà legis gratia Sacraenta extant, instrumenta physica gratia sunt; sed Sacramentum Poeniten-

tiae, quod quatenus ex se est sufficientis ad gratiam causandam, exigit attritionem supernaturalem in re: nam ut benè Moya, 4. citat. quæst. 3. n. 6. cum Vazquez in 3. part. quæst. 92. ait: *Nullum in Concilio vestigium reperitur ad asserendum dolorem, qui est pars essentialis Sacramenti, non esse simul dispositionem sufficientem ad eius effectum. Quinimo Concilium definit, esse partem, quatenus ad hunc requiritur, ut diximus: atque adeò qui ad illum non sufficiat, nequit esse pars huius Sacramenti. Quia propter neque Sacramentum queit esse validum, & informe, ex hoc capite, neque ex eo quod attritio existimata ( licet reverè talis non sit ) ad valorem sufficiat. Et ita ait Concilium, sess. 14. cap. 3. de huius Sacramenti partibus, sic: Quatenus in poenitente ad integratem Sacramenti, ad plenamque, & perfectam peccatorum remissionem ex Dei institutione requiruntur; hanc ratione poenitentie partes dicuntur. Ergo attritio, sive ad valorem tantum, sive ad valorem, & fructum eius, essentialiter requiritur, quod sit supernaturalis.*

888 Non damnatur hic, quod ex aliis casibus dari possit Sacramentum informe, sive ex defectu extensionis attritionis supernaturalis ad omnia mortalia; sive ut aliis placet, quia propter ignorantiam vincibilem ( non affectatam, crassam, aut supinam ) si talis dari potest, in examinanda conscientia, aut quia ex eo ignorantia genere mortale tacuit poenitens,

tens, iudicans fuisse veniale, ut placet Dianæ, & aliis apud Corellam in practica, tract. 10. num. 13. Non fuit materialiter integra confessio, de quo vide Dian. 2. part. 17. resol. 31. & Curs. Mor. tom. 1. tract. 6. cap. 5. dub. vnic. num. 18.

### QVINQVAGESIMA OCTAVA propositio.

**NON TENEMVR CONFES-  
SARIO interrogantifateri peccati ali-  
cuius consuetudinem.**

Damnata.

### EXPLANATIO.

889 **D**uplicem hæc propositio difficultatem tangit: 1. An consuetudinem peccandi confite ri teneamus? 2. An interrogante Confessario, illi eam declarare debeamus? Et ex hac 2. prima deduci videtur: nam vel obligatur Confessor inquirere à poenitente consuetudinem peccandi, vel non? Si non obligatur: ergo nec poenitens ad eam dicendam. Si obligatur: ergo etiam poenitens, eo non interrogante, si advertat; & hoc est securius, & consilendum: quia eti non teneatur poenitens peccata confessâ iterum confiteri; maximè tamen suspectus debet esse de sua dispositione, & an propositum verum habeat emendationis: cum post confessiones repetitas iteratur ita facile eadem specie peccata, quæ fallitus est. Et sicut

infirmus, qui sanare desiderat, aperi re curat Medico indispositio nem suam gravem; ita & poenitens, cum accedat ad Confessorem, non solum ut iudicem ( iuxta quod munus admitto ad id non teneri ) sed etiam ut medicum, obligatur eam infirmitatem illi manifestare, ut ei medeatur, & medicamentum applicet. Regula etiam hoc ex dicendis.

890 Sentiendum est, teneri poenitentem declarare Confessario peccandi consuetudinem, si ab illo de illa interrogetur: quia ita declarat Innocent.

Ratio est: tūm, quia Confessarius ius habet ad exquirendam poenitentis dispositionem, ut recte absolutionem illi præstet: & sapientius prava consuetudo indisponit eum ad habendum requisitura propositum in futurum non peccandi: tūm, ut poenitenti applicet, sicut prudens Medicus, remedium ad eam coercendam.

891 Non damnatur hic 1. asserere, quod si poenitens non interrogetur de consuetudine, quod non obligatur ad eam declarandam, si prudenter iudicet, se habere propositum non peccandi.

892 2. Non iudico improbabile, non esse hic damnatum, quod si poenitens doctus est, & se dispositum iudicat, non tenetur aperire Confessario consuetudinem de ea interroganti, quæ opinio est Cursus Moral. tom. 4. tract. 17. cap. 2. punct. 4. §. 3. num. 166. Nam propositio damnata absque hac prudenti limitatio-

tione loquitur, ita Torrecilla hic, num. 5. quod ego admittō, si Confessor sit indoctus. Poenitens namque, cum sit reus, & infirmus, contra se præsumptionem generat, an recte iudicet in causa propria; & an securè sibi credat, & medicamen apponat, Hozes hic, num. 13. & 14.

893 Audi tamen Matthēum de Moya, tom. 1. select. tract. 3. disp. 3. quæst. 5. cap. 2. §. 1. numer. 16. qui ait: *Vnde sit sententiam Ioannis Sanch. ut ab ipso explicatam, rusticis, & indottiis, qui proprio iudicio fidere non possunt, circā necessitatem directionis Confessarij, minimè ad præsum deservire posse: butusmodi enim interrogati, cum ipsamet interrogatio dubium saltim ipsius ingerat obligatio-*

*nis (quod in his communiter prædictum est) consuetudinem fateri te-*  
*nentur: secūs viri docti, qui equo ac ipse Confessarius, & quandoque magis rem penetrant, quibus proin-*  
*de constare potest nulla Confessarii*  
*directione indigere, illumque certio-*  
*rē possunt reddere, nullum desiderari ex requisitis ad licitam, validam*  
*que absolutionem. Quæ si Ioannes*  
*Sanctius disinxisset, eius opinio à*  
*Sacra Iudicis Congregatione delecta*  
*non fuisset. Hucusque Moya.*

894 Sed ego quod scripsi, scripsi ex Hozes: Nam poenitens eti doctus, cum infirmitas eius sit spiritualis, ex passione, quæ ipsum attrahit, & cæcat, non potest re-

ctè videre, an sibi securè medeatetur.

895 *Formalis* est, in qua manifesterantur peccata, quæ manifestari possunt absque gravi incommodo. Et hæc integritas semper est necessaria, tam ad valorem, quam ad effectum Sacramenti; & semper consistere potest sine inte-

gritatem materiali, sic & vt res exigit, explicat Filgueir. hic.

## QVINQVAGESIMA NONA propositio.

LIGET SACRAMENTALITER  
absolvere, dimidiatè tantum con-  
fessos ratione magni concursus po-  
nitentium, qualis, v. g. potest con-  
tingere in die magna alicuius  
festivitatis, aut indulgentie.

Damnata.

## EXPLANATIO.

844 **S**entiendum est, non esse sufficientem causam ad absolvendum confessos dimidiatè, magnus poenitentium concursus, quamvis conveniat ad indulgentiam lucrardam: quia ita declarat hic Innocent.

Ratio est: nam integritas Confessionis est de iure Divino: ergo nisi concurrat, vt causa aliud ius superiorius, non potest dimidiari.

896 Integritas confessionis duplex est, & *materialis*, & *formalis*; *materialis* in qua omnia peccata mortalia, quæ ab ultima confessione poenitens commisit, vel in ea oblita, aut non confessi, similiter, & omnino confitetur; estque de iure Divino, vt dixi, & patet ex Tridentin. sess. 14. cap. 5.

897 *Formalis* est, in qua manifesterantur peccata, quæ manifestari possunt absque gravi incommodo. Et hæc integritas semper est necessaria, tam ad valorem, quam ad effectum Sacramenti; & semper consistere potest sine inte-

vo à peccatis vestris, in nomine Pa-  
tris, & Fili, & Spiritus Sancti.

898 Inquires, quæ causæ ex-  
cusabunt, vel deobligabunt ab in-  
tegritate confessionis.

899 Respondeo, quod illæ,  
quæ sunt ex iure naturali, vt pericu-  
lum gravis damni in vita, fama,  
honore, re familiaris, aut si time-  
tur scandalum; vel si opponatur  
charitati proximi, non dimidiare  
illam, vt si instat mors, vel ex pro-  
babili opinione, vt non reveletur  
complex. Quæ omnia vide apud  
Dian. 3. part. tract. 4. resol. 131.  
& Moyam, tom. 1. tract. 3. disp.  
1. quæst. 1. à num. 3. & Cursum  
Moral. tom. 1. tract. 6. cap. 8.  
punct. 5. à num. 114. & punct. 6.

900 Alii plures casus ab in-  
tegritate materiali excusant. Pri-  
mus, quando poenitens mutus est,  
aut idiomate peregrino; ignarus  
alterius, vtitur; si Confessor non  
intelligi, nisi unicum peccatum  
numero, vel generaliter poenitens  
manifestat desiderium confitendi;  
doloremque culparum, eum absolv-  
ere potest.

901 Secundus, in pericu-  
lo naufragio, bello, vel incendio  
domus, si tempus non suppetit, ab-  
solvendi sunt, qui dolorem peccatorum  
manifestarint, si aliquod in particulari declarare non pos-  
sunt. Et vt ait Hozes, num. 2. Po-  
test Confessor alta voce dicere: Om-  
nes, qui desiderant suorum peccato-  
rum veniam, confessionem, & mi-  
sericordiam postulent. Et post hanc  
petitionem absolvi possunt à Con-  
fessario, dicendo: Ego vos absol-

vo a causa, summa verecundia, quia  
verecundia potius est petita à  
confessione; & cause excusantes  
debent esse confessioni extrinsecæ,  
Lumb. & Torrec.

905 Non damnatur I. quod  
si poenitens in die magni concur-  
sus, aut Missionum, non potest  
suam confessionem finire, & time-  
tur de redditu, seu quod mero-  
re affectus ibit, si inabsolutus mit-  
tatur, vel si peregrinus, aut rusticus  
est, & bona fide ad Sacramentum  
accedit, sed Confessor invenit eos

non

non sufficienter instructos , nec conscientiam satis examinatam ; si tempus iter agendi instat , & multitudo poenitentium frangit eum , & nec illos instruere valet , sufficit runc integritas formalis ; & sic absolvat eos ; imposta obligatione redeundi ad Poenitentia sacramentum , explicata , si cum alio Confessore , circumstantia praterierat confessionis . Ratio , quod hie non damnetur , est : quia non fit praecise ratione magni concursus , ita Lumbier , num. 1990 . & 1991 . ex Laiman , Torrecilla , num. 5 . sed informato in his casibus Confessario , an habeat poenitens occasionem proximam , vel consuetudinem peccandi .

906 2. Non damnatur opinio affirmans , quod Confessio casuum reservatorum potest dimidiari , cum superiori , & cum inferiori . Cum superiori , declarando tantum reservata , relictis non reservatis mortalibus . Cum inferiori , dicendo mortalia non reservata , tacendo reservata : nam hoc assertum distinctum est ab illo , quod damnata affirmabat . Sed improbabilem hanc opinionem iudico ; & sic , nec ad proxim reducendam . Lezana Summ . v . Casus reservatus , num. 24 .

907 Sed quoad secundam partem , quae loquitur de Confessoribus inferioribus , modificanda est , ex Lezana , num. 21 . nimirum , quod in casu gravis necessitatis , si additus ad superiorum non potest ex legitimo impedimento , & virget causa communicandi , aut

celebrandi , etiam ut populo in die festo , aut magna solemnitatis fiat satis , aut ne diu inconfessus maneat , aut Sacerdos sine Missæ celebratione , ait Lumbier , num. 1992 . & 1993 . potest poenitens non reservata inferiori fateri , vel ut melius dicam , reservata , & non reservata ; tuncque à non reservatis directè absolvitur , & indirectè à reservatis , cum onere se presentandi superiori .

908 Idemque dic de excommunicatione reservata ; audi Lezanam citat . quia in cap. Eos , qui , de sentent . excommun . dicitur , & declaratur , ait : Quod tam in pericula mortis , quam dum ad se impedimentum legitimum comparendi coram superiore , potest quis absolvit à censura cum onere comparandi , quam primum potuerit . Vide forum conscientiae , tract. 1 . cap. 1 . §. 2 . num. 19 .

909 Aliquomodo etiam loquendo de superiore modificanda est : nam si superior , legitimis implicatus negotiis , non valet omnia audire peccata , & inconveniens indicat alteri remittere Confessori , & inabsolutum remittere poenitentem , potest , auditis reservatis , absolvere illum ab illis directè , & indirectè à non reservatis .

910 Adverte tamen , quod quando postea poenitens cum inferiori confiteatur , non tenetur reservata dicere , sed solum non reservata , ita Lezana .

911 Dices cum Lumbier , num. 1993 . quod solum impedimenta iuri naturæ , ut vitam ser-

vare , honorem , famam , aut res familiares , possunt excusare ab integritate materiali confessionis : ut potè ista de iure Divino , & plura , quæ attulimus excusantia , nec ius naturale , aut Divinum attingunt : ergò ab integritate materiali excusare non valent .

912 Respondeo ex ipso , & per eius verba , ait ergò : Parece se puede responder , que de dos modos puede cesar en algun caso la obligacion de un Precepto Divino : el uno es por cesacion en tal caso , à vista de otro mayor : el otro es por interpretacion de la mente del Legislador , y asi ba de ser aquél ; porque aviendo sido los Sacramentos instituidos para el bien de los Fieles , y para sus necesidades espirituales , no es de creer de la piedad de Cbristo , que por esse otro Precepto de la integridad , los prive por mucho tiempo de tan grandes bienes , ni que essa fuese su mente .

#### SEXAGESIMA PROPOSITIO.

**P O E N I T E N T I H A B E N T I**  
consuetudinem peccandi contra legem Dei , Naturæ , aut Ecclesia , et si emendationis spes nulla appareat , nec est neganda , nec differenda absoluto , dummodo ore proferat se dolere , & proponere emendationem . Damnata .

#### E X P L A N A T I O .

913 **N**otat Filgueira hic , quod per hanc propositionem excluduntur duo à se-

mita veritatis . Primum aliquantulum confusè , nempe non esse negligandam , nec differendam absolutionem poenitenti habenti consuetudinem peccandi . Secundum expresse , videlicet , etiam non denegandam esse , et si emendationis spes nulla appareat , dummodo ore proferat poenitens , se dolore , & emendationem propone . Et de vtroque , ut patebit , explicatio loquetur .

Adverte , consuetudinem ab occasione proxima distingui in eo , quod illa est habitus , seu facilitas peccandi , quæ quid intrinsecum est in operante ; at occasio , est exterior circumstantia , offendiculum ad lapsus parans .

914 Sentiendum est , quod non potest absolviri , qui ex consuetudine peccat ( in quocumque vi-  
to sit ) si nulla spes datur emenda-  
tionis , quamvis verbo dicat se do-  
lere , & propositum de non pec-  
cando habere : quia ita declarat  
Innocent .

Vnde ait Sanctus Isidorus re-  
latus in cap. Inanis , de penitentiis  
dist. 4. Inanis est poenitentia , quae  
sequens culpa coinquitat . Vulnus  
iteratum sanatur tardius . Frequent-  
er peccans , & lugens vix veniam  
meretur . Nihil profunt lamenta , si  
replicantur peccata . Nihil valet de  
malis veniam poscere , & male denud  
iterare .

915 Ratio est : nam ex una  
parte requiritur ad valorem Sacra-  
menti propositum emendæ ; & ex  
alia debet Confessor prudens iudi-  
cium facere de tali dolore , & pro-  
pos-

posito, vt possit sicut rectus Index absolvere poenitentem: ergo cum hoc habere non possit de illo, de quo nulla spes emendationis datur, inde est, vt non possit illum absolvere, absque alio speciali fundamento.

916 Nec obstat, quod poenitens in foro poenitentiae non tantum reus est, verum & suae conscientiae testis: ergo in eo foro credi debet dicto suo, sicut in forensi foro testificanti assentitur.

Respondeo, hoc esse verum, dummodo iudex, id est, Confessor alia non habeat relevantia motiva discredentiae intra eundem processum, & iudicium, quae illum ad denegandam absolutionem poenitenti, vt indisposito, impellant. Insuper, quia in foro externo attenditur publicae gubernationi, tangentem commune bonum, non vero particulari bono rei: *Nam in foro conscientiae*, ait Moya select. rom. 1. tract. 3. de poenitent. disput. 7. quest. 5. *Cum bono anima poenitentis tantum consulat, nequit Confessarius, qui iudex, & Medicus simul est, venenum ei loco medicina applicare, quale esset indispositum absolvere, &c.* Ideoque Confessarius, qui ex aliis circumstantiis iudicat, poenitentem non habere dolorem, nec propositum, quantumcumque ipse affirmet, sed dolere, non posse illum absolvere; docent Suarez, Reginaldus, Sanchez, Enriquez, Granado, Lugo, disp. 14. num. 166. & alii communiter, ita P. Moy.

917 Dixi 1. Prudens, hoc est, probabile iudicium: quia nul-

lum aliud certius requiritur, cum hoc difficillimum sit haberi.

Dixi 2. *Non posse dari prudens iudicium propositi emendationis, de qua nulla datur spes;* cui non opponitur, quod sapè Confessor præsumit emendam in poenitente non fore, & de illa spem non habet, & tamen habere propositum de præsenti indicat. Sicut poenitens vere proponens, de se timet, non se emendaturum: nam propositum est affectus voluntatis, & suspicere, non futuram emendam prudentialis actus intellectus de propositi fractione, & utrumque componitur, vt ait Dian. 3. part. tract. 4. resol. 117. & Curs. Moral. tom. 1. tract. 6. cap. 5. punct. 4. num. 53. vnde.

918 Non damnatur hic, quod possit absolvī poenitens tale propositum habens, et si non sit spes emenda; quia omnia ad Sacramentum, & gratiam dantur; & solum damnatur, quod sufficiat ad elargiendam absolutionem, quod hoc dicat poenitens verbo, absque alio prudenti fundamento.

919 Dixi, quo i possit absolvī, nam aliquando expediet, quod Confessor, vt prudens Medicus, neget, aut detineat absolutionem poenitenti, si nulla, aut parvissima sit emenda. Ita Dian. 1. part. tract. 7. resol. 55. cum Suarez, & aliis. Sed intellige, dummodo non sequatur Tex. denegationē dānum, potius quam fructus, quale est abhorrere poenitentem confessionem, vel illam tedium habere, ita Corella hic, 8. impressione;

num;

num. 273. cum Lugon. de poenit. disp. 14. sect. 10. num. 168.

### §. VNICVS.

#### *RESOLVUNT VR DVÆ IN- quisitiones.*

920 Inquires 1. Quibus in casibus Confessor iudicium prudenter faciet, quod adhuc in hac confusione consuetudinarius propositum habet de cetero non peccandi?

921 Respondeo, quod in sequentibus 1. Si in tribus, aut quatuor confessionibus præcedentibus non fuit admonitus, vt vitium extirparet; & non est mirum, quod de prima, aut secunda emendatus non exierit; quia consuetudo valde tenaciter adhæret, ita Hozes hic, num. 9. & Torrecilla, num. 15.

2. Si post tres, aut quatuor monitiones adhibuit media, vt consuetudinem vinceret, quamvis absque fructu, adhuc absolvī potest, vel faciat Confessor, quod dixi num. 919.

3. Si aliqua emendatio appetit, eo quod frequentia peccandi minorata est, sic Lugo de poenitent. disp. 14. sect. 18. num. 166. & Curs. Moral. tom. 4. tract. 17. cap. 2. punct. 9. §. 3. num. 167.

922 4. Si quamvis post tres, aut quatuor monitiones, absque mediis appositis, vel emenda aliqua, advertit Confessor in poenitente singularia signa doloris, & propositi, vt sunt lacrymæ, suspiria,

vel alia huiusmodi, non ex levitate, sed prudenti motivo exorta, absolvere illum potest, sic Curs. num. 170. Lumbier, & alii.

Vnde tempore Missionum, ait Corella, num. 238. facilius absolutio præbenda est: nam co tempore ferè omnes compunguntur, auditis à Prædictoribus zelo Dei inflammati, animarumque salutem æstuantibus, minas flagellorum fevari iudicis, peccati turpidinem, & quod est horrendum incidere in manus Dei viventis, & ignis Inferni æternitatem ferre.

923 5. Idem dic, si accedit poenitens ad Sacramentum permotus, seu perterritus ab aliquo fatali casu, vt à subitanea morte visa, vel ab exemplo audito, aut ex aliis huiusmodi; & potiori ratione si ipsi poenitenti hæc accident, aut si in articulo, sive periculo mortis constitutus sit, Corella hic, num. 242.

Qui addit numer. 243. cum Lai man, quod si poenitens ex proprio marte, hoc est, non instante præcepto, patre, aut matre, vel domino, nec quia ex consuetudine habeat, accedit ad confessionem, animo se iustificandi, potest absolvī, etiam post tres, aut quatuor monitiones, absque effectu aliquo.

924 Addo, quod si motivum Confessoris ad absolutionem dandam, tribuit illi fundamentum, vt iudicet, quod consuetudo prava poenitentis interrupta fuit, vt ex relatis num. 922. & 923. potest ali-

posito, vt possit sicut rectus Index absolvere poenitentem: ergo cum hoc habere non possit de illo, de quo nulla spes emendationis datur, inde est, vt non possit illum absolvere, absque alio speciali fundamento.

916 Nec obstat, quod poenitens in foro poenitentiae non tantum reus est, verum & suae conscientiae testis: ergo in eo foro credi debet dicto suo, sicut in forensi foro testificanti assentitur.

Respondeo, hoc esse verum, dummodo iudex, id est, Confessor alia non habeat relevantia motiva discredentiae intra eundem processum, & iudicium, quae illum ad denegandam absolutionem poenitenti, vt indisposito, impellant. Insuper, quia in foro externo attenditur publicae gubernationi, tangentem commune bonum, non vero particulari bono rei: *Nam in foro conscientiae*, ait Moya select. rom. 1. tract. 3. de poenitent. disput. 7. quest. 5. *Cum bono anima poenitentis tantum consulat, nequit Confessarius, qui iudex, & Medicus simul est, venenum ei loco medicina applicare, quale esset indispositum absolvere, &c.* Ideoque Confessarius, qui ex aliis circumstantiis iudicat, poenitentem non habere dolorem, nec propositum, quantumcumque ipse affirmet, sed dolere, non posse illum absolvere; docent Suarez, Reginaldus, Sanchez, Enriquez, Granado, Lugo, disp. 14. num. 166. & alii communiter, ita P. Moy.

917 Dixi 1. Prudens, hoc est, probabile iudicium: quia nul-

lum aliud certius requiritur, cum hoc difficillimum sit haberi.

Dixi 2. *Non posse dari prudens iudicium propositi emendationis, de qua nulla datur spes;* cui non opponitur, quod sapè Confessor præsumit emendam in poenitente non fore, & de illa spem non habet, & tamen habere propositum de præsenti indicat. Sicut poenitens vere proponens, de se timet, non se emendaturum: nam propositum est affectus voluntatis, & suspicere, non futuram emendam prudentialis actus intellectus de propositi fractione, & utrumque componitur, vt ait Dian. 3. part. tract. 4. resol. 117. & Curs. Moral. tom. 1. tract. 6. cap. 5. punct. 4. num. 53. vnde.

918 Non damnatur hic, quod possit absolvī poenitens tale propositum habens, et si non sit spes emenda; quia omnia ad Sacramentum, & gratiam dantur; & solum damnatur, quod sufficiat ad elargiendam absolutionem, quod hoc dicat poenitens verbo, absque alio prudenti fundamento.

919 Dixi, quo i possit absolvī, nam aliquando expediet, quod Confessor, vt prudens Medicus, neget, aut detineat absolutionem poenitenti, si nulla, aut parvissima sit emenda. Ita Dian. 1. part. tract. 7. resol. 55. cum Suarez, & aliis. Sed intellige, dummodo non sequatur Tex. denegationē dānum, potius quam fructus, quale est abhorrere poenitentem confessionem, vel illam tedium habere, ita Corella hic, 8. impressione;

num;

num. 273. cum Lugon. de poenit. disp. 14. sect. 10. num. 168.

### §. VNICVS.

#### *RESOLVUNT VR DVÆ IN- quisitiones.*

920 Inquires 1. Quibus in casibus Confessor iudicium prudenter faciet, quod adhuc in hac confusione consuetudinarius propositum habet de cetero non peccandi?

921 Respondeo, quod in sequentibus 1. Si in tribus, aut quatuor confessionibus præcedentibus non fuit admonitus, vt vitium extirparet; & non est mirum, quod de prima, aut secunda emendatus non exierit; quia consuetudo valde tenaciter adhæret, ita Hozes hic, num. 9. & Torrecilla, num. 15.

2. Si post tres, aut quatuor monitiones adhibuit media, vt consuetudinem vinceret, quamvis absque fructu, adhuc absolvī potest, vel faciat Confessor, quod dixi num. 919.

3. Si aliqua emendatio appetit, eo quod frequentia peccandi minorata est, sic Lugo de poenitent. disp. 14. sect. 18. num. 166. & Curs. Moral. tom. 4. tract. 17. cap. 2. punct. 9. §. 3. num. 167.

922 4. Si quamvis post tres, aut quatuor monitiones, absque mediis appositis, vel emenda aliqua, advertit Confessor in poenitente singularia signa doloris, & propositi, vt sunt lacrymæ, suspiria,

vel alia huiusmodi, non ex levitate, sed prudenti motivo exorta, absolvere illum potest, sic Curs. num. 170. Lumbier, & alii.

Vnde tempore Missionum, ait Corella, num. 238. facilius absolutio præbenda est: nam co tempore ferè omnes compunguntur, auditis à Prædictoribus zelo Dei inflammati, animarumque salutem æstuantibus, minas flagellorum fevari iudicis, peccati turpidinem, & quod est horrendum incidere in manus Dei viventis, & ignis Inferni æternitatem ferre.

923 5. Idem dic, si accedit poenitens ad Sacramentum permotus, seu perterritus ab aliquo fatali casu, vt à subitanea morte visa, vel ab exemplo audito, aut ex aliis huiusmodi; & potiori ratione si ipsi poenitenti hæc accident, aut si in articulo, sive periculo mortis constitutus sit, Corella hic, num. 242.

Qui addit numer. 243. cum Lai man, quod si poenitens ex proprio marte, hoc est, non instante præcepto, patre, aut matre, vel domino, nec quia ex consuetudine habeat, accedit ad confessionem, animo se iustificandi, potest absolvī, etiam post tres, aut quatuor monitiones, absque effectu aliquo.

924 Addo, quod si motivum Confessoris ad absolutionem dandam, tribuit illi fundamentum, vt iudicet, quod consuetudo prava poenitentis interrupta fuit, vt ex relatis num. 922. & 923. potest ali-

*Ly, determinatum*, explicat esse proximam: vnde quamvis frequentia peccandi sit quotidiana, si non oritur ex determinato periculo, non est proxima, erit autem proxima, licet in diversis specie peccatis, si hoc proveniat ex determinata circumstantia, vt ex tali occupatione, vel assidentia, seu habitatione in tali loco.

934 V.g. si ex societate cum tali amico oritur, quod tu furoris, blasphemias, & sacrilegia proferas, & in fornicationes, adulteria, seu voluntarias pollutiones cadas, ea cum amico, verò inimico, societas scandalum, tibi est, & amputare debes, ab eoque, vt à peste fugere: vt advertit cum nostr. Spiritu Sancto, Hozes, num. 7.

*Ly, extrinsecum*, vt excludatur consuetudo prava, quæ quid intrinsecum est, utpote habitus. *Ly, liberè volitum*, ad distinctionem occasionis involuntariae.

935 *Ly, ex quo sequitur frequentia peccandi*, vt innuatur, quod si repetitis vicibus ex illo periculo ruit homo, erit occasio proxima, sive vineat, vel non, pluries in eo: & hoc, ex quocumque motivo se abstineat. Et sic ad repetitionem attendendum est.

Quæ quidem definitio, de qualibet specie peccati intelligenda est, & tam de interioribus, quam exterioribus.

936 Inquires 1. Quæ repetitio requiritur, vt detur sufficiens frequentia ad occasionem proximam?

Respondeo, quod prudentia

relinquendum est, pendet namque ex circumstantia personarum, præclivitatis eorum, loci, & officii.

937 Duplicem tamen apponere regulam: prima, quod quanto peccata graviora fuerint, magis exteriora, & in proximi ruinam, tanto minor frequentia requiritur, vt circumstantia ad illa invitans, seu ruinam parans, occasio proxima dicatur. Talia sunt adulteria, fornicationes, blasphemiae, periuria, furtæ; vnde, salvo meliori iudicio, existimo, quod si lapsus in hæc peccatorum genera fuerit regulariter semel pro qualibet hebdomada, in continuatione trium, aut quatuor mensium, & respectu unius complicis, iudicanda est occasio proxima.

938 Et non coarcto hac regulâ adiscretum Confessarium: nam aliquando minor repetitio sufficiet, vt in adulteriis, & fornicationibus, vel furtis gravioribus, maximè si longioris sit temporis. Et aliquando plus repetitionis exigetur, vt in periuriis, & blasphemias, non quia graviora peccata non sint, sed quia facilius, & absque complice committuntur; præcipue si pluries se vincit poenitens in occasione positus, quæ est aliorum regula, iuxta dicta num. 932. & etiam in nostro assensu non omnino spernenda.

939 Secunda regula est, quod quanto peccata faciliora sunt, vt ea, quæ sola cogitatione perpetrantur, & alia exteriora non consummata, tanto plus repetitionis requirunt ex occasione orta, vt ad-

occasio proxima dicatur; & erit sufficiens duobus, aut tribus vicibus pro hebdomada. Ratio est: nam quanto peccata faciliora in committendo sunt, & à labiliori potentia, seu à proclivi hominis passione oriuntur; tanto plus, vel à communis hominum fragilitate procedunt, vel ab occasione remota potius, quam à proxima excitantur: scio tamen, quod occasio, quæ respectu aliorum remota est, respectu alicuius proxima iudicatur; sed si attentè inspicias, adverte ad dicta.

940 Nec ex hac regula coarctandus est Confessor, vt non iudicet aliquando, esse occasionem proximam in his peccatis, et si non ita repetitis, præcipue si sint longo tempore continuata, & exteriora. Et licet eam occasionem proximam non iudicet, expediet tamen, vt pro aliqua vice absolutionem, vt medicus discrete, vel neget, vel detineat; vide numer. 919.

941 Inquires 2. quænam circumstantiæ externæ sunt communiter occasions proximæ?

Respondeo, quod prima, & frequentior est locus, vt in tali domo cum tali persona vivere; vel dominum, seu mansionem amas, vel ludus frequentare: & huic sapienti iungitur, quod tali tempore sit: 2. Circumstantia extrinseca est persona, vt talem habere famulam, sociari talibus personis: 3. Officium, vel exercitium non obligatorium, aut necessarium ad vitæ, vel famæ conservationem, vt ad-

ministratio Poenitentiæ à non Parrocho, vel æquitare, legere, comediū assistere, &c.

## §. II.

### QVID IN HIS PROPOSITIÖNIBUS DAMNETUR.

942 **S**equitur primò, non posse absolvī, qui in occasione proxima est peccatorum de cogitatione tantum, et si ad executionem accedere non possit. Vnde si amas habes, vbi frequentè videre possis, & ex hoc excitaris ad consensus, debes, quantum possis, occasionem tollere. Et si frequentè Monialem visitas cum tui ruina spirituali, non potes invisere eam: & Confessor post duas, & ad summum tres monitiones tenet, non absolvere illum, qui hac occasione irretitus est.

Et idem de Moniali, si hoc experitur, accedendo ad locutorium, Lumb. num. 2002. ex Ioann. Sancha disp. 10. num. 13.

943 Sequitur 2. esse damnatam opinionem Paludani, & Sotii, vt testatur Leand. à Sacrament. tract. 5. de Poenit. disp. 7. quæst.

22. Afferentium non requiri propositum formalem, vel virtualem in futurum non peccandi: nam ideo non potest absolvī, qui in occasione proxima est, vel in prava consuetudine: quia præsumitur, hoc non habere propositum, Hozes, num. 6.

944 Sequitur 3. ex Torrecill. O 2 num.

aliquando colligi, si specialissima in ea linea sint; vel si iam omnino emendatus evasit; ex tunc iam de illa consuetudine iudicandum est in ordine ad futuras confessiones, ac si tunc inciperet; unde per tres, aut quatuor vices, si consuetudo redeat, potest etiam absque emenda absolviri, iuxta dicta num. 920. sic Torrecilla, & Corella citant Lagum, tom. de pœnit. disp. 14. sect. 10. num. 151. loquentem de occasione proxima, quem sequuntur Moy. tom. 1. tract. 3. disp. 7. numer. 8. & alii.

925 Ratio est: quia actus virtutis intensus potest suum habitum efficienter causando, destruere habitum contrarium: ergo quando prudenter colligitur ex lacrymis, suspisiis, vel aliis circumstantiis actum doloris intensissimum esse, consequenter iudicari potest, esse implicitam ad minus disiplentiam specialissimam illius vitii; & quod pro tunc destructus fuit eius habitus.

926 Adverto hic, quod proportione servata, dicendum est idem de consuetudine peccandi venialiter; unde si post quatuor, aut quinque monitiones in confessionibus precedentibus nullam, vel emendam, vel diligentiam ad consuetudinem vincendam appetet in pœnitente, non est absolvens. Sed hoc facile componi potest, apponendo in confessione aliud peccatum veniale, non ex levioribus vita præsentis, vel melius aliud mortale, iam confessum, & non de consuetudine; quia non

requiritur, quod dolor, seu proprium extendatur ad omnia venialia, quæ consistunt, vt ait Busemb. lib. 6. tract. 4. cap. 1. dub. 2. numer. 2. cum Tambur. vide Curs. Mor. tom. 1. tract. 6. cap. 5. numer. 38. 53. & 55. supponunt tamen omnes, esse veniale id facere, vt videtur est in Curs. num. 38. fine, & in Dicast. de pœnit. disp. 6. dub. 13. cap. 4. num. 268.

927 Inquires 2. quæ repetito actuum requiratur, vt possit cognosci an detur, vel non, prava consuetudo?

Respondeo pro nunc, quod si lapsus sit frequens, ita vt ex repetitis vicibus, in quibus imaginatio proponitur vitium, plures sunt, in quibus vincitur, quam vincit, cum modico temporis intervallo inter unum, & alterum lapsum, vt duobus, vel tribus vicibus pro qualibet hebdomada, iudicanda est consuetudo, si sufficiens detur continuatio hebdomadarum, vide etiam à paritate occasionis proximæ explicandæ infra à num. 932. & 937.

928 Et insuper videtur mihi, quod in peccatis externis, & consummatis, vt pollutionibus, periuriis, furtis, sufficiens erit unus pro qualibet hebdomada lapsus, in continuatione trium, aut quatuor mensium, præcipue si externæ occasionses non sint frequentes.

\*\*\* \*\*\* \*\*\*

### SEXAGESIMA PRIMA propositio.

**POTEST ALIQUANDO ABSOLVI,** qui in proxima occasione peccandi versatur, quam potest, & non vult omittere; quinimò directè, & ex proposito querit, aut se ingerit. Damnata.

### SEXAGESIMA SECUNDA propositio.

**PROXIMA OCCASIO PEC**candi non est fugienda, quando causa aliqua utilis, aut honesta non fugienda occurrit.  
Damnata.

### EXPLANATIO:

#### S. I.

### EXPLICATVR OCCASIO peccandi.

929 **V**iam satis arduam aggredimus, nam semitam certam dare pro praxi de occasione proxima difficile visum fuit Navarro in Summ. cap. 3. num. 10. & 11. vbi ait, Nullum id sufficienter explicasse. Quod ergo probabilius, & in practica securum iudico, charitate, & brevitate proponam.

930 Supponendum 1. occasionem peccandi duplem esse, remotam, & proximam. Remota, sunt omnia offendicula, quæ paſſim in hoc mundo parant hominibus ruinam.

Et ideò ait Salomon in lib. Sapient. cap. 14. v. 11. Creaturæ Dei in odium factæ sunt: & in tentationem animabus hominum, & in mœſcipulam pedibus insipientum.

931 Proxima duplex, etiam est, altera involuntaria, voluntaria altera. Involuntaria est, quæ moraliter relinqui non potest, hoc est, sine gravissimis incommodis, sive dannis, vt est periculum mortis, amissionis famæ, vel bonorum fortunæ, ad vitæ, seu status necessiariorum, quæ omnia à Confessario ponderanda sunt, ita Sanchez, lib. 1. Summ. cap. 8. num. 3. cum aliis.

932 Occasio proxima voluntaria diffinitur à pluribus, quod est illa, In qua plures voluntarie positus homo, vt in plurimum ruit: vt si viginti vicibus excitetur ab ea, cadit plures, quam vincit, quæ explicatio mihi ex parte non videtur propria: nam sequitur, quod si quotidiè quinque, aut sex vicibus ponatur homo voluntarie in ea, & duobus tantum consentiat, non erit occasio proximas de quo Lumbier adducens Carmuel. hic, num. 2011.

Vnde melius, salvo meliori iudicio, diffinitur sic: Periculum peccandi determinatum, & extrinsecum liberè volitum, & quo sequitur frequentia peccandi. Quam definitionem ex parte affert Cursus moral. tom. 1. tract. 6. cap. 5. punct. 4. num. 57.

933 Et explicatur, Ly periculum peccandi, est genus ad occasionem proximam, & remotam.

num. 101. differendam esse absolutionem post duas, aut tres innotiones mulieribus terram, vel aliud simile comedentibus, vulgo, *barro, carbon, &c.* præcipue si saepius, aut ea quantitate, que saluti nociva iudicetur. Et damnatum iudico, absque speciali circumstantia illis absolutionem dare.

945 Sequitur 4. quod Parochus parvi oppidi, ubi copia alterius Sacerdotis non datur, qui accedit in die festo ad confessio-nem, ut Missam populo celebret: cum tamen in occasione proxima peccandi implicatus sit, præcipue si antecedenter admonitus, non absolvat illum Confessor, usque dum experiatur emendatum, quamvis proponat scandalum populi, qui Sacrum spectat audiendum; sed dicat illi, quod se ad contritionem excitet, & celebret, sicut qui copia Confessoris caret, ut concedit ei Trident. sess. 13. cap. 13. & damnatum iudicat Corell. hic, quod possit in ea circumstantia absolutio impertiri.

Probabile tamen iudico cum Hozes ad propositionem 61. numer. 14. quod si orietur scandalum (de quo postea dicam) & poenitens ex negata absolutione ostendit dolorem de peccatis, eorumque in futurum propositum emendationis, & evitandi occasionem proximam, absolvere pro tunc potest, ut iam dixi in foro conscientiae, tract. 1. cap. 3. §. 3. num. 139. & 140.

946 Omnia praedicta damnantur, quia Innocent. declarat,

damnando proposition. 71. quod non potest absolviri, qui versatur in occasione proxima peccandi, quæ potest & non vult relinquere. Et potiori ratione non est absolvendus, si directe & ex proposito querit, aut in eam se ingerit.

Ratio est: quia talis est actualiter affectus ad peccatum: ergo absolviri non potest, ut potè non detectans peccatum.

### §. III.

#### DE HIS QVÆ HIC NON damnantur.

947 **N**on damnatur hic 1. opinio Ioannis Sanchez select. dis-put. 10. num. 14. cum Suarez, & aliis, qui asserunt, posse absolviri tribus, aut quatuor vicibus, qui in occasione proxima versatur; dummodo proponat occasionem relinquere, licet propositum præcedens non impleverit: quia de hoc iam verificatur, quod vult relinquere occasionem.

Sed tales opinionem non approbo, sed potius iudico, non esse communiter absolvendum poenitentem, occasione proxima voluntaria non relictâ: quia raro experientia testante, propositum adimplent huiusmodi occasionari, præcipue si poenitens ab anno in annum confitetur, ita Dian. 5. part. tract. 14. resol. 107. & alii ab ipso citat.

948 Aliquando tamen, in-specta conditione poenitentis ab-

sol-

solvî poterit, supposito proposito relinquendi occasionem, & imposta medicina, ut intra unum, aut duos menses fateatur; & si occasio consistit in reiteratione ad domum amasæ, vel ludi; ut intra tot tempus ad eam non accedat, vel ingrediatur, & si hoc non potest; iubeat illi, ut pro determinato tempore cum illa seorsim non loquatur.

949 Addo, quod si post tres, aut quatuor, aut plures vices absolitus, non relecta occasione proxima, accedit nunc cum extraordinario dolore; qui quidem coniuci potest ex lacrymis, aut suspiriis, vel aliis huiusmodi circumstantiis, potest absolviri; etiamsi non proponat poenitens relinquere occasionem, ait Lugo de poenit. quem citat, & sequitur noster Anton. in direct. confess. tract. 5. à num. 137. quia ex hac circumstantia non iudicari debet illa occasio proxima. Applicanda sunt hic, quæ dixi de prava consuetudine, à num. 922. usque ad 925.

950 Insuper si res mutata sunt, taliter quod moraliter loquendo iam non iudicetur eam esse occasionem proximam, ut si amasia ex infirmitate redditâ est disformis, seu habitualiter infirma, aut si ex aliquo matrimonio resultavit inter illos affinitas, vel si ille orationi iam deditus, & mortificationi, ita ut ab experientia noscatur emendatio, etsi non totalis, tamen quod non sit ea frequentia peccandi ad occasio-nem proximam requisita, absolviri

potest, absque obligatione vitandi illam. Torrecilla, num. 102. cum Ioann. Sanchez. Grafis, Can-dido, & aliis, & Corell. num. 298.

Tertio. Maritata mulier, quæ in occasione proxima est peccandi ex consortio mariti, qui eam ad peccandum incitat, absolvenda est, dummodo propositum emenda-tionis demonstret; quia ea occa-sio est necessaria, ut ait Lumb. tom. 2. num. 821. qui citat Arria-gam, Lugonem, & alios, quos assert Verde, num. 539. item Tor-recill. hic, num. 77.

951 Quartò, quando scanda-lum orietur, occasionem proximan relinquendo, non est amo-venda; unde in cap. Consult. de frigidis, & maleficiis, declaravit Lucius Pontifex, quod duo, qui invalidè matrimonium contraxe-rant propter impotentie impedi-mentum, permanere posse in ea-dem habitatione, degendo ut fratres ratione scandali, & propriæ infamiae vitandæ; & tamen occa-sio inter illos esset peccatorum ea cohabitatio; & infert nost. à Spi-ritu Sancto in consult. 65. num. 14. quod potest absolviri hospita, licet non habeat propositum non recipiendi hospitem, cum quo pluries peccavit, si absque magno scando, & detimento non pos-sit eum ab hospicio suo prohibere: pro quo asserto alios citat, ita Hozes, num. 13. Torrec. num. 66.

952 Item si in domo, ubi quis occasionem sibi peccandi pa-rat, est infans in periculo mortis absque baptismo, vel infirmus

O 3

mo-

moribundus sine Poenitentiae Sacramento; & nullus alias suscepit minister, obligatur illis succurrere administrando Sacra menta, quibus agent, cuius rationem dat Thom. Hurtad. tom. 1. cap. 5. resol. 6. num. 59. his verbis: *Quia tunc scandalum est purè passionum, quod non teneor vitare; similiter occasio proxima est involuntaria, urgente necessitate.*

953 Et si opponas verba Christi Domini, Matt. 16. 26. *Quid prodest homini, si mīlūm universum lucratur: animæ verò sue detrimentum patiatur?* Et quod tua spiritualis salus prior est aliena? Dicendum, quod occasio peccandi non est peccatum, sed eam velle, & hoc est detrimentum à Domino vetitum: & quia dampnum spirituale proximi certum anteponi debet incerto meo, & fretus divina confidentia mihi providebit de salute mea, si in extrema spirituali proximi sum sollicitus; vide Torrec. à num. 69.

954 2. Non damnatur assere re, quod possunt absolvi, qui versantur in occasione proxima involuntaria, quam explicui num. 929. quia non est obligatio talem occasionem vitandi; nam est moraliter impossibile, ut docet nos fr. Anton. citatus, disp. 3. sect. 2. & ex illo sequentes resolvuntur casus.

1. Quod possunt absolvi omnes, qui aliquod officium gerunt, vel artem profitentur, quæ illis parat occasionem ruinæ, si illam absque incommodis maximis non possunt relinquere.

Vnde Parochus, Medicus, Chirurgus, Scriba, Mercatores, Sutor es, & Ministri Iustitiae, & alii Officiales, vel Artifices, in occasione ad peccandum ex vi suorum officiorum positi, si damna gravia experientur in eis relinquendis, absolvi poterunt, cum moderamine ponendo, num. 956.

655 2. Filii familiæ, & qui cumque, qui sui iuris non sunt, in quorum voluntate non est concubinam è domo eiicere, absolvi similiter possunt.

Et generaliter, quotiescumque timentur prudenter gravia damna in vita, vel fama, aut re familiaris, eiiendo occasionem, est impossibilitas moralis; quia periculum peccandi non est formaliter peccatum, sed occasio illius; & sic ex gravissima causa honestatur, seu permititur, Torrec. n. 67.

956 Attamen cum his, qui in occasione proxima involuntaria versantur, debet se habere Confessor, sicut cum his, qui pravam consuetudinem peccandi habent, ut dixi à num. 918. & à num. 920. quia cum de his, qui talem habent occasionem, timeri debeat, an propositum emendationis habeant; & ex alia parte nunquam Confessor absolvere possit poenitentem, si prudenter timerit, eum non habere hoc propositum: hinc est, quod aliquando negare debeat, aliquando, ut prudens Medicus, et si propositum habeat, detinere illi possit absolutionem, modo dicto num. 919.

957 Qui excipiunt confessio nes

nès Principum, qui occasionem voluntariam proximam relinqueret non videntur, legant Pellizar. tom. 2. tract. 8. cap. 3. sect. 2. num. 64. Sed moderate de illa accipiant. Vide proposit. 41. damnatam per Alexand. VII.

958 Iteini, et si vt Iudex dispositum substantialiter videat poenitentem, & vt talis absolvere illum potest: tamen vt Medicus, obligatur applicare medicamen, quod iudicat unice necessarium ad praecavenda peccata futura: præcipue si timerit, quod semel absolutus occasionem non vitabit. Et sic videtur illi coveniens, quod prius eam tollat, vt Beneficium absolutionis accipiat. Torrecilla, num. 91. sed hic, ut dixi num. citat. prudentia vtendum est.

959 Dices: ergo poenitens, qui restituere firmiter proponit, adhuc non poterit absolvesi, si prius non restituit, præcipue si promissa Confessario per unam, aut duas vices non implevit.

Respondeo ex Leand. Granados, & aliis apud Torrecilla, num. 96. quod ter, aut quatuor absolvesi potest; ipse autem Torrecilla concedit attento officio Iudicis, non verò inspecta obligatione Medici spiritualis; & sic raro absolves est, nisi prius restitutus.

Quod mihi probatur.



## EXPLICATVR PROPOSITIO 62.

960 **S**Entendum est, non esse sufficientem titulum ad occasionem proximam non effugiendam, causam utilem, aut honestam: quia ita declarat Innoc. in damnatione proposit. 62.

Ratio sumitur ex dictis: quia solum impossibilitas moralis excusat ab eiicenda, vel fugienda occasione proxima; sed causa præcisæ utilis, aut honesta, non ponit hanc impossibilitatem moralē: ergo non excusat.

961 Vnde amissio alicuius convenientia, commoditatis, delectationis, vel parvæ opinionis, aut rei familiaris ad vitæ sustentationem non necessaria, non sufficit ad non tollendam occasionem de medio. Vide proposition. 41. Alexand. VII.

Nec honesta causa excusat, ut iaviseret amasiam ob attentionem politicam, edocere puellam, ministrare Sacra menta, aut legeret libros Theologiae Moralis, si ad hoc virgens obligatio non datur, ut in illo, qui non est Parochus, secluso gravi damno, ut dixi num. 955. Nihil horum, aut similium sufficit ad non semovendam proximam peccandi occasionem. Vide proposit. 41. per Alexand. VII. damnatam.

962 Vnde sequitur, quod O 4 mo-

moribundus, qui retinet apud se concubinam, ut illi assistat, non debet absolvī, ut populi scandalō satisfaciat, nam ad hoc ministerium alia invenientur facile. Et idem dicendum de concubinario, qui invisit amasiam infirmam cum viciniæ scandalō, etiam si in alia domo suum habeat domicilium. Ratio horum est: quia hæc solum est utilis, non necessaria causa. Et idem de eo, qui amasiam nequit elicere, aut invisere, eo quod ait infamiam sibi pararet, vel foeminae: nam hoc figmentum est, ut occasio conservetur: nam quid frequentissimum est, dominus cum famulabus ruptionem pacis habere, easque è domo elicere absque nota, vel infamia. Et sic palliatio suæ passionis iudicandus est titulus infamiae, vt amasia non eliciatur. Ita Corella, n. 294. & 295. Lumb. num. 1003.

Inquirit Leand. à Sacram. de Pœnit. disp. 7. quæst. 22. apud Lumbier, num. 2002. propè finem: An absolvī possit Monialis communicationem illicitam habens, si eam relinquendo, convenientias magnas amittet?

963 Ad quod ait: *Vt quid certissimum respondeo: non posse absolvī, quin tollat occasionem peccandi; quia verè proxima est, & non potest dici involuntaria, ex eo quod ex omissione illius correspondentia sequi posset aliqua nota, aut scandalum, aut detrimentum, ut si vir devotus esset magna autoritatis, & utilis toti Monasterio, & præcipue Moniali devota, si est pauper. Nam*

*omnia hæc facta sunt ab amore n̄ mis inordinato, cum reverè potius ex correspondentia prædicta nasceretur nota, & scandalum apud omnes Dei timorem habentes.*

### SEXAGESIMA TERTIA propositio.

*LICITVM EST QVÆRERE  
directè occasionem proximam pec-  
candi pro bono spirituali, vel tem-  
porali nostro, vel proximi.*

Damnata.

### EXPLANATIO:

964 **E**adem obligatione, qua peccatum vi-  
tare tenemur, etiam adstringimur, proximum, & morali-  
tè certum periculum peccan-  
di fugere, ait Dian. in Summ. v.  
*Periculum*, unde si ea certitudine,  
quis iudicat hic & nunc se ruere,  
si ponitur in eo, obligatur ab eo  
abstinere.

965 Sentiendum est, non esse  
licitum directè querere peccan-  
di occasionem proximam pro bono  
temporalis, nec etiam spiritua-  
li proximi: quia ita declarat hic  
Ianoc. Ratio: nam querere direc-  
tè occasionem peccandi est in-  
trinsicè malum: quia est idem, ac  
querere peccatum: ergo illici-  
tum est.

966 Inquires: quando co-  
gnosci potest, quod aliud queri-  
tur directè, vel indirectè?

Respondeo: quod tunc queri-  
tur aliud directè, quando ratio-

*ne sui quæritur, & hoc aliquando,  
vt finis, aliquando vt medium. Vt  
finis, v. g. quærerit aliquis famulam,  
vt medio eius famulatu habeat illam  
sicut concubinam; & in hoc  
iensu damnatur secunda pars sexa-  
gesimæ primæ propositionis. Vt  
medium, v. g. vult aliquis attrahere  
ad fidem mulierem infidelem,  
assumit vt medium vivere  
cum illa in concubinatu. Et quod  
sit licitum permanere in illo pro-  
ximo peccandi periculo propter  
illum finem, damnatur in hac pro-  
posit. 63.*

967 Quærere aliud indirec-  
tè est, non quærere ratione sui,  
nec vt medium, nec vt fines; sed  
quærere in alio, quod directè quæ-  
ro, hoc est, ex eo quod aliud di-  
rectè quaram, prævideo aliud  
secuturum, si non obstante hac  
prævisione, non desisto à quæren-  
do, vel faciendo illud, indirectè  
volo, & quaro, quod prævideo  
ex illo sequi, v. g. volo mercatu-  
ram facere ob lucrum, ludere ob  
remissionem, habere famulam ob  
famulatum; sed ex hoc sequuntur  
frequentia periuria, iniustitia, seu  
fornicationes, & sic mercaturam,  
ludere, & famulam, directè volo  
ad lucrum, remissionem, seu fa-  
mulatum, indirectè, vt sunt occa-  
siones ad periuria, iniustias, &  
fornicationes quaro: & iuxta ma-  
giorem, vel minorem certitudinem  
moralem, quæ connectitur sequela  
cum directè volito, erit magis, vel  
minus voluntarium, quod indirec-  
tè quæritur, vel timetur. Et iuxta  
magiorem gravitatem rei, quæ ti-

metur, præcipue in proximorum  
damnis, minor certitudo sufficiet,  
vt imputetur ad culpam; nam eo  
ipso maior præceptio adhiben-  
da erat.

968 Non damnatur se exposa-  
nere indirectè periculo peccandi,  
pro salute proximi spirituali, seu  
temporali; dummodo periculum  
non sit certum, sed tantum appre-  
hensio timorata, adhuc non pro-  
babilis, vt prædicare Iafidelibus,  
ministrare meretricibus Pœnitentia-  
tæ Sacramentum cum aliquo ti-  
more spiritualis ruinæ; nam hæc  
est occasio remota.

969 Cum probabili autem  
periculo ruinæ spiritualis, potest  
quis fretus confidentia in Deum,  
quærere indirectè occasionem  
peccandi proximam, vel quando  
habet impotentiam morale, de  
qua dixi à num. 954. vt in Paro-  
cho, Medico, & Chirurgo; vel  
ad subveniendum proximum ex-  
tremè laborantem spiritualiter, au-  
corporaliter. Torrec. hic, num. 51.  
& Hozes, num. 4.

### §. I.

### DOCTRINA PRO PRÆIACTIS

970 **Q**uando ex officio  
tenetur quis in ali-  
qua occupatione se  
exercere, quæ illi periculum pa-  
rat, vt Parochus in confessione  
ovium, & quæ sine illarum detri-  
mento, & scandalō evitare non  
valet, imploret Divinum auxilium,  
& eius confidentia aggrediatur,

con-

confessiones excipere: quia in illius voluntate est non consentire. Et idem dic de eo, qui ex obligacione officium aliquod exercet, ut in Chirurgo, de quo postea. Nam isti non amant periculum, sed animalium, corporum vel salutem ambiunt; & subversionis periculum, si eveniat, per accidens est; quia principalis intentio, ac motivum est, munus suum licitum exercere. At vero vice versa contingit in illis, qui tali obligatione ex munere, & officio carent, eoque per talem carentiam nullo modo periculum praedictum honestare valent. Vnde Confessor, qui in nulla est obligatione ad confessiones audiendas, desinere debet eas, si tale cadendi periculum experitur. Sic Thom. Hurtad. tom. 1. resol. moral. tract. 1. cap. 5. resolut. 5. num. 59. & Torrecilla, Sanchez, disp. 10. num. 18. Sed addunt, nisi quando scandalum sequeretur, aut notabile damnum in fama, honore, aut pecuniis, aut aliqua necessitas vrgens esset; sed hoc ultimum Filgueir. non admittit.

971 Et ut melius, & utilius intelligas, adverte ad differentiam harum trium propositionum; nam prima ex his aiebat: *Posse absolviri, qui in occasione proxima peccandi versatur, quam potest, & non vult dimittere, & ex proposito querit, aut se ingerit; quæ inverecunda satis, & dissoluta est.* Secunda dicit: *Proxima occasio peccandi non est fugienda, quando causa aliqua utilis, aut honesta non fugienda oc-*

*currat.* Quæ propositio aliquid iam ponit causam non evitandi occasionem, sed insufficiens. Et vtraque loquitur de eo, qui proxima occasione implicatus iam est, & ab ea dimittenda se excusat. Tertia propositio de quarerente illam fatur, dicens: *Licitum est querere directè occasionem proximam peccandi pro bono spirituali, vel temporali nostro, vel proximi.* Et quod addit ad duas illas est aggredi, & introducere se in occasionem peccandi, in qua non dum versabatur; quamvis etiam intelligitur de eo, qui in ea illo motivo boni proximi detinetur.

972 Et notandum valde meo videri est, aliud esse considerare occasionem proximam pro hic, & nunc operationis, & ad proximam reductam, seu vt periculum proximum huius numero peccati, & aliud quasi habitualiter intellectam; v. g. officium Parochi, vel Mercatoris, quod supponamus est illi involuntaria, & habitualis occasio peccandi, quam relinquere non tenetur; cuius occasione, licet sapè cadat, non semper in eius exercitio cadit. Ceterum si in hac numero circumstantia, & pro hic, & nunc huius temporis advertit, qui in huius generis occasione involuntaria tenetur, quod si operationem aggreditur, certo moraliter ruer; adhuc plusquam gravissima causa, si ita dici potest, intervenire debet, ut licite executioni mandetur, nimurum, certa ruina animæ, vel corporis proximi, si ille non subveniat, & anxior

Di-

Divini auxilii postulatio, & secundum se reddere, non velle sue animæ cassum, sed proximi erectionem, seu detentionem ad datum, ut dixi. Et idem asserendum de illo, qui licet in occasione habituali non versetur illius actionis, quam efficaciter intendit; tamen periculum moraliter certum agnoscit mortaliter peccandi in ciencia. Hinc fit.

973 Ut non damnetur hic, quod Chirurgus curationem mulieris suscipiat ex qua periculum cadendi sibi parari agnoscit, si alius non est, seu non invenitur, qui illam curet; est namque vrgens causa ista ex parte mulieris, & ex parte Chirurgi; quia tenetur ex officio.

974 Dices cum Torrecill. hic, num. 49. quod periculum animæ, & proprium prius præcavendum est, quam corporis, & alienum: ergo Chirurgus, cui animæ periculum imminet, non se illi expondere debet.

975 Respondeo ex illo, quod mulier infirma, non solum in corpore, verum & in anima periclitatur, si non curetur; cum pluribus impatiens, & desperationibus exponatur. Et sic dictus Chirurgus, alio non invento, tenetur implorato. Divino favore, infirmam mederi: nam periculum mulieris certum, & irreparabile iudicatur. Suum autem spirituale non ita certum est, et si forte fuerit, reparabile intelligitur, & alias ex officio tenetur, & eius periculum non est volitum, sed permisum:

& directè intendit mulieris curationem, quæ quid honestum est, & per media, & exercitum licitum. Et si cadat, non ex occasione, sed per accidens sequetur, & ex intrinseca fragilitate proveniet; sic Filgueir. Hozes, num. 15. & 16; Torrecill. &c.

976 Pro complemento adduco verba Lumbier, num. 2024. quæ sic se habent: *De todo lo dicho concluyo: Lo primero, que directamente nadie puede buscar la ocasión proxima de pecar por bien espiritual, proprio, o ageno; y lo contrario es lo condenado: Lo segundo, que puede buscarla quando ay causa urgenteísima que lo obligue, espiritual, o temporal, si las cosas estan mudadas, o por las circunstancias extrínsecas, o por los nuevos pertrechos interiores, aunque el peligro en si se este en pie; porque entonces deixa de ser moral. Lo tercero, que quando la causa por que se entra en el peligro, es forzosa, e inescusable, entonces no es buscarlo moraliter directe, sino es, segun lo dicho, indirecte, y no es este el caso de la condenacion.*

S. II.

QUESTI VNCVLÆ RE-  
solvuntur.

977 **M**agist. Hozes tres resolvit hic dubitationes: 1. est: An sit licitum desiderare carentiam beatitudinis ob bonum proximi?

978 Respondeo, quod cupe in perpetuum carere beatitudine,

ne,

confessiones excipere: quia in illius voluntate est non consentire. Et idem dic de eo, qui ex obligacione officium aliquod exercet, ut in Chirurgo, de quo postea. Nam isti non amant periculum, sed animalium, corporum vel salutem ambiunt; & subversionis periculum, si eveniat, per accidens est; quia principalis intentio, ac motivum est, munus suum licitum exercere. At vero vice versa contingit in illis, qui tali obligatione ex munere, & officio carent, eoque per talem carentiam nullo modo periculum praedictum honestare valent. Vnde Confessor, qui in nulla est obligatione ad confessiones audiendas, desinere debet eas, si tale cadendi periculum experitur. Sic Thom. Hurtad. tom. 1. resol. moral. tract. 1. cap. 5. resolut. 5. num. 59. & Torrecilla, Sanchez, disp. 10. num. 18. Sed addunt, nisi quando scandalum sequeretur, aut notabile damnum in fama, honore, aut pecuniis, aut aliqua necessitas vrgens esset; sed hoc ultimum Filgueir. non admittit.

971 Et ut melius, & utilius intelligas, adverte ad differentiam harum trium propositionum; nam prima ex his aiebat: *Posse absolviri, qui in occasione proxima peccandi versatur, quam potest, & non vult dimittere, & ex proposito querit, aut se ingerit; quæ inverecunda satis, & dissoluta est.* Secunda dicit: *Proxima occasio peccandi non est fugienda, quando causa aliqua utilis, aut honesta non fugienda oc-*

*currat.* Quæ propositio aliquid iam ponit causam non evitandi occasionem, sed insufficiens. Et vtraque loquitur de eo, qui proxima occasione implicatus iam est, & ab ea dimittenda se excusat. Tertia propositio de quarerente illam fatur, dicens: *Licitum est querere directè occasionem proximam peccandi pro bono spirituali, vel temporali nostro, vel proximi.* Et quod addit ad duas illas est aggredi, & introducere se in occasionem peccandi, in qua non dum versabatur; quamvis etiam intelligitur de eo, qui in ea illo motivo boni proximi detinetur.

972 Et notandum valde meo videri est, aliud esse considerare occasionem proximam pro hic, & nunc operationis, & ad proximam reductam, seu vt periculum proximum huius numero peccati, & aliud quasi habitualiter intellectam; v. g. officium Parochi, vel Mercatoris, quod supponamus est illi involuntaria, & habitualis occasio peccandi, quam relinquere non tenetur; cuius occasione, licet sapè cadat, non semper in eius exercitio cadit. Ceterum si in hac numero circumstantia, & pro hic, & nunc huius temporis advertit, qui in huius generis occasione involuntaria tenetur, quod si operationem aggreditur, certo moraliter ruer; adhuc plusquam gravissima causa, si ita dici potest, intervenire debet, ut licite executioni mandetur, nimurum, certa ruina animæ, vel corporis proximi, si ille non subveniat, & anxior

Di-

Divini auxilii postulatio, & secundum se reddere, non velle sue animæ cassum, sed proximi erectionem, seu detentionem ad datum, ut dixi. Et idem asserendum de illo, qui licet in occasione habituali non versetur illius actionis, quam efficaciter intendit; tamen periculum moraliter certum agnoscit mortaliter peccandi in ciencia. Hinc fit.

973 Ut non damnetur hic, quod Chirurgus curationem mulieris suscipiat ex qua periculum cadendi sibi parari agnoscit, si alius non est, seu non invenitur, qui illam curet; est namque vrgens causa ista ex parte mulieris, & ex parte Chirurgi; quia tenetur ex officio.

974 Dices cum Torrecill. hic, num. 49. quod periculum animæ, & proprium prius præcavendum est, quam corporis, & alienum. ergo Chirurgus, cui animæ periculum imminet, non se illi expondere debet.

975 Respondeo ex illo, quod mulier infirma, non solum in corpore, verum & in anima periclitatur, si non curetur; cum pluribus impatientiis, & desperationibus exponatur. Et sic dictus Chirurgus, alio non invento, tenetur implorato. Divino favore, infirmam mederi: nam periculum mulieris certum, & irreparabile iudicatur. Suum autem spirituale non ita certum est, et si forte fuerit, reparabile intelligitur, & alias ex officio tenetur, & eius periculum non est volatum, sed permisum:

& directè intendit mulieris curationem, quæ quid honestum est, & per media, & exercitum licitum. Et si cadat, non ex occasione, sed per accidens sequetur, & ex intrinseca fragilitate proveniet; sic Filgueir. Hozes, num. 15. & 16; Torrecill. &c.

976 Pro complemento adduco verba Lumbier, num. 2024. quæ sic se habent: *De todo lo dicho concluyo: Lo primero, que directamente nadie puede buscar la ocasión proxima de pecar por bien espiritual, proprio, o ageno; y lo contrario es lo condenado: Lo segundo, que puede buscarla quando ay causa urgenteísima que lo obligue, espiritual, o temporal, si las cosas estan mudadas, o por las circunstancias extrínsecas, o por los nuevos pertrechos interiores, aunque el peligro en si se este en pie; porque entonces deixa de ser moral. Lo tercero, que quando la causa por que se entra en el peligro, es forzosa, e inescusable, entonces no es buscarlo moraliter directe, sino es, segun lo dicho, indirecte, y no es este el caso de la condenacion.*

S. II.

QUESTI VNCVLÆ RE-  
solvuntur.

977 **M**agist. Hozes tres resolvit hic dubitationes: 1. est: An sit licitum desiderare carentiam beatitudinis ob bonum proximi?

978 Respondeo, quod cupe in perpetuum carere beatitudine,

ne,

explicitam, & alii implicitam, id est, in fide maiorum; & idem D. Thom. 2. 2. quæst. 2. artic. 7. de quo mentionem facit Gonet, tom. 4. disp. 6. artic. 5. refert, inventum fuisse tempore Helenæ matris Constantini Magni hominem in sepulchro mortuum, in cuius pectore aurea erat lamina hac inscriptione: *Christus nascetur ex virgine, & ego credo in eum. O sol, sub Helenæ, & Constantini temporibus iterum me videbis.* Et Silveir. tom. opuscul. opuscul. 1. resol. 3. p. 3. num. 226. refert: quod in Valle Iosaphat super corpus inanime petra visa fuit, qua exaratae erant litteræ Hebraicæ, quæ ad Latinum translatæ sic se habent: *Ego Seth tertigenitus filius Adæ, credo in Iesum Christum Filium Dei, & in Mariam Matrem eius de lumbis meis venturos.* Ita adducit Hozes, num. 34. ergo plures ante Christum fidem explicitam in illum habuerunt. Ly tam, in Marian exuberat ratione præpositionis in.

987 Sentiendum est 1. quod ignorans Deum esse vnum, & remuneratorem, non est capax absolutionis: quia credere hoc explicitè est de necessitate mediæ, ut explicatum est in proposit. 22. & non potest quis credere explicitè id, de quo notitiam non habet.

988 Sentiendum est 2. quod ignorans actualiter, & præcipue culpabilitè Mysteria Sanctissimæ Trinitatis, & Incarnationis Domini nostri Iesu Christi, non est ca-

pax absolutionis: quia ita declarat Innocent. hic. Ratio est: tum, nam fides explicita horum Mysteriorum, est necessaria ad salutem necessitate mediæ, ut plures docent: ergo & illorum notitia, ut dixi. Probabile tamen est, solum esse de necessitate præcepti; & est opinio Villalob. tract. 1. dif. 3. num. 6. & 7. & Sà, v. *Fides*, num. 1. cum aliis; vide Dian. 3. part. tract. 5. resol. 46. & 48. Quæ quidem hic non damnatur, Hozes, num. 35.

Fides autem ad minus implicita eorum necessaria est necessitate mediæ: quia, *sine fide impossibile est placere Deo.*

989 Notitia vero expressa horum Mysteriorum debet dari, ut Sacramentum Pœnitentiae recipiat pœnitens, quæ constet Confessori, vel ex interrogatione illius, & responsis pœnitentis, vel ex prudenti præsumptione, quam de pœnitente format Confessor: & contrarium affirmare est casus damnationis. Hozes, num. 35. Torrecilla, num. 9. Nisi moribundus, destitutus sensibus, vel impotens loqui, aut instanti morte, qui absolvendus est.

Tum, alia ratione, quia dissimum rationi est, quod fidelis ignoret præcipua Mysteria fidei. Et ideo, de necessitate præcepti scire debet fidelis adultus Mysteria fidei, quæ in Credo continentur. Vide Busemb. lib. 3. tractat. 1. cap. 1.

990 Non damnatur hic, quod si Confessor instruere potest pœni-

tentem in prædictis mysteriis taliter, quod suo grossò modo respondeat, & pœnitentia de negligentia præterita, & proponat edificare hæc, & alia Mysteria, que in Symbolo continentur, potest illum absolvere: quia iam non habet actualem ignorantiam. Ita Hozes, & alii communiter; vide Sanchez, lib. 2. Summ. cap. 3. à num. 18.

991 Sed adverte, quod si in tribus, aut quatuor confessionibus præteritis fuit pœnitens monitus, ut edisceret Mysteria fidei, & culpabilitè non adimplevit monita, & propositam; non est absolvendus usque dum ea ediscat. Sic Busemb. nisi detur circumstantia, numer. 922. & 923. explicata.

992 Notar hic, & benè Corolla, 8. impres. à num. 309. quod non requiritur, quod pœnitens in confessione eliciat actum expressum fidei horum Mysteriorum, si illorum ignorantiam non habet; sed sufficit virtualis fides, & præctica testante, non curant Confessores excitare pœnitentes ad fidei actus, nec timorati se ad pœnitentiam quotidie præparantes iudicant ad illos in ea circumstantia obligari. Sed tantum de examine, & dolore fatigunt; sic Bonacina, Trullenc. & alii, quos citat, & sequitur Leand. à Sacram. de Pœnit. disp. 1. quæst. 48. & 49. & Torrecilla in proposit. 65. Innoc. num. 5. & ad minus hic non est damnatum: quia hæc propositio non loquitur de fide, sed de notitia, aut scientia horum Mysteriorum.

Contra dices, nam ipse Torrecilla in hac propositione, num. 9. requirit fidem expressam Mysteriorum Trinitatis, & Incarnationis, & si non necessitate mediæ, necessitate tamen Sacramenti, & Hozes, num. 35. idem videtur sentire.

993 Sed prædicti Authores, & etiam Lumbier, num. 2035. scientiam habitualem, vel actualem requirunt; non vero actum fidei tunc expressum ad confessionem. Nam vel pœnitens notitiam, seu scientiam habitualem horum Mysteriorum habet, vel ignorans ea, accedit ad confessionem: si habitualem possidet etiam virtualem fidem in ipsâ notitia, & scientia illorum, & aliquoties repetitis fidei actibus habet. Et nihil aliud ex hac parte ad Sacramentum requiritur. Si autem ignorans accedit, nec expressam, nec virtualem fidem videtur habere: nam quæ illi fides expressa, aut virtualis erit illarum, quas ignorat rerum? Huic igitur ignorant, & scientia à Confessore imbuenda, & fides actualis, & expressa est ab eo istorum Mysteriorum elicenda. Et hæc est istorum, & aliorum mens Authorum. Et quamvis tunc elicere debat actum fidei expressum de Deo uno, & remuneratore, sufficit actus contritionis, seu attritionis: in quolibet enim illorum, ait Ripalda de ente supernat. tom. ultimo, num. 471. & Emmanuel à Concept. tract. de pœnitent. disput. 1. quæst. 24. num. 300. continetur iste actus fidei expressæ. Et sic

ne, illicitum omnino est; quia contra propriam charitatem, & quia esset velle Deum iniustum esse; nam contra iustitiam foret privare iustum aeterna vita. At vero desiderare ad tempus beatitudine privari propter proximorum salutem, rectum iudicandum est; & a sanctissimis viris optatum. Audi Apostolum ad Philipp. cap. 1. ubi ait: *Coarctor autem eis a nobis: desiderium habens dissolvi, & esse cum Christo, multo magis melius: permanere autem in carne, necessarium propter vos.* Et hoc confidens, *scio quia manebo, & permanebo omnibus vobis.*

Audi etiam Sanctum Martinum moribundum dicentem: *Si subiace populo tuo sum necessarius, non recuso laborem.* Ratio est: nam hoc desiderium non opponitur charitati, sed potius heroicum, & meritorium est, Div. Thom. 2.2. quæst. 27. artic. 8. ad 1. Tap. tom. 2. lib. 3. quæst. 2. art. 4.

979 Secunda est: An sit licitum velle carentiam gratiae, & charitatis pro bono proximorum. Et intelligitur hoc ex hypothesi, quod sit possibile carere gratia, & charitate absque peccato.

Ad questionem responderet affirmativè Granad. de charitat. contr. 3. tract. 7. disp. 5. num. 11. contrarium tamen tenet Suarez, 2. 2. disp. 9. seet. 1. num. 9. & rationem his verbis dat: 1. *Quia tale detrimentum non est per se ordinatum ad aliorum salutem, nec per se est amabile:* 2. *Quia charitas inclinat ad sui perfectionem;* ergo

*non inclinat ad id, quod perfectionem impedit.*

Et ex hoc non sequitur 1. esse illicitum Religionem non ingredi, ad quod determinatus quis erat, ut parentibus succurrat: quia hoc obligatorium est, illud non.

980 Non sequitur 2. fuisse illicitum zelum Sancti Ignatii Loyola cupientis ob animatum salutem permanere in saeculo, incerti beatitudine, quam statim gloriam possidere: quia non desideravit ex eo fine carentiam gratiae, ut advertit Hurtadus de charitat. disp. 144. seet. 2. §. 19. Sed ea locutus fuit certitudine, quod nunquam Deus privat congruis auxiliis tam ardeatam charitatem, & amatorem sui.

981 Tertia, & quam speciali appendice proponit, & resolvit Hozes, inquirit. An mulieri castitatis voto adstrictæ, intendentique ad perfectius ascendere, consuli possit, ut matrimonium contrahat cum heretico, qui promittit se Catholicum Romanum fieri, si cum illa nubat, obtenta prius dispensatione voti? Et an hoc perfectius sit?

982 Et supposito, quod matrimonium cum heretico iam converso licitum est; de quo videri est Basilium Ponce de matrimon. in append. disput. 3. num. 1. Et insuper licitum, & obligatorium est matrimonium cum heretico, cui mulier promisit, si se converteret, & iam conversus, nuptias petit. Ita probabilitè Bonac. quæst. 2. de matrim. punct. 10.

num. 23. Thom. Sanchez de matrimon. lib. 5. disp. 5. num. 22. & 23.

983 Respondeo ergo ad primam partem, nimurum, an sit licitum? Affirmative, & evidentè meo videri: nam supponendo, quod dispensatio Papæ obtinenda est, proponenda est ista causa; & ipse Summus Pastor decernit, an expediat hoc coniugium. Et sic supposita dispensatione, licitum erit tale matrimonium; & consequenter, in ea suppositione, illud consulere.

Respondeo ad secundam: An scilicet sit perfectius? Quod sub opinione posset vagari. Vide Hozes citatum, qui affirmit. Et pro assensu contrario rationes non infirmas adducit.

#### SEXAGESIMA QVARTA propositio.

*AB SOLVITIONIS CAPAX EST*  
*bomo quantumvis laboret ignoran-*  
*tia mysteriorum fidei, & etiam si*  
*per negligentiam, etiam culpabilem,*  
*nesciat Mysterium Sanctissime*  
*Trinitatis, & Incarnationis*

D. N. Iesu Christi.

Damnata.

#### E X P L A N A T I O .

984 **H**anc propositionem damnaverat iam Academia Lovaniensis, vt ait Gonet in Clypeo Theologiæ Thomist. disp. 2. de fide, art. 5.

De ignorantia mysteriorum fidei loquitur propositio: & declarat Innocent. esse indispositiōnem positivam pro recipiendo Pœnitentiæ Sacramento; quia omnes obligamur scire, quod debemus expresse credere; nec enī quis valet explicitè credere id, de quo notitiam non habet. Et quia Christus via, & veritas est: & Christum Incarnatum credentes, Mysterium Trinitatis necesse est & credere, ait Div. Thom. 2.2. quæst. 2. artic. 8. cum Filius Dei carnem sumpfit, & Spiritu Sancto Incarnatus: Christum credendo sequamur: & vt viam carpamus, scire Trinitatem, & Christum tenemur.

985 Et suppono, quod post Ad peccatum fuit necessaria ad salutem fides Christi implicita, non vero explicita. Et patet quoad primam partem: quia omnibus hominibus necessaria fuit redemptio per Christum: ergo & fides ad minus implicita in illum, cum non sit aliud nomen sub Cœlo datum hominibus in quo oportet nos salvos fieri: & mortuus est propter peccata nostra, non solum autem nostra, sed etiam totius mundi: & propterea dicitur Christus: *Agnus occisus ab origine mundi.*

986 Et quoad secundam etiam patet: quia plures salvati fuerunt absque fide explicita in Christum, vt insinuat Div. Thom. in 3. distinct. 9. quæst. 2. art. 2. ubi ait, quosdam qui maiores dicebantur, Christi habuerunt fidem ex-

sic sufficit ad quodlibet illorum se excitare; sic Corell.

994 Non damnatur opinio Caspensis, tom. 2. tract. 15. dis-put. 3. sect. 6. num. 48. Tapiæ, tom. 1. lib. 1. quæst. 2. artic. 10. Et aliorum afferentium, quod ab-solutio impendi potest ignorantia culpabiliter ea mysteria, quæ non necessitate mediæ, sed necessitate præcepti sunt ad salutem necessaria, dummodo de negligentia in ea ediscenda se accuset, & propositum emendationis habeat. Et si post duas, aut tres vices, sicut de aliis peccatis de consuetudine, vel non restituendi docetur, reincide rit, deneganda, vel ad minus dilatanda est absolutio. Ratio, quod ea opinio non damnatur est, nam damnata propositio indicat, nullum dari obligationem ad aliqua mysteria expressè credenda, cum omnium ignorantiam admittat si- ne discrimine. Hæc vero non ita nam locum parat, vt aliqua de necessitate mediæ expressè credan tur, Hozes, num. 24. Torrecill. num. 6. & Lumbier, num. 2046.

995 Et ego eam admitto, (etiam permittendo opinionem sentientem, non requiri per se fides explicita Mysteriorum Trinitatis, & Incarnationis ad salutem necessitate mediæ, sed sufficere im- plicitam: dummodo de necessitate Sacramenti concedat illorum fidem expressam, vel virtualem, vt iam dixi.) Nam vt ait Lumbier, num. 2035. ad receptionem hu- ius Sacramenti requiritur intentio illud recipiendi, & sic notitia ad-

minus confusa, quod Deus per merita Christi filii eius peccata condonat; ad quod fides, quamvis solum virtualis fundata in no- titia, etsi tantum habituali, neces- saria est.

### §. I.

#### ADVERTENTIAE PRO. practica.

996

**A**ccipe tamen pró maiori expeditio- ne in practica se- quente advertentias ad instructio- nem poenitentium mysteria fidei ignorantiam.

Prima, quod à poenitente in- quirat Confessor, an sciat, quæ sunt de necessitate mediæ ad sa- lutem?

997 Ad quod respondere de- bet poenitens: Deum unum esse, & remuneratorem esse. Et si hoc nesciat, instruat illum breviter di- cendo: dari unum Deum Omnipotenter, qui vt principium crea- vit omnia, & actualiter ab illo in suo conservari dependent res crea- tæ. Et ex eo, quod sua sunt om- nia, ad eum ordinantur, & ordi- nari debent, vt finem omnium, id est, ad illius honorem, & gloriam. Et quia summè bonus est, & sum- mè iustus est, creaturis rationali- bus, quas in sua libertate posuit; & quæ ad illum per bona opera, & poenitentiam accedunt, remune- rat, tribuendo, vt misericors gra- tiæ, & vt iustus gloriam in gra- tia usque ad mortem perseveran- tibus; quod quidem facile intelli- gent

gent poenitentes. Et exigens Con- fessor fidem de hoc à poenitente quarat ab eo an se accuset de de- fectu præterito in hoc. Et si nullo modo capit poenitens, non absolvat: quia est de necessitate salutis hoc scire; sed mittat illum, vt eum alias doceat.

Et si dicas, quod si iste ignarus actum eliciat contritionis, aut at- tritionis, absolvi potest: nam vt paulo ante adverbi, in his actibus continetur cognitio Dei vnius, & remuneratoris.

998 Admitto ergo, quod per dictos actus eam notitiam habe- bit: quia si actus est contritionis, erit propter Deum summè dilectum, & summè bonum: si attritionis, erit dolor propter timorem poenarum Inferni à Deo infictarum. Qui quidem actus elici non possunt absque cognitione Dei vnius, & remuneratoris. Et si simul cum hoc respondere nescit, provenit, non quia ignorat, sed quia ex illius hebetudine se expli- care non valet.

Et hinc addo, quod medium inter alia ad introducendum in illo eam cognitionem, erit exci- tare illum ad dolorem; & quod inde agnoscat quem offendit, & à quo castigari, seu præmiari de- bet. Vnde ex hac parte absolví illum concedo, servatis sequen- tibus.

999 Secunda advertentia est, quod inquirat: An mysteria Trinitatis sciat?

1000 Ad quod sufficit, quod in substantia intelligat, quod est

vnum Deus, cum tribus personis, nimirum Pater, & Filius ab eo genitus, & Spiritus Sanctus ab utroque procedens. Vnde si inter- rogatus poenitens de hoc myste- rio, respondeat: dari unum solum Deum, qui simul trinus est in per- sonis distinctis, nimirum, Pater, Filius, & Spiritus Sanctus, satis est, & pro aggressibus sufficit: quia non requiritur, quod ea my- steria calleat. Et si hoc nesciat, in- struat breviter, ita vt ille respon- deat, quamvis grosso suo stylo: & immediatè inquirat, an in hoc mysterium credit: nam à pluribus asseritur, debere poenitentem ha- bere explicitam fidem Trinitatis, & Incarnationis, vt Gaspar Hurt. disp. 6. de pœnit. diffic. 6. & 8. & Ludovicus de Torres, & Vi- llalob. apud Hozes hic, num. 5. Et si nullo modo, hoc est, nec superficialiter intelligit, nec ali- quid de his mysteriis rectè respon- det: & hoc provenit ex ante- cedenti sua culpa, inabsolutum mittat illum, vt instruatur, & ab alio ediscat: quia hic est casus damnationis.

1001 Inquires: An si incul- pabiliter inveniat Confessor poenitentem ignorantem ea mysteria, absolví illum possit, si ob incapaci- tatem, & hebetudinem eum in- struere non potest, dummodo pro- ponat firmiter, se illa, & alia fidei mysteria discere?

Respondeo 1. Quod ex vi dam- nationis videtur, posse affirmati- vè responderi: quia damnata pro- positio assert, etiam per culpabilem

*ignorantiam*; & cum damnatio quid odiosum est, stricte est intelligenda.

1002 Respondeo 2. Quod solum per ignorantiam invincibilem posset salvare ea inculpabilis ignorantia: sed haec non est facile concedenda, ut iam dicam in hac propositione: ergo in practica ea ignorantia non est admittenda, ut inculpabilis, seu invincibilis, nisi in casu postea ibi ponendo.

1003 Respondeo 3. Quod licet inculpabilis sit poenitens in dicta Mysteriorum Trinitatis, & Incarnationis ignorantia: & quamvis admittamus, non esse de necessitate medii ad iustificationem notitia expressa illorum, & ut per contritionem salvetur homo: tamen requiritur de necessitate Sacramenti: quia ad Sacramenti

Poenitentiae receptionem est necessaria fides expressa, vel virtutis contenta, ut iam dixi, in notitia habituali, & repetitis aliquoties actibus fidei eorum: nam ut validè adultus Sacramentum aliquod recipiat, debet intendere illud recipere; & ad hoc non potest non de illo, & illius fructu notitia aliquam, et si rudam, habere, videlicet, quod sit instrumentum, quo Deus per illud condonat peccata per merita Iesu Christi Filii eius, qui factus est homo, ut nos per Sacra menta ab eo instituta, redimeret: ergo de necessitate Sacramenti est notitia, sive habitualis, sive actualis Mysteriorum Trinitatis, & Incarnationis; ita Lumbier hic, num.

2034. 2035. & 2036. Hozes, numer. 26. Torrec. num. 9.

1004 Et ex hoc principio potest Confessor doctrinam sumere, ut poenitentem instruat, inquirendo ab eo: An sciat, quid vult recipere? Et iuxta eius responsa, et si rustica, barbara, & insufficiencia, docere illum, quod querendo confessionem, querit medium, seu instrumentum institutum a Christo Domino Filio Dei, qui homo factus est, virtute Spiritus Sancti, ut hominem per peccatum perditum liberaret ab illo, & gratiam illi conferret, qua iustificatur, & gloriam consequatur. Ecce quomodo, qualibusque, & paucissimis verbis instruitur poenitens facile in notitia Mysteriorum Trinitatis, & Incarnationis, & Sacramenti quod recipit.

1005 3. Advertentia est, quod inquirat Confessor a poenitente Mysterium Incarnationis, in quo quatuor mysteria agnoscendi debent, nimirum, Incarnatio, Passio, Resurrectio, & Ascensio in Coelum Domini nostri Iesu Christi. Non tamen est necessaria notitia Circumcisionis, Adorationis Magorum, Baptismi Christi, aut ipsius predicationis. Et cetera, quae in antecedenti advertentia appono, applicabis hic.

1006 Quarta. Querat ab eo de Symbolo Apostolorum: in eo namque omnia fidei mysteria, quae debet fidelis scire, & confiteri includuntur. Et sufficit, si memoriter illa sciat rusticus cum moderatione sciat: erit tamen conveniens illitteratis, & praecipue aggressi-

In-

1007 Insuper scire tenetur fideli, & credere Sacra menta Ecclesiae; praeципue, Baptismum, Pœnitentiam, & Eucharistiam, & quiu aliquod suscipit, debet de eo notitiam habere. Omnia haec mysteria, et si non necessitate mediis tamen necessitate precepti expressè scire obligantur fideles; quia ea expressè ex eodem precepto, credere tenentur: nam, ut dixi, scire debent, quod credunt expressè, & ideo absolvit non potest ea culpabiliter ignorans: quia peccando accedit, cum inobedientis precepto gravi persistat.

1008 Deinde Praecepta Decalogi, & Ecclesiae Mandata. De orationibus, *Pater noster*, *Ave Maria*, & *Per signum crucis*; plures dicunt solum esse veniale eorum ignorantia. Sed de oratione *Pater noster*, non admitto, cum Tapia, tom. 2. lib. 1. quæst. 2. art. 6. & aliis.

Quando Confessor, tentato poenitente per aliqua fidei mysteria, ut unius Dei, & remuneratoris, & Trinitatis, & Incarnationis, Sacramenti Eucharistiae, & Praeceptorum Decalogi, invenit illum sufficientem, transeat, percurrente confessionem. At vero cum in his ignorantem agnoscat, hic labor, hic dolor.

1009 Et advertat, sufficere, quod substantialiter respondeat, illis verbis, quae in Symbolo iuxta communem cathechismum ponuntur. Nec requiritur quod eo ordine sciat: erit tamen conveniens illitteratis, & praecipue aggressi-

bus, & ruficis, ut memoriter edificant, & ita retineant.

1010 Si aliqui ita rudes fuerint, ut instruere illos impossibile videatur, procuret Confessor meliori modo, quo potuerit, docere eos ea, quae de necessitate mediis sunt mysteria iuxta suum parvum captum: quia si possibilis non est in illis intelligentia maior, parvissima sufficiet. Vide Thom. Sanch. lib. 2. Summ. cap. 3. num. 18.

21. & 22. Et illum premit, & pungat, ut quantum potuerit, diligentiam apponat, ut Christianam doctrinam ediscat.

§. II.

#### D V E Q V E S T I U N C U L A E r e s o l u v a n t u r .

1011 **Q** uæres 1. Quomodo cum moribundo ignorante mysteria fidei culpabiliter se Confessor habebit?

Respondeo ex Sanch. in Summ. lib. 2. cap. 3. num. 23. quod proponat infirmo præcipua nostræ fidei mysteria, nimirum, quod Deus unus, & remunerator est, Trinitatemque, & Domini Incarnationem meliori modo quo possit, non illum defatigando, sed suavitè excitet, ut de præterita negligientia se doleat, & emendationis propositum habeat, & actus fidei eliciat, sicut cuilibet in extremis laboranti utilissimum est. Et idem ait de infirmo nimis gravato accidentibus infirmitatis. Hozes, num. 37.

P 2

Quæ-

*ignorantiam*; & cum damnatio quid odiosum est, stricte est intelligenda.

1002 Respondeo 2. Quod solum per ignorantiam invincibilem posset salvare ea inculpabilis ignorantia: sed haec non est facile concedenda, ut iam dicam in hac propositione: ergo in practica ea ignorantia non est admittenda, ut inculpabilis, seu invincibilis, nisi in casu postea ibi ponendo.

1003 Respondeo 3. Quod licet inculpabilis sit poenitens in dicta Mysteriorum Trinitatis, & Incarnationis ignorantia: & quamvis admittamus, non esse de necessitate medii ad iustificationem notitia expressa illorum, & ut per contritionem salvetur homo: tamen requiritur de necessitate Sacramenti: quia ad Sacramenti

Poenitentiae receptionem est necessaria fides expressa, vel virtutis contenta, ut iam dixi, in notitia habituali, & repetitis aliquoties actibus fidei eorum: nam ut validè adultus Sacramentum aliquod recipiat, debet intendere illud recipere; & ad hoc non potest non de illo, & illius fructu notitia aliquam, et si rudam, habere, videlicet, quod sit instrumentum, quo Deus per illud condonat peccata per merita Iesu Christi Filii eius, qui factus est homo, ut nos per Sacra menta ab eo instituta, redimeret: ergo de necessitate Sacramenti est notitia, sive habitualis, sive actualis Mysteriorum Trinitatis, & Incarnationis; ita Lumbier hic, num.

2034. 2035. & 2036. Hozes, numer. 26. Torrec. num. 9.

1004 Et ex hoc principio potest Confessor doctrinam sumere, ut poenitentem instruat, inquirendo ab eo: An sciat, quid vult recipere? Et iuxta eius responsa, et si rustica, barbara, & insufficiencia, docere illum, quod querendo confessionem, querit medium, seu instrumentum institutum a Christo Domino Filio Dei, qui homo factus est, virtute Spiritus Sancti, ut hominem per peccatum perditum liberaret ab illo, & gratiam illi conferret, qua iustificatur, & gloriam consequatur. Ecce quomodo, qualibusque, & paucissimis verbis instruitur poenitens facile in notitia Mysteriorum Trinitatis, & Incarnationis, & Sacramenti quod recipit.

1005 3. Advertentia est, quod inquirat Confessor a poenitente Mysterium Incarnationis, in quo quatuor mysteria agnoscendi debent, nimirum, Incarnatio, Passio, Resurrectio, & Ascensio in Coelum Domini nostri Iesu Christi. Non tamen est necessaria notitia Circumcisionis, Adorationis Magorum, Baptismi Christi, aut ipsius predicationis. Et cetera, quae in antecedenti advertentia appono, applicabis hic.

1006 Quarta. Querat ab eo de Symbolo Apostolorum: in eo namque omnia fidei mysteria, quae debet fidelis scire, & confiteri includuntur. Et sufficit, si memoriter illa sciat rusticus cum moderatione sciat: erit tamen conveniens illitteratis, & praecipue aggressi-

In-

1007 Insuper scire tenetur fidelis, & credere Sacra menta Ecclesiae; praeципue, Baptismum, Pœnitentiam, & Eucharistiam, & quiu aliquod suscipit, debet de eo notitiam habere. Omnia haec mysteria, et si non necessitate mediis tamen necessitate precepti expressè scire obligantur fideles; quia ea expressè ex eodem precepto, credere tenentur: nam, ut dixi, scire debent, quod credunt expressè, & ideo absolvit non potest ea culpabiliter ignorans: quia peccando accedit, cum inobedientis precepto gravi persistat.

1008 Deinde Praecepta Decalogi, & Ecclesiae Mandata. De orationibus, *Pater noster*, *Ave Maria*, & *Per signum crucis*; plures dicunt solum esse veniale eorum ignorantia. Sed de oratione *Pater noster*, non admitto, cum Tapia, tom. 2. lib. 1. quæst. 2. art. 6. & aliis.

Quando Confessor, tentato poenitente per aliqua fidei mysteria, ut unius Dei, & remuneratoris, & Trinitatis, & Incarnationis, Sacramenti Eucharistiae, & Praeceptorum Decalogi, invenit illum sufficientem, transeat, percurrente confessionem. At vero cum in his ignorantem agnoscat, hic labor, hic dolor.

1009 Et advertat, sufficere, quod substantialiter respondeat, illis verbis, quae in Symbolo iuxta communem cathechismum ponuntur. Nec requiritur quod eo ordine sciat: erit tamen conveniens illitteratis, & praecipue aggressi-

bus, & ruficis, ut memoriter edificant, & ita retineant.

1010 Si aliqui ita rudes fuerint, ut instruere illos impossibile videatur, procuret Confessor meliori modo, quo potuerit, docere eos ea, quae de necessitate mediis sunt mysteria iuxta suum parvum captum: quia si possibilis non est in illis intelligentia maior, parvissima sufficiet. Vide Thom. Sanch. lib. 2. Summ. cap. 3. num. 18.

21. & 22. Et illum premit, & pungat, ut quantum potuerit, diligentiam apponat, ut Christianam doctrinam ediscat.

§. II.

#### D V E Q V E S T I U N C U L A E r e s o l u v a n t u r .

1011 **Q** uæres 1. Quomodo cum moribundo ignorante mysteria fidei culpabiliter se Confessor habebit?

Respondeo ex Sanch. in Summ. lib. 2. cap. 3. num. 23. quod proponat infirmo præcipua nostræ fidei mysteria, nimirum, quod Deus unus, & remunerator est, Trinitatemque, & Domini Incarnationem meliori modo quo possit, non illum defatigando, sed suavitè excitet, ut de præterita negligientia se doleat, & emendationis propositum habeat, & actus fidei eliciat, sicut cuilibet in extremis laboranti utilissimum est. Et idem ait de infirmo nimis gravato accidentibus infirmitatis. Hozes, num. 37.

P 2

Quæ-

tionibus degant, non sunt amovenda ex hoc capite à frequenti communione; circa omnia haec cuperem, videres Salmant. nostros doctissime, & eruditè, vt solent, tom. 11. tractat. de Eucharist. de hoc tractantes. Vide etiam infra explicationem propositionum 22. & 23. ab Alexandro VIII. damnatarum.

1020 Secundum punctum est declarare, quod non est de iure Divino communio quotidiana.

Tertium punctum est, prohibere, tūm communionem in die Parasceves. Tūm quosdam abusus, vt est Eucharistam in lecto sumere, deferendo eam occulte, vel ab Oratorio, vel ab Ecclesia. Et quod nemini porrigantur, nec plures, nec maiores hostias, quām vīstatæ.

1021 Circà quod adverte 1. Quod hic non prohibetur communicare in Oratoriis privatis eritis Pontifica autoritate, nec quod infirmis, qui non possunt Oratoria, vel Ecclesias pergere, deferatur ex illis aliquando Eucharistia decenti apparatu; & ubi mos viget, quod Sacerdos stola, proprio ipsius pallio opera, cum lumine, & tintinabulo praeunte, deferat Sacramentum, non videtur reprehendenda; sed quod ita occulte portet, vt absque signo eat, taliter, quod eo prætereunte, non adoretur ab omnibus Christi Domini Corpus; ita D. Hebas.

1022 2. Adverte, circa plures formas, vel maiores confusis porrigendas, non esse contra

Decretum, quod si Sacerdoti, cui supersunt aliquæ formæ ex appositis ad communionem accedentium, quod tribuat ultimis Eucharistiam sumentibus duas, aut tres formulas; nec quod fiant in aliqua Parochia, vel Conventu formæ aliquantulū maiores, quam alicubi, si communiter ita ibi fit, causa formularii, nec denique, quod aliquo casu, maiori, quam consuetis forma alicui communio detur, dummodò accidentaliter, & non studiosè fiat: nam in Decreto prohibentur abusus, cuiusmodi non sunt predicti casus.

1023 Leander à Sacrament. tom. 2. tract. 7. disp. 4. cum Suarez, Bonac. Dian. Granad. Fagund. Sà, & aliis asserit, quod potest Sacerdos partem suæ hostiæ principali dare Laico ex devotione Eucharistiam petenti; quia nullo iure prohibetur, nec integrum sumere obligatur. Iudico tamen, hoc dissuetum esse, in aliqua verò gravissima circumstantia, tūm præcelentis personæ, tūm & præcipue necessitatis urgentis, vt ad Viaticum infirmo morti proximo dandum, potest inoffensè fieri; & in hoc ultimo casu obligatione gravi, ait Ioannes Sanchez in select. disp. 22. num. 21.

1024 Quartum punctum Decreti est, vt non permittatur, quod peccata venialia (& idem dicendum iuxta plures de mortalibus iam confessis) cum simplicibus Sacerdotibus, id est, non habentibus ab Ordinario approbationem, confiteantur. Non tamen annullat con-

confessiones sic factas, vt advertit Lumbier supra hoc Decretum, tom. 2. pag. mihi 974. quem cæteri sequuntur. Vnde male facient, tam simplex Sacerdos, quām poenitens, si ab huiusmodi confessione non desistant; & vterque puniri potest ab Ordinario, etiamsi delinquens Regularis sit; quia Decretum ad hoc facultatem tribuit. Non tamen hic prohibetur, quod Religiosis à iure concessum est, de quo aliquid tetigi in explicatione proposit. 16. ab Alexand. VII. damnata à num. 190.

1025 Et advertat poenitens, quod si cum notitia huius Decreti, ad confessionem venialium cum simplici Sacerdote accedit, se periculo exponit nullam faciendi confessionem; quia peccando accedit, & quāvis hoc solum esset veniale, eo quod ad veniale solum velit obligare Decretum, quod non videtur concedendum, utpote de materia gravi, datur etiam hoc periculum, si in genere venialium levia sunt peccata, quæ confitetur; quia proposito non peccandi caret, nisi bona fides illum excusat, quod data hac circumstantia, est difficile. Vide Curs. Moral. tom. 1. tract. 6. cap. 5. punct. 4. num. 56.

1026 Iudico tamen probabilitè, quod simplex Sacerdos potest extra confessionem absolvere licet à minori excommunicacione, iuxta opinionem tutam Diana, 5. part. tractat. 9. resol. 3. Curs. Moral. tom. 2. tract. 10. cap. 4. punct. 14. à num. 164. Et

hoc licet in ea detur eadem ratio prohibitionis; propter dicta in advertentiis generalibus initio positis, num. 1024.

**EXPLICATIO PROPOSITIUM damnatarum ab Alexandro VIII. Pontifice Maximo. Præmittitur Decretum, & aliqua in eum ponuntur advertentiæ.**

1027 **A**lexander VIII.

præmisso diligenti examine plurimorum in Sacra Theologia Magistrorum, damnavit suo Decreto edito die 7. Decembris, anno Domini 1690. triginta supra unam propositiones, vt scandalosas, male sonantes, iniuriosas, hæresi proximas, sapientes hæresim, erroneas, schismaticas, & hæreticas, respectivè. Et dicitur respectivè, quia non quilibet earum meretur omnes has censuras simul; sed quod aliquæ scandalosæ sunt, alia hæresim sapientes, alia erroneæ, & alia hæreticæ.

1028 Et ut intelligatur, quæ earum sint, vel hæreticæ, vel erroneæ, vel sapientes hæresim, &c. Placuit explicare breviter, quid per quilibet harum censurarum intelligatur; quod iam fecit succinctè, doctè, & satis clarè ad doctos, & illiteratos R. P. Corella in sua Aurea istarum propositionum explicatione. Sed prius vide supra in advertentiis ad proposit. Alexand. VII. à num. 1.

1029 Aderto 1. Quod propositio hæretica est, quæ imme-

1012 Quæres 2. Vtrum dari possit invincibilis ignorantia misteriorum fidei?

Respondeo, quod ex natura rei non est dubium dari posse, quia præcepta fidei, cum sint positiva, et si Divina, non à iure naturæ, sed positivo imposta sunt. Vnde ille, qui vagans in campestribus, Evangelium, & præcepta legis gratiæ non audivit, invincibilem ignorantiam misteriorum fidei habebit: & si naturalem legem servat, cum alias sine fide salvati non possit, non deficiet ei Divina prævidentia, quæ eum aliquo medio instruat. Ita D. Thom. 1. 2. quæst. 10. artic. 1. vt iam tetigi ad propositionem 4. Innoc. XI.

1013 At verò illi, qui inter fideles degit non est admittenda invincibilis ignorantia, nisi casu rarissimo: cum frequenter in Ecclesia prædicetur, & doceatur doctrina Christiana, & à Parochio tempore Quadragesimæ invitetur, vt ab ipso instruatur. Et quamvis custodientes pecora, vt pastores, & alii in silvestribus, & campestribus habitualiter morentur, ad minus tamen semel in anno ad recipienda Sacraenta vocantur; & nemo eorum, qui doctrinam Christianam ignorant, carent aliquo conscientiæ scrupulo, vel remorsu; & hoc sufficit vt ea ignorantia invincibilis non sit; cum ab eo excitati, maioribus inquirere debeant, qua obligatione circa hoc tenerentur; iuxta illud Deuteronom. cap. 32. Interroga patrem tuum, & annuntiabit tibi, ma-

res, & dicent tibi: Et ita tenet illustrissimus Tapia, tom. 2. lib. 2. quæst. 2. artic. 9.

### SEXAGESIMA QVINTA propositio.

SUFFICIT ILLA MYSTERIA  
semel credidisse. Damnata.

### EXPLANATIO.

1014 **S**entiendum est, non sufficere, nec semel scivisse hæc mysteria, si iam oblita sunt, nec semel illa credidisse: quia ita declarat hic Innoc. contrarium damnando.

In triplici sensu intelligi hæc propositio potest: 1. Quod sufficiet pro receptione, toties, quoties, Sacramenti Pœnitentiae in posterum, semel credidisse Mysteria Trinitatis, & Incarnationis; absque nova corundem fiduci repetitione.

2. Quod sufficit semel credidisse ea, vt quamvis postea culpabilis ignorantia illorum detur, nec præcepto fidei, nec absolutioni deficiat homo.

3. Quod unico fidei actu in vita facto, fiat satis de fide explicita elicienda.

Et in quolibet eorum sensu damnata est propositio; Lumbier, num. 1783. Torrecilla, & Corolla.

Cætera ad hanc propositiōnē detestandam videbis in explicatione propositionis antecedēden-

dentis, & quintæ, & decimæ septimæ Innoc. XI.

**ADVERTENTIÆ BREVES**  
ad Decretum Sacre Congregationis,  
approbatum ab Innocentio XI. die  
12. Februarie, anno 1679. &  
ipsius iussu publicatum.

1016 **H**oc Decretum vi-  
deri potest apud  
Lumbier, tom. 2.  
num. 1082. in quo quatuor de-  
cernuntur.

Primum est, quod relinquit Parochorum, seu Confessariorum prudentiæ, & discretioni usum communionis quotidiane designandum, iuxta dispositionem, devotionem, virtutum exercitium, fructus perceptionem earum personarum, quæ huius Sacramenti talem frequentiam cupiunt.

1017 Vnde, nec status, nec officium excluditur ab hoc frequentissimo usu, si talis devotio, & præparatio habeatur: maiori tamen à Confessario cura adhibenda est, & aliquando solertia utendum, vt in personis, vel coniugatis, vel sæcularibus curis detidis, talis devotio, & præparatio exquiratur; & sic, nec ex una parte devotionis, seu charitatis fervor remittatur, avertendo à frequentia communionis; & ex alia apparenter fervida, seu indiscreta devotio retundatur, talem usum moderando.

1018 Et hoc potissimum ex coniugatis, & quotidiani occupationibus implicatis exquirendū est;

nam si coniugati nimis sint dediti carnalibus deliciis, et si licitis, quomodo de vera ipsorum devo-  
tione circa hoc Sacramentum iudi-  
candum est? Si spiritus delicias per hoc Sacramentum desiderant, contenti sint moderatissimo ma-  
trimonii usu; semota vero coniugis qualibet iniustitia, in repugnantia debitum reddendi; nec illi coniugati, qui quotidiè communicant, ( eorum satis probata vitæ rectitudine ) sunt arcendi à communio-  
ne eo die, qui coniugi debitura reddiderunt; sicut nec pollutio in somnis, aut involuntaria ad hoc obstat, nisi animi vagationem, vel turbationem spiritus relin-  
quat; quo casu à communione sub veniali abstinentia iudicat melius, Lugo de Eucharist. disp.  
15. sect. 1. cum aliis; nisi mediet Jubileum, aut gravis necessitas.

1019 Dic etiam idem de personis quotidiani occupationibus deditis, istæ namque quam præparationem, & devotionem præmittent, cum frequenter in sæcularibus negotiis mentem di-  
vagatam habeant, & in lege cu-  
piditatis, vel ambitionis die, ac nocte meditentur, neque abstineant ab assuetis, et si levibus, &  
sæpe ex consuetudine culpis. Si verò sua opera in Deum dirigant, & præ oculis mentis, prout huma-  
na fragilitas patitur, eum in ne-  
gotiis habeant; & ex obligatione, suæque familiæ decenti sustenta-  
tione, exterminata ab eorum cordibus mundana ambitione, ter-  
renaque cupiditate, in his occupa-

diatè opponitur veritati ab Ecclesia, vt de fide proposita, v. g. asserere, quod Trinitatis personæ non sunt tres, vel quod sunt plures. At quod vide nostr. Salmant. tom. 7. tractat. 17. disp. 9. dub. 4. §. 11. à num. 43. ubi plura adducunt.

1030 2. Adverto, quod erronea propositio est illa, quæ opponitur propositioni illata per legitimam consequentiam ex una propositione de fide, & ex alia lumine naturali nota; ita communis. vt testatur Bañez, 2. 2. quest. 11. artic. 1. & Lugo de fide, disput. 20. sect. 3. num. 78. v. g. asserere, quod Christus non est risibilis, quia opponitur conclusio affirmanti, Christum esse risibilem, illata ex hac propositione, Omnis homo est risibilis, quæ est lumine naturali nota, & ex hac, Christus est homo, quæ est de fide, sub hac forma: Omnis homo est risibilis; Christus est homo: ergo Christus est risibilis. Vide Lagum de fide, disp. 1. sect. 3. §. 1. qui asserit §. 2. num. 279. quod conclusio illata ex duabus propositionibus de fide, speculativè loquendo, est de fide, & de fide credi potest. Si autem creditur propter præmissas (ait) non creditur de fide, sed vt conclusio Theologica, ita num. 237.

1031 3. Adverto, quod propositio proxima hæresi, est illa, quæ inter Authores vagatur sublite opinionis, an sit hæretica, vel non, aliis affirmantibus, negantibus aliis; ita Lugo, disp. 20. nu-

mer. 79. & 80. vel vt explicant nostri Salmantic. loco citat. num. 49. est illa, quæ opponitur veritati deductæ ex principio fidei per consequentiam, non evidenter metaphysicè, sed certa moraliter.

1032 4. Adverto, quod propositio sapiens hæresim est illa, quæ ansam dat timendi, an in ea lateat hæresis iuxta maiorem, vel minorem suspicionem, quæ generatur ex illam proferente, vel ex aliis circumstantiis, tūm materiæ controversæ, tūm modi profundi verba, tūm loci, & temporis, aut aliis; ita Lugo, à num. 88. v. g. ista propositio: Pater est maior filio, ab hæretico Ariano prolatæ, sapit Arii hæresim: à Christo Domino, dicente Ioann. 10. v. 18. Pater maior me est. Est Catholica, quia Christus loquitur de se vt homine. Arius autem dicit, Christum esse creaturam.

1033 5. Adverto, quod propositio male sonans, quæ ab aliquibus apud Suarez de fide, disp. 19. sect. 2. num. 18. pro eodem sumunt, ac piarum aurium offensiva, Lug. num. 94. sic eas explicat; quod propositio male sonans est, quæ constat vocibus extra communiorum significationem, & malam significationem habent, & falsam, licet de facto ad veram significationem usurpentur, v. g. ista propositio: In Deo sunt tres essentiae relative, quæ ex parte sensus non est contra fidem, cum non affirmet, dari in Deo tres essentias, seu naturas; sed solum

da-

dari tres subsistentias; dissonantiam tamen causat ex parte vocum, quia ad significandam subsistentiam vtitur nomine essentia, contra communem vsum Catholicorum. Vnde Vincentius Ferrer. quest. 14. num. 39. sic explicat propositionem male sonantem, videlicet, quæ habet sensum congruentem fidei, verba autem non congrua.

1034 Propositionem autem piarum aurium offensivam, ait Lugo, num. 94. etiam esse illam, quæ constat vocibus, quæ licet nullam malam significationem habeant, tamen in eo, quod dicitur, vel in modo quo dicitur, pietatem ad Sancta retardat, quia non semper quod verum est licet, aut dicere, aut vbique proferre, vel propter reverentiam ad Sancta, vel ne illa in contemptum venire faciat; vt si quis expenderet peccata obscena alicuius Sancti Canonizati, vel assereret, plura in Breviario contineri apocryphæ; quia hæc, & similia fidelium pietatem offendunt, & ad contemptum Sacrorum inducent.

1035 6. Adverto, quod propositio temeraria est, quæ circa doctrinam fidei, Theologiæ, vel morum aliquid absque sufficienti fundamento affirmat, aut negat. Et duplicitè potest esse temeraria; uno modo contrarie, vt cum quis pugnat contra communem Patrum, & Theologorum sententiam, v. g. affirmare, Beatam Virginem in Cœlo non esse in corpore, & anima. Alio modo, negativè vt

cum in rebus ad fidem pertinentibus aliqua quis profert absque Partium, & Theologorum autoritate (licet aperte non ipsi repugnet) & sine sufficienti, & rationabili fundamento; ita Salmantic. tom. 7. tractat. 17. disp. 9. numer. 60.

1036 7. Adverto, quod tristis propositio est, quæ alicui personæ, Communitatæ, aut Republicæ iniuriam irrogat: & erit illius speciei peccati iuxta virtutem, cui opponitur; vt si iniuria sit contra Deum, blasphemia, si contra homines, erit contra charitatem, & iustitiam; & hoc secundo modo appellatur, ad distinctionem blasphemie, propriæ iniuriosa propositio, vt contingit in libellis famosis contra Principes, & personas publicas, contra Religiosos Ordines, & contra Prælatos, & etiam contra particulares personas.

1037 8. Adverto, quod propositio schismatica vocatur illa, quæ aliquid docet contra unitatem servandam inter membra Ecclesiæ, tam secundum se comparata, quam respectivè ad Prælatos. Vt si quis assereret: Subditos posse Prælatos suos, cum peccant, pro libito suo corrigere, & punire, vel malo Prælato non esse obedientem; ita Salmant. n. 57.

1038 9. Adverto, quod scandalosa propositio est, quæ licet enuntiet verum, nihilominus in materia morum occasionem rui-næ audientibus affert, quatenus eos aliquo modo retrahit à bono, vel

diatè opponitur veritati ab Ecclesia, vt de fide proposita, v. g. asserere, quod Trinitatis personæ non sunt tres, vel quod sunt plures. At quod vide nostr. Salmant. tom. 7. tractat. 17. disp. 9. dub. 4. §. 11. à num. 43. ubi plura adducunt.

1030 2. Adverto, quod erronea propositio est illa, quæ opponitur propositioni illata per legitimam consequentiam ex una propositione de fide, & ex alia lumine naturali nota; ita communis. vt testatur Bañez, 2. 2. quest. 11. artic. 1. & Lugo de fide, disput. 20. sect. 3. num. 78. v. g. asserere, quod Christus non est risibilis, quia opponitur conclusio affirmanti, Christum esse risibilem, illata ex hac propositione, Omnis homo est risibilis, quæ est lumine naturali nota, & ex hac, Christus est homo, quæ est de fide, sub hac forma: Omnis homo est risibilis; Christus est homo: ergo Christus est risibilis. Vide Lagum de fide, disp. 1. sect. 3. §. 1. qui asserit §. 2. num. 279. quod conclusio illata ex duabus propositionibus de fide, speculativè loquendo, est de fide, & de fide credi potest. Si autem creditur propter præmissas (ait) non creditur de fide, sed vt conclusio Theologica, ita num. 237.

1031 3. Adverto, quod propositio proxima hæresi, est illa, quæ inter Authores vagatur sublite opinionis, an sit hæretica, vel non, aliis affirmantibus, negantibus aliis; ita Lugo, disp. 20. nu-

mer. 79. & 80. vel vt explicant nostri Salmantic. loco citat. num. 49. est illa, quæ opponitur veritati deductæ ex principio fidei per consequentiam, non evidenter metaphysicè, sed certa moraliter.

1032 4. Adverto, quod propositio sapiens hæresim est illa, quæ ansam dat timendi, an in ea lateat hæresis iuxta maiorem, vel minorem suspicionem, quæ generatur ex illam proferente, vel ex aliis circumstantiis, tūm materiæ controversæ, tūm modi profundi verba, tūm loci, & temporis, aut aliis; ita Lugo, à num. 88. v. g. ista propositio: Pater est maior filio, ab hæretico Ariano prolatæ, sapit Arii hæresim: à Christo Domino, dicente Ioann. 10. v. 18. Pater maior me est. Est Catholica, quia Christus loquitur de se vt homine. Arius autem dicit, Christum esse creaturam.

1033 5. Adverto, quod propositio male sonans, quæ ab aliquibus apud Suarez de fide, disp. 19. sect. 2. num. 18. pro eodem sumunt, ac piarum aurium offensiva, Lug. num. 94. sic eas explicat; quod propositio male sonans est, quæ constat vocibus extra communiorum significationem, & malam significationem habent, & falsam, licet de facto ad veram significationem usurpentur, v. g. ista propositio: In Deo sunt tres essentiae relative, quæ ex parte sensus non est contra fidem, cum non affirmet, dari in Deo tres essentias, seu naturas; sed solum

da-

dari tres subsistentias; dissonantiam tamen causat ex parte vocum, quia ad significandam subsistentiam vtitur nomine essentia, contra communem vsum Catholicorum. Vnde Vincentius Ferrer. quest. 14. num. 39. sic explicat propositionem male sonantem, videlicet, quæ habet sensum congruentem fidei, verba autem non congrua.

1034 Propositionem autem piarum aurium offensivam, ait Lugo, num. 94. etiam esse illam, quæ constat vocibus, quæ licet nullam malam significationem habeant, tamen in eo, quod dicitur, vel in modo quo dicitur, pietatem ad Sancta retardat, quia non semper quod verum est licet, aut dicere, aut vbique proferre, vel propter reverentiam ad Sancta, vel ne illa in contemptum venire faciat; vt si quis expenderet peccata obscena alicuius Sancti Canonizati, vel assereret, plura in Breviario contineri apocryphæ; quia hæc, & similia fidelium pietatem offendunt, & ad contemptum Sacrorum inducent.

1035 6. Adverto, quod propositio temeraria est, quæ circa doctrinam fidei, Theologiæ, vel morum aliquid absque sufficienti fundamento affirmat, aut negat. Et duplicitè potest esse temeraria; uno modo contrarie, vt cum quis pugnat contra communem Patrum, & Theologorum sententiam, v. g. affirmare, Beatam Virginem in Cœlo non esse in corpore, & anima. Alio modo, negativè vt

cum in rebus ad fidem pertinentibus aliqua quis profert absque Partium, & Theologorum autoritate (licet aperte non ipsi repugnet) & sine sufficienti, & rationabili fundamento; ita Salmantic. tom. 7. tractat. 17. disp. 9. numer. 60.

1036 7. Adverto, quod tristis propositio est, quæ alicui personæ, Communitatæ, aut Republicæ iniuriam irrogat: & erit illius speciei peccati iuxta virtutem, cui opponitur; vt si iniuria sit contra Deum, blasphemia, si contra homines, erit contra charitatem, & iustitiam; & hoc secundo modo appellatur, ad distinctionem blasphemie, propriæ iniuriosa propositio, vt contingit in libellis famosis contra Principes, & personas publicas, contra Religiosos Ordines, & contra Prælatos, & etiam contra particulares personas.

1037 8. Adverto, quod propositio schismatica vocatur illa, quæ aliquid docet contra unitatem servandam inter membra Ecclesiæ, tam secundum se comparata, quam respectivè ad Prælatos. Vt si quis assereret: Subditos posse Prælatos suos, cum peccant, pro libito suo corrigere, & punire, vel malo Prælato non esse obedientem; ita Salmant. n. 57.

1038 9. Adverto, quod scandalosa propositio est, quæ licet enuntiet verum, nihilominus in materia morum occasionem ruiñæ audientibus affert, quatenus eos aliquo modo retrahit à bono, vel

Confirmatur, quia sufficit, ut aliqua actio, seu omissio sit in se peccatum, quod eius causa voluntaria sit, ut patet in ebrio occidente hominem, & hoc ante ebrietatem prævidente; ita affirmat opinio hic non damnata: ergo ita etiam in casu propositionis.

1046 Respondeo ad argumentum, quod admisso adhuc universaliter, quod sumpta voluntariè occasione peccati, sit peccatum actio deformat ex illa sequuta, etsi voluntaria non sit in se, hoc intelligi debet, tūm quando talis occasio à voluntate propria voluntariè sumpta est. Tūm quando in eius voluntate est amovere occasionem; sed occasiones nostrorum peccatorum sunt infectiones nostrarum potentiarum per originale peccatum, & non est in hominis potestate eas amovere: ergo non possunt esse illi voluntariæ.

Ad confirmationem dico, quod illa causa, vel occasio, admittitur voluntariè, ut occasio, vel causa à voluntate peccantis.

1047 Adverte, quod etiam peccata venialia requirunt libertatem personalem, taliter, quod si materia est gravis, & advertentia ad malitiam peccati semiplena, non excedet culpam venialem. Si materia est levis, etsi plena sit advertentia, tantum erit veniale; vide Salmantic. tom. 4. de peccatis, disp. 10. dub. 2. §. 1. & 2. à num. 51. & 60. Vbi admittunt in sensitivo appetitu ab-

que actuali voluntatis influxu sufficientem libertatem proper coniunctionem cum voluntate, ut veniale ab ipso efficiatur, & in ipso subiectetur.

### SECVNDA PROPOSITIO.

TAMETSI D E T V R I G N O R A N T I A I N V I C I B I L I S I U R I S N A T U R A E ,  
B A C I N S T A T U N A T U R A L A P S E O P E R A T E M E X I P S A N O N E X C U S A T  
A P E C C A T O F O R M A T I O .

Damnata.

### E X P L A N A T I O .

1048 **S**Upponendum, quod ignorantia, prout ad præsens agit, dividitur primo in vincibilem, & invincibilem; vincibilis dicitur, quia vinci potest, & ideo appellatur *consequens*; quia consequitur ad actum intellectus, vel dubium illius, & ad actum voluntatis, quo explicite, vel implicitè illam vult operans; vt qui operatur cum dubio practico negativo iuris, vel facti, an sit operatio prohibita; & haec dicitur crassa, aut supina. Vel qui non vult scire ea, quæ ad eius statum pertinent, qui si ex negligencia omittat, erit ignorantia crassa; si vt liberius peccet, erit affectata.

1049 Invincibilis dicitur, quia vinci non potest, & ideo appellatur *antecedens*; eo quod antecedit actum intellectus illam prævenientis, ac per consequens actum voluntatis illam volentis; vnde ab-

absolutè est involuntaria.

Et idem, quod dicitur de ignorantia, dicendum est de inadvertentia actuali; & ait Sanchez, lib.

1. Summ. cap. 16. num. 21. & Dian. 4. part. tract. 4. resol. 36. quod si quando operatur homo non advertit, nec dubitando, nec suspicioendo, vel alio modo apprehendendo aliquid de malitia operationis, non peccat, etsi antecedenter negligens esset in ediscendo. Vide omnia hæc in Foro conscientiæ, tractat. 1. cap. 3. §. 4. à num. 141.

1050 Alia datur ignorantia, quæ dicitur concomitans, & ita appellatur; quia operans operatur cum in ea, non ex ea, id est, non est causa, seu occasio operationis, seu omissionis, sed eodem modo fieret, vel omitteretur actus, ac si non daretur, v. g. qui occidit inimicum iudicans esse feram, & eodem modo occidisset, si sciret suum esse inimicum.

1051 Prædictæ ignorantiaæ, & qualibet earum, dividitur in ignorantiam iuris, & ignorantiam facti; ignorantia iuris est, ignorantia legis, vel præcepti; ignorantia facti est, ignorare, quod hic & nunc operatio, vel omissione debitæ operationis est contra præceptum, vel quod est illa, quam lex prohibet, v. g. qui sciens esse diem abstinentiæ carnium, comedit carnes, ignorans esse carnes; vel Clericus omittens recitationem ex obliuione. Et qualibet earum, si invincibilis est, excusat à peccato.

1052 Sentiendum ergo est, quod operans ex ignorantia invincibili iuris naturæ, tam iuris, quam facti, non peccat formaliter: quia ita declarat Alexand.

Ratio est: nam peccatum essentialiter est voluntarium; sed quod fit ex invincibili ignorantia malitiæ, non est voluntarium in ratione peccati, cum voluntarium sit, quod est à principio intrinseco cum cognitione: ergo non est peccatum.

Vnde. Cum Deus impossibilita non iubeat, vt ex Tridentin. sess. 6. cap. 13. constat. Et ex alia parte sit impossibile, quod homo ignorantiam invincibilem vincat, sequitur, quod dicta propositio ad minus est erronea, cum opponatur consequenti illato ex propositione de fide, & ex alia per se nota, vt in tueri constabit; & iuxta dicta in advertentiis, numer.

1053 Inquires, quomodo potest dari ignorantia invincibilis iuris naturæ?

Respondeo, quod de primis principiis sacerdotis lumine naturæ notis non potest dari, vt quod bonum sit faciendum, malum fugiendum. Item, quod Deus sit bonorandus. Insuper, quod tibi non vis, alteri ne feceris.

Loquendo de secundis principiis iuris naturæ, assero, quod de illis præceptis, quæ clarissime sequuntur, vel includuntur in primis principiis, non potest etiam dari, invincibilis ignorantia; huiusmodi sunt præcepta primæ tabulae,

præ-

vel trahit ad malum: vt si quis exageraret difficultatem confitendi peccata, ignorantiam confessariorum, pericula solicitationis, sic homines avocarentur ab huius Sacramenti usu, vt in Germania contigit haereticorum industria; ita Salmant. num. 56. vide ad omnia hæc Lugum, disput. 20. sect. 3. Suarez, Bañez, & Salmant. citat.

1039 Excommunicaatio, quæ ponitur contra defendantes, docentes, &c. has propositiones, & præceptum, ne ad proximam deducantur, idem tenoris sunt, ac præceptum, & excommunicatio, quæ ponitur in Decretis ad propositiones ab Alexand. VII. & Innocent. XI. damnatas. Et sic vide dicta suprà in adverentiis generalibus ad omnes propositiones, à numer. 1.

### PRIMA PROPOSITIO.

IN STATV NATVRÆ LAP-  
sa, ad peccatum mortale, & demer-  
titum, sufficit illa libertas, qua vo-  
luntarium, ac liberum fuit in cau-  
sasua, peccato originali, &  
voluntate Adami peccantis.  
Damnata.

### EXPLANATIO.

1040 **S**upponendum 1. quod nostræ actiones humanae habent ad sui perfectionem duplum regulam, alteram extrinsecam, intrinsecam alteram. Ex-

trinseca est lex, sive naturalis, sive positiva, divina, aut humana, iuxta exigentiam circumstantiarum actionis, vel operantis eam. Intrinseca est dictamen rationis practicum, quo voluntas applicatur ad operandum iuxta regulam extinsecam.

Hæc autem subordinatio nostrarum humanarum actionum ad has regulas appellatur ordo, seu esse morale, quod quidem supponit in voluntate libertatem, seu indifferentiam, vt ex communi Theologorum consensu tradunt nostri Salmant. tom. 3. tractat. 11. disp. 1. dub. 1. §. 1.

Et ratio est, vt ipsi dicunt, numer. 5. nam ordo moralis propositus est in supplementum naturæ, vt actus nostri, qui ex se indifferentes sunt, recipient directionem & determinationem per regulas morum, nimirum, legem, & dictamen rationis: & tunc actus erit perfectus, & dignus præmio, quando his regulis conformetur; & tunc erit imperfectus, defectuosus, rationi dissonus, ac peccatum, & dignus poena, quando ab his regulis deficit, semovetur, seu opponitur: ergo illi actus, qui ex eo quod necessarii exēunt, non sunt capaces huius regulæ, incapaces erunt moralitatis, ac per consequens meriti, aut demeriti.

1041 Supponendum 2. ( & sequitur ex primo) quod primum subiectum, seu principium peccati personalis est voluntas peccantis, vt ait D. Thom. 1. 2. quest. 74. artic. 1. in corpor. & expli-

cant

cant Salmant. tom. 4. tract. 13.

disp. 10. dub. 1. §. 3. num. 16. &

17. Lege attentè. Peccatum suum originale, et si nostram voluntatem inficiat, non habet principium in illa.

1042 Supponendum 3. quod originale peccatum vocatur peccatum naturæ, iuxta illud Pauli ad Ephesios 2. *Eramus natura filii iræ*, eo quod non causatur à voluntate descendientium, sed causatur in illis per propagationem seminalem naturæ, & conceptionem eorum, ex Adamo peccante, vt parente, & omnium capite per propriam voluntatem; iidem Salmant. disp. 14. dub. 2. num. 14. & 46.

1043 Sentiendum ergo est, quod in statu naturæ lapsæ non sufficit ad peccatum mortale personale illa libertas, qua voluntarium fuit Adamo illud primum peccatum in ipso actuale, & in nobis originale: quia ita declarat Alexand. VIII. contrarium damnando.

Ratio est: Tum, quia peccata nostra actualia non sunt peccata naturæ, sed personalia; sed peccata personalia exigunt libertatem personæ committentis illud: ergo non sufficit libertas peccati naturæ.

Tum, qui quando peccata per alterius voluntatem, vel voluntarietatem sunt peccata, in illo majori ratione debent esse peccata: quia propter quod unumquodque tale, & illud magis; sed absurdissimum est dicere, quod nostra

peccata actualia sint peccata Adami: ergo.

Tum, quia actiones naturales, seu nobis non liberae, non sunt capaces, vt regulentur regulis morum, iuxta dicta num. 1041. ergo non erunt peccata, sicut nec habere possunt rationem meriti.

Tum, quia sequeretur, quod ebræi, furiosi, amentes, & dormientes peccarent in operibus materialiter malis.

1044 Denique: hæc proposicio, vel est haeretica, vel erronea, quia opponitur propositioni illata ex duabus de fide, & ex qualibet earum, hoc modo: *Omne peccatum actualis mortale est voluntarium, & liberum in se*, ut definit Tridentin. sess. 6. can. 4. 5. & 6. sed motus concupiscentiae, si non consentiantur, non sunt peccata, ut definit Tridentin. sess. 5. propè finem: ergo motus concupiscentiae non sunt peccata, si non sunt voluntaria, & libera in se, id est, ut detur peccatum, non sufficit voluntarium in primo Adami peccato, si non consentiantur, & sit liberum in se. Quæ propositio opponitur directè propositioni damnatae; vide in adverentiis, num. 1029.

1045 Dices, peccatum originale est occasio nostrorum peccatorum præcipue partis inferioris; sed hoc peccatum originale, seu occasio, sufficienter est voluntarium, in voluntate capitum, vt sit in nobis peccatum: ergo sufficienter voluntariæ erunt actiones ex illo occasionatae, quamvis non sint in se voluntariæ.

Con-

Confirmatur, quia sufficit, ut aliqua actio, seu omissio sit in se peccatum, quod eius causa voluntaria sit, ut patet in ebrio occidente hominem, & hoc ante ebrietatem prævidente; ita affirmat opinio hic non damnata: ergo ita etiam in casu propositionis.

1046 Respondeo ad argumentum, quod admisso adhuc universaliter, quod sumpta voluntariè occasione peccati, sit peccatum actio deformat ex illa sequuta, etsi voluntaria non sit in se, hoc intelligi debet, tūm quando talis occasio à voluntate propria voluntariè sumpta est. Tūm quando in eius voluntate est amovere occasionem; sed occasiones nostrorum peccatorum sunt infectiones nostrarum potentiarum per originale peccatum, & non est in hominis potestate eas amovere: ergo non possunt esse illi voluntariæ.

Ad confirmationem dico, quod illa causa, vel occasio, admittitur voluntariè, ut occasio, vel causa à voluntate peccantis.

1047 Adverte, quod etiam peccata venialia requirunt libertatem personalem, taliter, quod si materia est gravis, & advertentia ad malitiam peccati semiplena, non excedet culpam venialem. Si materia est levis, etsi plena sit advertentia, tantum erit veniale; vide Salmantic. tom. 4. de peccatis, disp. 10. dub. 2. §. 1. & 2. à num. 51. & 60. Vbi admittunt in sensitivo appetitu ab-

que actuali voluntatis influxu sufficientem libertatem proper coniunctionem cum voluntate, ut veniale ab ipso efficiatur, & in ipso subiectetur.

### SECVNDA PROPOSITIO.

TAMETSI D E T V R I G N O R A N T I A I N V I C I B I L I S I U R I S N A T U R A E ,  
B A C I N S T A T U N A T U R A L A P S E O P E R A T E M E X I P S A N O N E X C U S A T  
A P E C C A T O F O R M A T I O .

Damnata.

### E X P L A N A T I O .

1048 **S**Upponendum, quod ignorantia, prout ad præsens agit, dividitur primo in vincibilem, & invincibilem; vincibilis dicitur, quia vinci potest, & ideo appellatur *consequens*; quia consequitur ad actum intellectus, vel dubium illius, & ad actum voluntatis, quo explicite, vel implicitè illam vult operans; vt qui operatur cum dubio practico negativo iuris, vel facti, an sit operatio prohibita; & haec dicitur crassa, aut supina. Vel qui non vult scire ea, quæ ad eius statum pertinent, qui si ex negligencia omittat, erit ignorantia crassa; si vt liberius peccet, erit affectata.

1049 Invincibilis dicitur, quia vinci non potest, & ideo appellatur *antecedens*; eo quod antecedit actum intellectus illam prævenientis, ac per consequens actum voluntatis illam volentis; vnde ab-

### Propositio secunda.

absolutè est involuntaria.

Et idem, quod dicitur de ignorantia, dicendum est de inadvertentia actuali; & ait Sanchez, lib.

1. Summ. cap. 16. num. 21. & Dian. 4. part. tract. 4. resol. 36. quod si quando operatur homo non advertit, nec dubitando, nec suspicioendo, vel alio modo apprehendendo aliquid de malitia operationis, non peccat, etsi antecedenter negligens esset in ediscendo. Vide omnia hæc in Foro conscientiæ, tractat. 1. cap. 3. §. 4. à num. 141.

1050 Alia datur ignorantia, quæ dicitur concomitans, & ita appellatur; quia operans operatur cum in ea, non ex ea, id est, non est causa, seu occasio operationis, seu omissionis, sed eodem modo fieret, vel omitteretur actus, ac si non daretur, v. g. qui occidit inimicum iudicans esse feram, & eodem modo occidisset, si sciret suum esse inimicum.

1051 Prædictæ ignorantiaæ, & qualibet earum, dividitur in ignorantiam iuris, & ignorantiam facti; ignorantia iuris est, ignorantia legis, vel præcepti; ignorantia facti est, ignorare, quod hic & nunc operatio, vel omissione debitar operationis est contra præceptum, vel quod est illa, quam lex prohibet, v. g. qui sciens esse diem abstinentiæ carnium, comedit carnes, ignorans esse carnes; vel Clericus omittens recitationem ex obliuione. Et qualibet earum, si invincibilis est, excusat à peccato.

1052 Sentiendum ergo est, quod operans ex ignorantia invincibili iuris naturæ, tam iuris, quam facti, non peccat formaliter: quia ita declarat Alexand.

Ratio est: nam peccatum essentialiter est voluntarium; sed quod fit ex invincibili ignorantia malitiæ, non est voluntarium in ratione peccati, cum voluntarium sit, quod est à principio intrinseco cum cognitione: ergo non est peccatum.

Vnde. Cum Deus impossibilita non iubeat, vt ex Tridentin. sess. 6.

cap. 13. constat. Et ex alia parte sit impossibile, quod homo ignorantiam invincibilem vincat, sequitur, quod dicta propositio ad minus est erronea, cum opponatur consequenti illato ex propositione de fide, & ex alia per se nota, vt in tueri constabit; & iuxta dicta in advertentiis, numer.

1052.

1053 Inquires, quomodo potest dari ignorantia invincibilis iuris naturæ?

Respondeo, quod de primis principiis sacerdotis lumine naturæ notis non potest dari, vt quod bonum sit faciendum, malum fugiendum. Item, quod Deus sit bonorandus. Insuper, quod tibi non vis, alteri ne feceris.

Loquendo de secundis principiis iuris naturæ, assero, quod de illis præceptis, quæ clarissime sequuntur, vel includuntur in primis principiis, non potest etiam dari, invincibilis ignorantia; huiusmodi sunt præcepta primæ tabulae,

præ-

dicta à num. 1056. quod sciat homo in pluribus humanis actionibus , quod nam sit certum , & obligatorium: ergò Deus non iubet , quod ego certò sim obligatus ad id , ad quod impossibile mihi est , quod sim certus , me esse obligatum : *Subsumo* ; sed affirmare , quod non est licitum sequi opinionem probabilissimam , est idem , ac afferere , me esse certò obligatum ad id , ad quod impossibile mihi est , scire certò me esse obligatum : ergò afferendum est , non esse certum , me esse obligatum: & consequenter , quod sequi possum opinionem probabilissimam affirmantem , me non esse obligatum. Quia ex una parte dubium de obligatione vinci non potest ; & ex alia voluntas possidet suam libertatem.

1061 Idem sentiendum est de opinionibus ad minus æquè probabilibus.

1062 Insuper , sequi potest opinio minus tuta , & probabilis , dummodo non sit tenuæ probabilitatis ( exceptis casibus , num. 1069. positis ) propter rationes à num. 1057. allatas ; vide Forum conscient. tract. 3. cap. 1. §. 3. à numer. 571.

\*\*\*



### §. VNICVS.

#### PONITVR , ET DILVITVR motivum cuiusdam Iunioris contra immediatè dicta.

1063 **S**ed contra immediate dicta insurgit , & non leviter N. Christophorus à Sancto Joseph in tractat. de regulis morum noviter in lucem edito , impugnans Probabilistas , id est , docentes sequi posse opinionem æquè , aut minus probabilem pro libertate stantem . Et tanta Sacrae paginae , Ss. Pp. Coaciliorum , iurisque Canonici copia testimoniorum bellum agreditur , vt eos mergi videatur.

1064 Insuper ratione conatur destruere præcipua illorum fundamenta , nimirum , possessionem libertatis , & invincibilem ignorantiam de certitudine legis . Ait enim primo , evertendo prium de possessione principium , illud axioma , videlicet , *in dubio melior est conditio possidentis* , non intelligi de voluntate respectu actuum moralium universaliter , sed tantum in materia iustitiae commutativæ . Et quod potius pro practica moralitatis applicanda est alia regula , quæ dicit : *In dubio tunc pars est eligenda* . Et cum probabilitas , seu opinio sit dubium positivum , seu speculativum , tunc opinio eligenda est , vel probabilior , quia ad veritatem , seu certitudinem magis accedit . Ait insuper ; et si admittatur ea liber-

125

tatis possessio , non favet pro minus tuta , minusque probabili , aut æquè probabili opinione sequenda . Quod probat : nam agens liber libertate morali ( non physica pro qua admittit possessionem ) constituitur talis per ordinem ad regulas moris : ergò leges , seu regulæ moris superpossident iure suo illum in singulis actibus : ita vt ubi Divina voluntas per legem præcipit , aut prohibet , tenetur facere , aut abstinere ; si vero permittit , potest libere eligere . Si autem Divina voluntas dubia sit , non proinde voluntas creata potest à se eiicere super possessionem certissimam Divinæ voluntatis , quæ semper pro lege viget : & in tali occursu oportet , quod totus homo cum sua possessione cedat super possessioni Divinæ voluntatis , quæ est omnino superior . Hæc ille , part. 2. quæst. 4. artic. 6. numer. 763.

1065 Pro alio principio de ignorantia invincibili de certitudine legis destruendo , sic arguit prefatus Author , artic. 7. num. 180. & 181. Nam ignorantia invincibilis , quæ cauiat involuntarium , & tollit rationem malitia moralis est sola illa , quæ dicitur antecedens ; sed habens opinionem æquè , vel minus probabilem de malitia alicuius obiecti , vel actionis , non habet huiusmodi ignorantiam antecedentem : ergo non habet ignorantiam invincibilem . Minorem , in qua potissimum difficultas invenitur , probat : siquidem , quod de lege prudenter po-

test credi verum , nec prudenter negari potest falsum , non ignoratur invincibilitè ; sed hinc inde disputantibus Doctoribus , quod gravioribus , vel æqualibus fundamentis probatur , potest prudenter credi verum , nec potest prudenter negari , vt falsum ; vt ipsi Probabilistæ passim docent : ergo stantibus opinionibus inter Doctores controversis habentibus æqualia , vel minora fundamenta circa aliquod obiectum , id non ignoratur invincibilitè .

Ecce præcipua totius huius negotii fundamenta . At quæ pro angustia compendialis tractatus styllo brevi respondeo .

1066 Et in primis ad Divinæ Litteræ , P. P. Conciliorum , iuris Canonici , turmam testimoniorum , quæ suppressæ retuli , & à dicto Authore expresse afferuntur , respondeo : quod loquuntur , vel consilium præbendo , hoc est , nobis , quod perfectius est , propounderunt , vt sequamur , quod eligere non tenemur . Vel negativè circa contrarium se habendo , hoc est , non improbando contrarium conscientæ dictamen , vel sequendo , quod securius est .

1067 Ad secundum evertens possessionem voluntatis , vel vt insufficientem excludens , quam habere potest in libertate morali , vt ipse ait , respondeo : quod eo ipso , quod detur ignorantia invincibilis de certitudine legis , de qua ille , vt iam dicam , non videatur agere , nec meminit , non habet voluntas eam regulam moris

Q

pro

principiū secundum id quod habent præcepti negativi: *Vt non velle malum Deo, non perierare, &c.* & ex secunda tabula, *ut non occidere, non furari, non falsum testimonium dicere, &c.* Nam in honorare Deum, & facere malum proximo, clare includitur in prædictis principiis.

1054 De aliis verò, etsi gravioribus, quæ non ita clare ex illis sequuntur, dari potest invincibilis ignorantia, & huiusmodi sunt, non fornicari, non se pollui, non mentiri, &c. Et præcipue in operibus contra talia præcepta non consummatis, & maxime in cogitationibus; refert Dian. 3. part. tractat. 4. resol. 108. de quodam iuvene sèpè voluntariè se polluente usque ad trigesimum suæ etatis annum, quod ignoraverit invincibiliter malitiam pollutionis, usque ad id tempus.

### TERTIA PROPOSITIO.

*NON LICET SEQUI OPINIONEM, vel inter probabiles, probabilissimam.* Damnata.

### EXPLANATIO.

1055 **E**xplicare oportet prius rationem seu fundatum, cui inititur secura practica opinionis probabilis; quod affert doctissimus Moya, tom. 1. selectar. tractat. 1. quæst. 5. §. 3. num. 15. & 19. Et ut apponam, suppono dicta num. 1041. & 1042, pluri-

rum, quod lex est regula exterior nostrarum operationum, cum qua interior, videlicet conscientia conformatur, applicando ad opus.

Insuper suppono, quod sepiissime non constat certe de obligatione ad operandum, vel omittendo operationem, nec de obligatione ab illis. Et hinc est, quod in pluribus locum habeat iudicium opinativum, vel favens legi, vel favens libertati. Si opinio asscrit, quod lex obligat, est pro lege: opinio affirmans, quod non obligat, favet libertati. Et cum mediis opinionibus pro vtraque parte versantibus, ad indagandam veritatem, non perveniat ad certitudinem, manet intellectus, qui alteram, vel vtramque opinionem speculatur, laborans invincibili ignorantia certitudinis. Quibus suppositis.

1056 Duplex proponitur ratio, ob quam licite ad proxim reduci potest opinio, etsi minus probabilis, pro libertate militans.

Prima est, nam quotiescumque homo operatur ex ignorantia invincibili legis, vel præcepti, non peccat, etsi contra illud materialiter agat: ergo si opiniones oppositæ una pro præcepto, altera pro libertate, invincibilem ignorantiam generant de certitudine obligationis præcepti, non peccabit, etsi non obediat; quia nondum sufficienter promulgata est lex, seu præceptum.

Secunda ratio ita se habet: quia in dubio melius est conditio possiden-

dentis: ergo in dubio positivo, nimur quando pro vtraque parte dantur rationes assensum gerantes, possidet voluntas suam libertatem; & consequenter licebit illi operari contra opinionem præcepto, vel legi faventem; ita Moya, quæst. 5. §. 3. num. 15. cum Prado.

1057 Sed inquires: si conscientia practica est dictamen rationis applicans ad operationem, cum securitate, quod hic & nunc operatio licet: quomodo licet operabitur homo ex iudicio tantum probabili, quæ secum affert formidinem, vtrum contrarium sit certum?

Respondeo, quod illud iudicium speculativè probabile non dirigit immediate practicam operationis, sed aliud practicum moraliter certum, sub hoc discursu illatum: *Licetum est opinionem probabilem sequi, hoc est opinio probabilis: ergo licetum est illam sequi.* Consequens istud est prudentia, & dictamen practicum, & moraliter certum. Et ista moralis certitudo includitur in præmissis, quæ moraliter sunt certæ; quia fundantur in ignorantia invincibili, & possessione libertatis, vt dixi num. 1057. vide Moyam, quæst. 6. num. 39. & 40.

Et sic experimur, quod in practica, absque formidine operamur ex opinione probabili, cum tamen speculativè inspecta, formidine de contrario habeamus, quod est signum, quod implicitè saltem sit illud practicum discrusum.

1058 Sed adverte, quod quando opiniones versantur circa valorem rei, modo dicto in explicazione propositionis 1. ab Innocent. XI. damnata, num. 437. non potest sequi opinio minus tuta, si interponitur superior lex, vt est reverentia Sacramentorum in eorum administratione, vel charitas proximi. Quia tunc non valent rationes, num. 1065. & 1066. cum non possideat voluntas, sed lex superior, vt dixi loco citato.

1059 Et ex dictis patet, quod licet conscientia communiter dividatur in Rectam, Erroneam, Dubiam, Probabilem, & Scrupulosam; tamen tres ultimæ non sunt conscientiæ practicæ (vt verius iudico) nam conscientia practica est ultimum dictamen, securè, & absque perplexitate, & formidine peccati imperans practicè, vel operationem, non obstante præcepto negativo, vel omissionem, non obstante præcepto affirmativo. Quod non habet, nec dubium, nec opinio, aut scrupulum, cum requirant alium actum reflexum, vel de deponendo dubio, aut scrupulo, vel de assecurando operationem, aut omissionem licitam.

1060 Sentiendum ergo est, esse licetum sequi opinionem inter probabiles probabilissimam: quia ita declarat Alexand. contrarium damnando.

Ratio est: *quia Deus impossibilitaria non iubet*, ait Tridentin. sess. 6. cap. 13. sed impossibile est iuxta

pro illo opere de obligatione ponendo; sed ad opus de obligatione ponendum requiritur legis certitudo: nam lex incerta, seu incertè publicata, nec obligat, nec est regula moris pro opere de obligatione ponendo: ergò data ea ignorantia, non habet regulam moris voluntas; & consequenter manet in possessione suæ libertatis, non solum physicæ, sed etiam moralis, & sic verificatur de illa, *quod in dubio melior est conditio possidentis*. Et quis neget hoc proloquium, seu regula de voluntate, etiam verificari in ordine ad suos actus morales bonos exercendos, vel omittendos: cum pretiosissimum hoc sit bonum, & dignum possidendi, & quod de illo ius detur naturale morale in ordine ad licite operandum, vel non operandum; & quamvis ea regula instituta fuerit ad iudicandum de iure in rebus commutativæ iustitiae, vtuntur tamen Theologi his terminis ad declarandum ius morale, & naturale, quod voluntas habet ad suos exercendos, vel omittendos morales actus: quamvis ethimologia sumpta sit ex his, quæ iustitiae commutativæ circa res temporales quadrant: in re tamen ratio dictat, quod suo modo voluntati debet convenire respectu suorum bonorum actuum (sicut etiam de lege dicitur habere, cum certè datur, & certè ac legitime est promulgata, suam possessionem) cum sit bonum dignum habendi, & possidendi: sicut in suos actus, etiam morales ha-

bet dominium, & ad minus, quis neget esse probabilissimum hoc proloquium voluntati convenire: cum innumeri viri doctissimi, & hodiè ferè omnes ita fenserint. At aliud proloquium, seu regulam, nimirum, *in dubio tutior pars est eligenda*. Dico, intelligendam esse de dubio rigoroso, negativo, seu practico, vt communiter afferitur, v. g. dubitas practice, an licite agas, vel non in agrum egrediendo, debes non egredi, si dubium non deponas.

1068 Ethi obiicias, vt aliquando obiicit dictus Author: Quod si Princeps opinione probabili ductus aliquid præcipit, tenetur subditus obedire: ergò si probabile est, quod Deus aliquid per suam legem nobis præcipit, tenemur illi obtemperare. Respondeo: admisso casu de Principe, quod hoc argumentum solum probat; quod si Deus capax probabilitatis, seu opinionis esset, & ab opinione ductus aliquid præciperet, tenebamur illi obedire, dum de sua lege, aut præcepto nobis constaret. Vnde argumentum nihil probat: quia supponimus, quod nobis de lege Principis constare debet. Et hic non est litigium de fundamento, quod Iudex habet ad legem faciendam, sed de certitudine, quam de lege debet dari, vt ad illam teneamur.

1069 Ad tertium, quod de impugnatione ignorantiae invincibilis procedit. Dicendum est, quod sicut aliud est certitudo legis, aliud probabilitas legis, ita

aliud est ignorantia invincibilis certitudinis legis, aliud ignorantia invincibilis probabilitatis legis: vnde illa minor argumenti, nimirum: *Sed babens opinionem aequè, vel minus probabilem de malitia alieni obiecti, vel actionis, non habet ignorantiam antecedentem*; distinguenda est: non habet ignorantiam antecedentem certitudinis legis: nego minorem. Non habet ignorantiam antecedentem probabilitatis legis: concedo minorem. Et hæc secunda non sufficit, vt dictum est: quia lex dubia, vel in dubio, an sit promulgata, non sufficit ad obligandum, sed requiritur certitudo legis, seu circumstantiae legis; de qua fertur opinio, & promulgationis illius. Vnde hoc argumentum meo visideri principium petit: quia non agit de ea re, seu circumstantia rei, de qua est ignorantia; & eo ipso, quod de opinione legis arguat ad obligationem legis, relinquit legem in opinione an sit? Sed opinio legis non est certitudo legis, sed potius dubium legis, hoc est, dubium an sit lex: vel an sit sufficienter promulgata lex, quod non sufficit, vt obliget lex: ergò ex hoc argumento nihil probatur, etsi aliquid probat pro nobis est: quia solum probat, quod sit subdubio lex. Et quod quantumcumque rationibus satis desudatis questionum est, an detur lex, vel certitudo legis, aut promulgationis illius nunquam ventum est ad certitudinem legis: quod est proprium ignorantiae invincibilis.

1070 Insurges contra dicta ex nostro prædicto Christophoro, quæst. 4. artic. 2. §. 5. num. 767. & 768. Primò, quia in Tribunal consientia pro iudicando in dubio inter legem Dei, & libertatem voluntatis, Iudex est adhibendus, vt pro aliqua illarum duarum partium sententiam proferat, qui alias nequit esse, quam prudentia humana, cui convenit imperare actus humanos, & vt recte imperaret adiungitur illi Eubulia, que est benè consiliatrix, & synesis, & gnome, quæ partes sunt iudicativa; vt docet Div. Thom. 1. 2. quæst. 57. artic. 6. Nunc sic: Ad hoc prudentiae Tribunal sistitur lex, & sistitur humana voluntas. Lex pro se clamat in statu materiae controversæ contra humanam voluntatem: quod voluntati incumbuit probare, quod permittitur illi non stare legi, dum dubitatur, an sit præceptiva: Nam Deus, cuius est lex, possidet creatam voluntatem, & sine illius directione nihil bene facere potest. Quid ergò consiliabitur Eubulia, quid iudicabit synesis, quid determinabit prudentia in ordine ad bonum finem virtutum? Nec videtur excogitabile, quod in tali Tribunal vincat libertas creata: quæ solum pro se allegat possessionem libertatis.

1071 Secundò urgentius insurget, num. 773. Nam verba regulæ, & canonum: ex quibus defumpta est, sunt huiusmodi: *In pari delicto, vel causa melior est conditio possidentis*. Sed stantibus

pro lege fundamentis efficacioribus, & minus efficacibus pro voluntate causa non est par, vt ex se constat: ergo melior est conditio legis: & consequenter est contra ipsam regulam in hoc casu applicare libertati privilegium possessionis.

1072 Et confirmat hoc modo: Nam Probabilitæ, contra quos agimas, afferunt hanc regulam habere locum in materia iustitiae, etiam in foro interno: cum hic externum non funderetur in falsa præsumptione, vt docent cum Sanchez, tom. I. Summ. lib. I. cap. 10. num. 11. qui plures allegant: Et ex hoc colligunt, quod eodem modo regula habet locum in materia aliarum virtutum, etiam in conscientia foro; sed est certum, quod si pro una parte ad sunt urgentiora fundamenta, posterior est huius partis conditio in foro externo, & in eius favorem debet iudex ferre sententiam: nec favet possessio alteri parti: ergo contra ipsam regulam est applicare favorem possessionis libertati; quando pro lege sunt urgentiora motiva. Hæc ille, & per eius verba.

1073 Respondeo ad primum, quod Deus possidet voluntatem creatam, vt prima omnium rerum causa, conservando illam, & cum illa ad suos actus, etiam liberos concurrendo, vt Legislator autem: si respectu iuris naturæ, non solum tribuit naturalia præcepta, sed ea illi intimavit, & promulgavit per illud signatum eft super nos

lumen vultus tui Domine. Hoc est, naturale lumen rationali creature infusum, vt cognoscatur, quod malum est fugiendum, & bonum faciendum. Et quod tibi non vis, alteri ne feceris. Ex quibus præcepta naturalia in ordine ad Deum, & proximum facile cognoscimus, & vt certissima habemus. Aliqua tamen, et si naturalia præcepta, non ita clare ex prædictis principiis deducuntur, vt ad minus est sextum Decalogi Præceptum, nimirum, non meæaberis, & de illo invincibilis ignorantia dari potest, vt de facto accidit, & ita refert Dian.

1074 De quodam iuvene, qui usque ad trigesimum annum polluebatur voluntariè, ignorans invincibiliter pollutionem voluntariam moraliter malam esse. Et idem sentit cum aliis de fornicatione, 9. part. tract. 9. resol. 59. Et undeque proveniat invincibilis ignorantia, quæ vere talis sit, et si in præceptis, & obligacionibus iuris naturalis excusat à lege.

Etsi aliquando in iuribus, quæ in naturali iure fundantur, dubium oriatur; & facta sufficienti, & prudenti diligentia, & examine, vinci non valeat, generatur inde invincibilis ignorantia. Etsi inter duas partes litigium versetur, tribuendum est parti fortius suum ius probanti.

1075 Alia sunt præcepta, quæ non iure naturæ, sed positivè addita à Deo, vel homine naturæ rationali ad bonum regimen ipsius;

&amp;

& subiectionem ad superiores pro bono, etiam communis fomentando, & conservando; pro quibus non sufficit lumen naturale, vt ea sciamus, & vt intimata, & promulgata habeamus; sed potius ex iure naturæ ortum est, quod dum illa non sunt nobis sufficienter promulgata, & intimata non obligent; & idem dic quando dubium datur de aliqua lege iuris naturæ, an in aliqua circumstantia obliget? Sed quando dubium est de certitudine legis, vel an in aliqua circumstantia obliget, non est sufficienter intimata, & promulgata nobis, sed potius de certitudine illius ignorantiam habemus, & non utcumque, sed invincibilem, si post factam sufficientem indagationem pro acquirenda eius certitudine, vt fit per opinantes, vinci non potuit, nec potest. Quid ergo Eubulia prudentiæ consilabitur? Quid synesis, & gnome iudicabunt, sive per principia universalia, sive particularia, cum rectissimæ sint, & à naturali lumine rectæ? Quid imperabit ex illis prudentia ex intellectu, qui ab assensu probabili ducitur, & qui reflexione supra se facta, probabile, non erroneæ, sed ratione sufficienter apparente iudicat, & voluntate ex illo ducta, quæ excusari vult à lege, si licetè potest? Quid ergo imperabit, nolente voluntate stare pro lege, si non tenet lex? Fac, vel non fac, iuxta assensum probabilem (id est fac, si illa dubia lex est negativa; vel non fac, si positiva) quia ducitur

ex reflexione intellectus, quod talis lex, vel in tali circumstantia illius non obligat. Est ne contra prudentiam, quod imperet, vt non obligatorium, quod intellectus reflexione facta de suo assensu, iudicat esse licitum omittere? Et non invincibiliter erroneous, ut potè apparenti ratione, inclinatus, & ex illa assensum directum, & reflexum eliciens, quod lex in ea circumstantia non obligat ex invincibili ignorantia certitudinis legis ductus? Imperet ergo omissionem legis, si illam voluntas vult. Aliud namque erit, si ille, qui vere iudicat opinionem minus tutam, minusque probabilem, vere tamen probabilem, voluerit ex consilio, & affectu ad melius, quod tutius est facere. Quod laudabile erit; & hoc, & non amplius, probat huius moderni argumentum.

1076 Pro responsione secundi argumenti suppono, quod iustitia commutativa distinguitur contra legalem in eo, quod ad exercitium commutativæ requiruntur duas partes, præter Legislatorem, & iudicem, inter quas ordinat Legislator, quod iudex aequales faciat in iure, vel reddendo cuique ius suum, vel auferendo ab una id, in quo, vel ad quid ius non habet, & reddendo, vel tradendo illud parti, quæ habet ius. Ad quod requiritur, quod cum inter duas partes litigium datur circa aliquam rem, perpendiculariter iudice iuridice, & legitimè fundamenta utriusque partis, testimonia, scilicet, & scripturas, aut

Q3 alias

nem, quod non detur. Et quamvis repetitis, & multiplicatis rationibus certitudo indagata fuerit, non potuit certo probari esse pro ea circumstantia legem: ergo sub dubio manet, an detur lex, & consequenter ignorantiam invincibilem habeo certitudinis legis; ac proinde ad eam legem, vel in se, vel in tali circumstantia, sive temporis, sive loci, sive personae, iuxta quam fuerit opinio, non obligor: nam vt obliget lex, debet certo constare, quod detur, & quod promulgata sit. Et licet cum de ea dubito, & de eius promulgatione sim obligatus diligentiā adhibere pro acquirenda certitudine de illa; si facta diligentia, & examine, vt sit per opiniones hinc, & inde, non potuit certitudo acquiri, manet invincibilis ignorantia de illius certitudine; & consequenter ea laborans, ad legem non tenetur.

1082 Nunc ergo: si Iudex humanus, vt iustitia se conformet, & quia iustitia ita exigit, non potest in foro exteriori plectere hominem vt fractorem legis, si pro se habet opinionem, et si minus probabilem, quod non fuit transgressor legis? Non ne Deus iustior est, & iustissimus est, & conscientia nostra rectissima est: Quomodo ergo damnabit, vt fractorem legis hominem, qui pro se opinionem, et si minus probabile, bene fundatam habet, excusans cum à transgressione legis?

1083 Instabis, & non leviter: nam reus, et si opinionem pro se

habeat, si tamen contra ipsum datur aquæ, vel maioris probabilitatis opinio, licet non mereatur ordinariam poenam, puniendus tamen est poena extraordinaria, & sic reus legis iudicatur: ergo licet omittens legem ex opinione benigna, non sit æquali cum omissione illius legis poena castigandus, tamen effugere non valet absolute iudicium vindicativum effractionis aliquo modo legis.

Contra: nam quando reus poena extraordinaria iuxta iudicium iustum punitur, ideo est, quia ad probationem, seu opinionem, quæ contra ipsum militat, nec probabiliter respondet: sit exemplum, iudicatur reus de furto ab eo facto, datur unus tantum de visu testis. Hæc est semiplena probatio: Pro hac ergo non potest reus poena ordinaria plesti, et si demus, posse extraordinaria. Si vero contra eam semiplenam probationem, quæ vt talis iudicabatur, arguit reus, et si minus probabilitè, quod nullo modo sit probatio, sive defectus testi imponendo, sive alio modo, non potest Iudex ad minus iuxta probabilissimam opinionem vindicari de reo, sed liberum dimittere debet; videatur N. Petrus Angelis in Ordine iudicario, part. 1. cap. 21. §. 4. num. 65. & Villalob. tom. 1. tract. 1. disp. 15. & tom. 5. tract. 16. diffic. 6. num. 3. In nostro ergo casu omittens legem ex opinione, et si minus probabili, opponitur directè accusationi, vt ita dicam, seu probationi contraria factam, &

pro-

probat, se non fregisse legem, & rationabilitè respondet Iudici conscientiae, quæ illi se opponit: ergo potiori iure debet iste sic omittens iudicari non delinquere in legem: Dixi, potiori iure: nam reus in foro externo sufficit, vt absolvatur, & non iudicetur vt fractore legis, quod nihil contra ipsum probetur. Omittens autem legem ex opinioni probabili possitive probat rationibus non esse reum legis, nec contra ipsam egisse. Et concludo hanc solutio- nem ponderando, quod si ita lente, & pedetentim in foro exte- riori agitur in iudicando de fra- ctione legis, licet forus ille com- mune recipiat bonum, & ne delicta impunita maneant, vt ab illis patrandis arceantur homines, & scandala vitentur. Cur forus conscientiae, qui solum attendit ad licitum actionis rigidior erit, vt hæc eadem pro operante ex conscientia non valebunt?

1084 Sit iam responsio, iæ- sta præcedenti doctrina, ad im- pugnationem primo factam de iu- stitia commutativa, quæ inter Le- gislatorem, seu legem, & subdi- tum omittentem ex benigna opini- one, defendantem, seu exigente quolibet ius suum, videtur dari. Dico ergo, iuxta id, quod casus controversæ petit, quod quando duas partes pro iure suo coram Iu- dice litigant, ita esse, quod illa, quæ pro se fortiores allegat ratio- nes, et si litigium de re, vel de fa- cto fuerit, validiora testimonia, vel per scripturas, vel testimoniū depo-

sitionem, pro ea debet Iudex dicere ius. Nunc ergo nostrum insti- tutum de iure ad operandum ex recta conscientia est, vbi rationes maximè prævalent. Et resolutio est, quod subditus ex opinione mi- nus probabili omittens legem, forti- ores, ac vivaciores rationes ha- ber, vt probet, licet in eo casu omississe legem.

1085 Et vt probem, adver- tas, necesse est, quod opinio pro- babilior pro lege, & minus pro- babilis pro libertate duplicitè con- siderari posse, vel directè inter se collatae, vel reflexè respectu subie- ctū, vel quasi subiectū, cui favent. Collatis inter se, superat proba- bilior minus probabili: in ordine autem ad subiectū, fundat quælibet ius, quod à qualibet parte prætenditur in lege, vt à subdito observetur, & in libertate, vt ab adimpletione illius excusat.

Videamus nunc, quod est ius fortius, seu validioribus fundatum rationibus, vel ius, quod tribuit voluntati opinio minus probabili, seu benigna, vel ius, quod tribuit legi opinio probabilior. Quælibet pars suas proponat ra- tiones. Voluntas, seu libertas al- legat primò, quod dummodo il- li non promulgetur certo lex, non tenetur ad eam; sed cum qualibet opinione, sive probabiliori, sive benigna, non certè illi promulga- tur lex: cum intellectus in tali ca- su invincibili laborat ignorantia de certitudine legis: nam opponi- tur opinio, quæ vero est opinio cum certitudine, & vbi venit cer-

## 246. Propositiones damnatae ab Alexand. VIII.

alias circumstantias; & parti, quæ probabiliorem habet in probando opinionem tribuat ex obligatione rem, circa quam litigium motum est; iuxta damnationem propositionis secundæ ex sexaginta quinque ab Innocentio XI. damnatis; quia eo ipso illa pars ius haberet alias non servaret æquitatem, seu æqualitatem iustitiae. Si autem æquè probent, attendendum est parti bona fide possidenti, quia ista excedit: siquidem possessio bona fide magni ponderis est; & hic venit regula in pari causa melior est conditio possidentis.

1077 Iustitia vero legalis non est partis ad partem, quia hoc est proprium iustitiae commutativæ; sed est iustitia partium ad totum, nam per hanc iustitiam quælibet pars dicit habitudinem ad bonum commune, conservando illud per observationem legum; & ut ait Div. Thom. 22. quæst. 58. artic. 6. in corpore. & quæst. 60. art. 1. ad 4. principiis, & quasi architectonicae est in Principe, & secundario, & quasi ministrativa est in subditis. Vnde Princeps fert legem, & subditi tenentur ei obediere. Et Princeps tenetur zelare observantiam legum ad conservandum bonum commune, & punire transgressores; & subditi observare eas ob idem bonum; & tunc haec iustitia observatur, quando data legitime lege, subditi obediunt; & tunc deficit haec iustitia, ex parte subditi, quando subditi non obedit legi: & tunc ex parte Principis, quando Princeps sub-

ditum deficientem non castigat. Et tunc subditus non frangit legem, quando Princeps non habet ius subditi infligendi poenam.

1078 Respondeo ergo ad argumentum, quod ista controversia Probabilioristarum contra Probabilistas, propriè est de materia iustitiae legalis: nam agit de observatione legis, vel excusatione ab illa: ergo attenditur inter ius Principis legem ferentis, & ius subditi ab illa se excusantis: ergo quando Princeps subditi puniendi non habet ius ob omissionem adimpletionis legis, subditus non fregit legem; sed cum subditi non adimplevit, vel omisit legem, ductus ex opinione minus tutâ, minusque probabili, non habet Princeps ius puniendi subditi ob omissionem legis: ergo in eo casti subditi omittens legem, non fregit legem.

Hæc minor, in qua videtur esse difficultas, probatur: quia subditi iudicandus ob omissionem legis, se habet, ut delinquens, ac reus; sed reus, qui pro se habet opinionem minus probabilem, & minus tutam, favendus est, ut ex regulis iuris, & communis sententia habetur: ergo subditi iudicandus ob omissionem legis, si habet pro se opinionem, et si minus probabilem, minusque tutam, favendus est: ac proinde non iudicandus est, quod fregit legem, nec a iudice damnandus.

1079 Sed contra solutionem insurges; & primo contra primum dicta, nimirum, quod inter Princi-

## 111. tunc Propositione tertia.

247

cipem, & subditi non datur iustitia commutativa: nam etsi verum sit, quod ferre legem subditis, & eam ab illis observari, sit munus iustitiae legalis, tamen puniendo transgressores, exercet iustitiam commutativam: nam iustitia vindicativa pars est iustitiae commutativæ; siquidem oculum pro oculo, dentem pro dente. Deinde, quod pro nostro instituto est, si Princeps conqueratur de subditis, quod suam non observant legem. Et subditi ex alia parte afferant se obligatos non esse ad illam; si litigium ad superiorum, si datur, deferant, iudicium, seu sententia huius superioris circa hoc ad iustitiam commutativam attinet. Nam quælibet harum duarum partium, querit suum ius: ergo iudex earum proferre debet sententiam pro parte probabiliorum opinionem habente: ergo si Princeps, seu lex pro se habet probabiliorum allegationem, pro ea sententiam dicere debet. Et hic est casus controversia.

1080 Contra secundum pro subdito omittente legem: quia reus, vel quasi reus, nihil probat. Nam discursus ille solum est pro exteriori foro; vtpotè, quia tunc non constat clare de veritate: cum reus pro se opinionem, etiam minus tutam, & securam habet; forus autem, de quo loquimur, est forus conscientiae, in quo omnia, quæ in conscientia latent nobis, Deo manifesta sunt; at reum in foro externo, saepè absolutum videmus: cum vere reus sit, ob de-

factum probationis sufficientis ad vindictam. Vnde ea solutio nihil ad rem.

1081 Respondeo ad hoc secundum prius, ut facilius primo pateat solutio. Dico ergo, solutionem daram, sufficientem, immo genuinam, & adæquatam esse. Ideo namque reus damnari, nec plecti debet, cum pro se opinionem, etsi minus probabilem habet: quia non constat ipsum fregisse legem; sed in foro conscientiae, & coram Deo non constat omittentem ex opinione in tali circumstantia legem, ipsum fregisse legem: immo probabilitè afferitur illam non fregisse: ergo si cut in foro externo reus non probatur reus, dum pro se opinionem, etsi minus probabilem habet: sic nec omittens ex opinione, etsi minus probabili in tali circumstantia legem, non erit talis legis reus, & consequenter, nec fregit legem.

Minorem, in qua potior est difficultas, probatur: nam si Deus, seu lex per conscientiam arguit contra omittentem in tali circumstantia legem: responderet, quod lex illi non obligat, cum ignorantia invincibili certitudinis legis; sed de certitudine huius legis in tali circumstantia habuit invincibilem ignorantiam; cum probabile in se, & illi sit, non dari pro ea circumstantia legem: nam licet contraria opinio probet, & probabilius esse in ea circumstantia legem, non exiit à linea probabilitatis, nec destruit meam opinio-

Q4

nem,

titudo, definit opinio. Secundò allegat, quod omittens legem, seu censuratus de omissione legis, est quasi reus; sed reo, ut iam explicatum est, favet opinio minus probabilis, ut non iudicetur fractio legis: ergo omittens ex opinione probabili, non iudicatur fractio legis. Hæc sunt præcipua pro voluntate.

1086. Opponitur lex, & allegat pro se primo: nam eo ipso, quod opinio probabilior de eo, quod voluntas obligatur quantum circumstantia, ad legem impletandam, sit pro lege fortius; ius fundat in lege, ut adimpleatur lex: nam opinio fundat, seu declarat ius, quod lex habet: ergo si hæc probabilior est, validiorem habet pro se rationem: ac proinde ius fortius, ut pro ea sententia profertur. Secundò allegat: nam opinio pro se stans, probat, seu intendit probare legem, etiam pro casu controversie esse sufficienter promulgatam, seu certè promulgatam: ergo si hoc est probabilius, probabilius erit intellectum non laborare invincibili ignorantia. Sic nunc: præcipuum fundimentum opinionis benignæ, ut si uim fundet fortius ius, est ignorantia invincibilis certitudinis legis: sed probabilius, ut à contraria parte in puncto controversie supponi debet, est, quod intellectus non laborat invincibili ignorantia de certitudine legis: ergo non opinio contraria, sed nostra fundat, vel tribuit fortius ius; & hoc ius fortioribus rationibus, &

fundamentis fulcitur, ut pro ipsa iudicium, seu sententia detur.

Hæc sunt allegata pro viraque parte; sed quia lex in suo allegato insurgit contra libertatem, & istius fundamenta decipere conatur, cogitur ad ea respondere, ut clarissimum eorum efficacia appareat.

1087. Ad primum ergo legis allegatum respondeat libertas: Distinguendo maiorem, si probabilior opinio non tollat effectum ius praebentem alteri, negatur: si tollat, conceditur. Vel alio modo: si in altera parte, nimis, libertate causet substantialiter eundem effectum, seu ius, minus probabilis opinio, ac causaret probabilior, negatur. Si non causaret, conceditur.

Explicantur distinctiones. Efectus, quem causat opinio probabilis pro libertate voluntatis praebens illi ius, ut pro se sit ad faciendum quod voluerit, est ignorantia invincibilis in intellectu de certitudine legis; sed opinio, sive probabilior, sive benigna causat in intellectu ignorantiam invincibilem certitudinis legis: ergo opinio probabilis, sive probabilior, sive benigna causat pro voluntate idem ius ad faciendum quod voluerit. Nam eo ipso, quod libertas habeat opinionem probabilem, non potest opinio probabilior ex toto tollere dubitationem de certitudine legis; cum sola certitudo legis destruens omnem opinionem contrariam afferat dubitationem certitudinis legis: sed quotiescumque detur dubi-

bitatio certitudinis legis, non obligat lex: ergo eo ipso, quod libertas habeat opinionem probabilem pro se, non obligat illi lex: nam habet intellectus illā dirigen<sup>ti</sup>s invincibilem ignorantiam de certitudine legis. Ut in sequenti solutione ad secundam allegationem clarius patet.

1088. Ad secundam allegationem pro lege respondeo: concedendo, seu admittendo antecedens, & consequentiam, & ad sequentem argumentationem concedo maiorem, & nego minorem: nam licet in consideratione directa opinionis pro lege, & opinionis pro libertate, ut probabilior opinio afferens, obligare legem: atramen facta reflexione ad effectum ab viraque opinione causatum, probabilius est, ne dicam certum, dari in intellectu invincibilem ignorantiam, ex qua oriatur in voluntate possessio sue libertatis; cum enim ex opinione non auferatur dubium de certitudine legis, non potest intellectus esse certus de lege; sed sic est, quod requiritur certitudo legis, & non sufficit probabilitas, seu dubium certitudinis legis, ut obliget illi: ergo non sufficit dubium de certitudine legis, ut obliget lex. Vnde aliud est probabilitas de iure, quod opinio fundat; aliud probabilitas opinientium pro lege; & pro libertate inter se collatarum. Et cum opinio pro libertate idem ius substantiale causet, sive sit æqua, sive minus, sive magis probabilis, nam in quacumque harum

manet sub dubio; quomodo cum dubio certitudinis legis erit obligata ad legem. Cum in intellectu sit ignorantia invincibilis certitudinis legis: & ut uno concludam verbo, est idem, ac dicere, quod ut lex pro se ius fundet ad obligandum, non sufficit illi opinio, sed requirit certitudinem.

1089. Vnde habes, quod bene pœnisa illa duo principia; invincibilis ignorantia certitudinis legis, & possessio libertatis, quæ ex ignorantia oritur, fundant ius securum ad practice sequendam opinionem, etiam minus probabilem (dummodo non tenuis probabilitatis) alias quot scrupulis, & anxietatibus plures timidæ resolutionis augerentur; cum si securitatem non sequantur: opinionem, ferè omnes aditus illis procluissentur; cum difficultatum sit iudicare, quas probabiliores sint pro libertate opiniones. Et qui opinionem speculatur, & illi placet, illam probabilem iudicat; & quilibet probabilem suam reputat opinionem. Et quamvis reflexionem inter opiniones faciat Theologus, seu Theologizans, sicut illarum, ratione illi plus arridente, adheret (& quid dicam, si passione; vel intellectus duritate, aut tenacitate dicitur) pro illa, ut probabilem in consiliando, suffragium præbebit.

1090. Excipi (ut supra dixi) debent opiniones versantes circa valorem rei, vel effectum periculorum proximo: nam tunc opiniones minus tute, etiamsi probabi-

titudo, definit opinio. Secundò allegat, quod omittens legem, seu censuratus de omissione legis, est quasi reus; sed reo, ut iam explicatum est, favet opinio minus probabilis, ut non iudicetur fractio legis: ergo omittens ex opinione probabili, non iudicatur fractio legis. Hæc sunt præcipua pro voluntate.

1086. Opponitur lex, & allegat pro se primo: nam eo ipso, quod opinio probabilior de eo, quod voluntas obligatur quantum circumstantia, ad legem impletandam, sit pro lege fortius; ius fundat in lege, ut adimpleatur lex: nam opinio fundat, seu declarat ius, quod lex habet: ergo si hæc probabilior est, validiorem habet pro se rationem: ac proinde ius fortius, ut pro ea sententia profertur. Secundò allegat: nam opinio pro se stans, probat, seu intendit probare legem, etiam pro casu controversie esse sufficienter promulgatam, seu certè promulgatam: ergo si hoc est probabilius, probabilius erit intellectum non laborare invincibili ignorantia. Sic nunc: præcipuum fundimentum opinionis benignæ, ut si uim fundet fortius ius, est ignorantia invincibilis certitudinis legis: sed probabilius, ut à contraria parte in puncto controversie supponi debet, est, quod intellectus non laborat invincibili ignorantia de certitudine legis: ergo non opinio contraria, sed nostra fundat, vel tribuit fortius ius; & hoc ius fortioribus rationibus, &

fundamentis fulcitur, ut pro ipsa iudicium, seu sententia detur.

Hæc sunt allegata pro viraque parte; sed quia lex in suo allegato insurgit contra libertatem, & istius fundamenta decipere conatur, cogitur ad ea respondere, ut clarissimum eorum efficacia appareat.

1087. Ad primum ergo legis allegatum respondeat libertas: Distinguendo maiorem, si probabilior opinio non tollat effectum ius praebentem alteri, negatur: si tollat, conceditur. Vel alio modo: si in altera parte, nimis, libertate causet substantialiter eundem effectum, seu ius, minus probabilis opinio, ac causaret probabilior, negatur. Si non causaret, conceditur.

Explicantur distinctiones. Efectus, quem causat opinio probabilis pro libertate voluntatis praebens illi ius, ut pro se sit ad faciendum quod voluerit, est ignorantia invincibilis in intellectu de certitudine legis; sed opinio, sive probabilior, sive benigna causat in intellectu ignorantiam invincibilem certitudinis legis: ergo opinio probabilis, sive probabilior, sive benigna causat pro voluntate idem ius ad faciendum quod voluerit. Nam eo ipso, quod libertas habeat opinionem probabilem, non potest opinio probabilior ex toto tollere dubitationem de certitudine legis; cum sola certitudo legis destruens omnem opinionem contrariam afferat dubitationem certitudinis legis: sed quotiescumque detur dubi-

bitatio certitudinis legis, non obligat lex: ergo eo ipso, quod libertas habeat opinionem probabilem pro se, non obligat illi lex: nam habet intellectus illā dirigen<sup>ti</sup>s invincibilem ignorantiam de certitudine legis. Ut in sequenti solutione ad secundam allegationem clarius patet.

1088. Ad secundam allegationem pro lege respondeo: concedendo, seu admittendo antecedens, & consequentiam, & ad sequentem argumentationem concedo maiorem, & nego minorem: nam licet in consideratione directa opinionis pro lege, & opinionis pro libertate, ut probabilior opinio afferens, obligare legem: atramen facta reflexione ad effectum ab viraque opinione causatum, probabilius est, ne dicam certum, dari in intellectu invincibilem ignorantiam, ex qua oriatur in voluntate possessio sue libertatis; cum enim ex opinione non auferatur dubium de certitudine legis, non potest intellectus esse certus de lege; sed sic est, quod requiritur certitudo legis, & non sufficit probabilitas, seu dubium certitudinis legis, ut obliget illi: ergo non sufficit dubium de certitudine legis, ut obliget lex. Vnde aliud est probabilitas de iure, quod opinio fundat; aliud probabilitas opinientium pro lege; & pro libertate inter se collatarum. Et cum opinio pro libertate idem ius substantiale causet, sive sit æqua, sive minus, sive magis probabilis, nam in quacumque harum

manet sub dubio; quomodo cum dubio certitudinis legis erit obligata ad legem. Cum in intellectu sit ignorantia invincibilis certitudinis legis: & ut uno concludam verbo, est idem, ac dicere, quod ut lex pro se ius fundet ad obligandum, non sufficit illi opinio, sed requirit certitudinem.

1089. Vnde habes, quod bene pœnisa illa duo principia; invincibilis ignorantia certitudinis legis, & possessio libertatis, quæ ex ignorantia oritur, fundant ius securum ad practice sequendam opinionem, etiam minus probabilem (dummodo non tenuis probabilitatis) alias quot scrupulis, & anxietatibus plures timidæ resolutionis augerentur; cum si securitem non sequantur opinionem, ferè omnes aditus illis proclucentur; cum difficultatum sit iudicare, quas probabiliores sint pro libertate opiniones. Et qui opinionem speculatur, & illi placet, illam probabiliterem iudicat; & quilibet probabiliterem suam reputat opinionem. Et quamvis reflexionem inter opiniones faciat Theologus, seu Theologizans, sicut illarum, ratione illi plus arridente, adharet (& quid dicam, si passione; vel intellectus duritate, aut tenacitate dicitur) pro illa, ut probabiliterem in consiliando, suffragium præbebit.

1090. Excipi (ut supra dixi) debent opiniones versantes circa valorem rei, vel effectum periculorum proximo: nam tunc opiniones minus tute, etiamsi probabi-

cus, cap. 14. num. 24. quæ quidem verba simul sumpta, sunt hæc:  
*Hic est sanguis meus, qui pro vobis, & pro multis effundetur; sed Christus Dominus non ait: Pro omnibus: ergo iuxta hunc textum in hac parte ita præcipuum, videtur, non pro omnibus mori.*

Respondeo 1. Quod hoc argumentum est negativum; & ita nihil probat: Cum expressi dentur alii textus, vt relatum est numer. 1093.

Respondeo 2. Quod licet pro omnibus sit effusus Christi sanguis quoad sufficientiam: tamen quoad efficaciam, solum pro electis, seu prædestinatis effusus fuit: nam Christus posuit sufficientiam, & Spiritus Sanctus dat efficaciam, media perseverantia finali in gratia; & de hac 2. loquitur Christus hic, ait Lira.

Respondeo 3. Quod Ly, pro multis, idem est, ac pro omnibus, vnde Menochius apud Bibliam maximam ita explicat: *Pro multis, id est, pro omnibus, qui multi sunt.*

#### QVINTA PROPOSITIO.

PAGANI, IVDEI, HÆRETICI, sicutque buius generis, nullum omnino accipiunt à Iesu Christo influxum, adeoque hinc rectè inferre, in illis esse voluntatem nudam, & inerme, sine omni gratia sufficienti. Damnata.

#### EXPLANATIO.

1094 Supponendum primo, quod Infideles, vt eliciant aliquos virtutum mora-

lium purè naturalium actus, non indigent hac sufficienti gratia per Christum, id est, supernaturali, sed sufficienti illis auxilia iuxta exigentiam naturæ, vt communis fert sententia, iuxta illud Paul. ad Roman. 2. *Gentes, quæ legem non habent, naturaliter, ea quæ legis sunt faciunt; de quo dicam à numer.* 1119. vide Salmantic. tom. 5. de gratia, tractat. 14. disput. 2. dub. 2. à num. 24.

1095 2. Supponendum, quod præcipua ad intentum gratiæ supernaturalis divisio est in habitualē & actualē. Habitualis est gratia sanctificans, & gratum Deo faciens, Dei Filium, & hæredem gloriæ. Actualis multipliciter dividitur; celebrior autem divisio est in efficacem, & sufficientem. Efficax est, qua posita, infallibiliter sequetur actus; sufficiens vero, quæ dat posse ad actus supernaturales; & requiritur præcipue in peccatoribus, gratia habituali, & virtutibus infuis carentibus; etsi plures Theologi, etiam pro iustis ad actum supernaturalem requirunt eam; vide Gonet, disput. 4. de volunt. Dei, artic. 5. num. 153. & Salmant. tom. 5. tract. 14. q. 109. disp. 3. dub. 10. §. 2. & 3.

Quæ quidem auxilia sufficientia, physica, intrinseca, consistunt in quadam motione fluida, tam in intellectu illum elevante, respetu prima operationis, quam etiam in voluntate, pro quo vide Salmant. tom. 5. de grat. tract. 14. disput. 5. dub. 3. num. 50. & dub. 4. num. 20.

1096 3. Supponendum, hæc auxilia alia esse sufficientia remota, alia sufficientia proximè; ista habent vim immediatam ad actus perfectiores, quibus homo ad iustificationem disponitur: illa sunt principium immediatum operum supernaturalium imperfectorum, quos si homo elicit, disponitur ad ulteriora auxilia accipienda. Et supponimus, quod proximè sufficientia, non omnes recipiunt, quia non omnes habent explicitam mysteriorum fidei propositionem ad credendum, vt ait Div. Thom. 2. 2. quæst. 10. artic. 1. & tradunt Salmant. disp. 6. num. 41. & 59. & huiusmodi sunt Infideles negativè, de quibus vide num. 1119.

1097 4. Supponendum, quod auxilium dupliciter dici potest sufficiens, adæquate, & inadæquate; sumptum adæquate, dicit omnia comprincipia, nempe & virtutem physicam elevativam potentiae, de qua dixi num. 1079. in fine, & auxilium, quasi morale, consistens in obiecti propositione: inadæquate vero sumptum, alterum eorum tantum importat. Et certum est, non omnes Infideles accipere adæquatum auxilium sufficiens, vt dixi num. præced.

1098 5. Supponendum, quod etiam in opinione afferente dari in omnibus, & singulis hominibus adultis auxilia sufficientia, non est ita intelligendum, quod omnibus momentis, & temporibus eis prebeat, sed per respectum ad occasiones, in quibus urget necessitas Divini auxiliū; & cum hoc

etiam componitur, quod peccatoribus obduratis rarius, quam aliis peccatoribus, hæc auxilia de facto dentur, & ipsi accipient; ita Salmantic. disp. 6. n. 102. & 103. & à num. 104.

1100 6. Supponendum, quod verbum dare duplicitè usurpatur, uno modo prout est idem ac offerre, alio modo prout idem importat, ac re ipsa conferre, & est correlativum ad recipere.

1101 7. Supponendum, quod Pagani intelliguntur, qui fidem nullo modo receperunt: Iudei, qui illam solum in figura habuerunt: Hæretici autem, qui medio Baptismo fidem in re suscepserunt, & aliquam, vel alias illius veritates cum pertinacia negant, qui eo ipso absolute Theologica fide carent.

1102 Sentiendum ergo est, quod Pagani, Iudei, Hæretici, & alii huius generis, aliquem ex meritis Christi influxum aliquo modo accipiunt, & non esse eorum voluntatem inermem, sed aliqua gratia sufficienti muniri: quia ita declarat Alexand.

Probatur 1. Scripturæ testimoniis, tūm actorum 7. vbi Iudeis per Stephanum dicitur: *Vos semper Spiritui Sancto resistitis;* vbi non solum intelligi debet de Spiritu Sancto exterius per Prophetas admonentes, sed etiam interius per gratiam vocante, ait D. Thom. lect. 5. in epist. ad Thesalon. cap. 5.

Tūm in Proverbiis: *Vocavi, & renasisti.* Tūm ex Psalm. 94. *Hodie, si vocem eius audieritis, nolite ob-*

liores sequendae non sunt, eo quod in eo casu non possidet libertas, sed lex superior, quæ interponetur, v. g. reverentia Sacramentorum in eorum administratione: de quo supra in explanatione 1. propositionis ab Innocent. XI. damnata, vel charitas proximi in applicatione medicinae periculosæ, aut iactione sagittæ sub dubio, an sit homo, aut fera, in quam iacienda est; etiam si probabilitas sit, quod est fera: nam charitas clare præcipit non esse faciendum, quod præfert periculum damni proximi: præterquam quod in his casibus difficile est, non dari dubium practicum, an damnetur ex illa actione proximus? Sed in dubio practico tertia pars, vt omnes docent, est eligenda: ergo in his casibus tertia pars est eligenda. Et nec probabilitas minus tutæ sequenda est. Dixi sequendæ non sunt: nam si opinio est de valore actus, etiam ad præsumtendum redacta est; valor actus favendus est, opinione probabili pro eo data.

Cæterum in casu nostræ controversiæ attenditur solum ad licitam practicam operationis iuxta regulam, vel regulas illius, quæ sunt lex, & conscientia; & lex conscientiam dirigit, & conscientia legi conformatur, dum est certa lex. Alias non obligat: & cum vt iam dictum est, non est certa lex, dum opinio, vel dubium de lege est: in eo casu conscientia non tenetur conformari legi: dum modò non superveniat alia lex

charitatis, scilicet, aut reverentiae Sacramentorum, verans pro tali casu, ut potè periculo, opiniione probabili vti. 1091 Nec refert, si cum N. Iuniore, num. 769, cum num. 780: dicatur, quod in nostro casu est periculum transgrediendi legem: & certè (ait) negare potest nemo, stare legem naturalē, atque Di vine iure stabilitam declinandi periculum peccandi, ubique inveniatur iuxta illud Eccles. 3. Qui amat periculum, peribit in illos sed eo ipso, quod sit dubium de aliqua lege, an extendatur ad hunc, vel illum casum, datur huiusmodi periculum: ergo licet per illam specialem legem, non limitaretur libertas humana, & eius possessio moralis, limitatur tamen per legem universalem.

Respondeo concedendo maiorem, & distinguendo minorem. Si dubium est speculativum, nego minorem. Si dubium est practicum, concedo minorem. Itaque equivocatio, seu fallacia illius minoris consistit in eo, quod confundit dubium speculativum opinionis, cum dubio pratico ad operandum ex ea. Vel vt melius dicam, facit dubium practicum, quod tantum est speculativum. Vnde distinguere debemus inter utrumque in opinionibus. Dum ergo versantur opiniores, an hoc sit licitum, v. g. an sexagenarii obligentur ieiunio Ecclesiæ? Et una negat, altera affirmat. Totum hoc dubium speculativum est, & dubium manet: nam esti

aliam

alia neget; est tamen cum formidine alterius partis. At verò cum hæc benigna opinio ad practicam deduci vult: reflectitur discursus, ad minus implicitè, sub hac forma. Eo ipso, quod lex ista sit dubia, pro isto calu, mihi non obligat ex ignorantia invincibili certitudinis legis, & possessione libertatis ex illa orta; sed dum lex non obligat, possum eam licite omittere: ergo pro isto casu, id est, hic, & nunc, licitum est eam omittere: ecce in hac consequentia dictamen practicum conscientiae: in quo nullum est dubium, & consequenter nullum periculum, sed licet practicari potest; & sic ille amat periculum, qui ad hic, & nunc operandi, vel omitendi dubitans, an recte agat. Agreditur, vel omittit, quod est dubium practicum, seu negativum, & de hoc verificatur axioma illud: In dubio tertia pars est eligenda.

Brevius ille discursus practicus, vt supra dixi, fieri potest, supposita ignorantia invincibili, & possessione libertatis, hoc modo: Licitum est mihi opinionem probabilem sequi; sed ista est opinio probabilis: ergo licitum est mihi illam sequi. Qui discursus implicite fit ab operante ex opinione probabili.

Sapientissimus P. Fr. Francisc. Palanco scripsérat iam contra Probabilistas volumen satis eruditum, & doctum.

\*\*\*

## QUARTA PROPOSITIO.

D E D I T S E M E T I P S V M oblationem Deo, non pro solis electis, sed pro omnibus, & solis fidelibus. Damnata.

## EXPLANATIO.

1092 **S** Entiendum est, quod Christus dedit semipsum, non solum pro electis, nec solum pro omnibus, & solis fidelibus; quia est propositio de fide, vt constat ex illo Ioann. epist. 1. cap. 2. Quod ipse est propitiatio pro peccatis nostris, non pro nostris tantum, sed etiam pro totius mundi. Et ex illo Paul. ad Corinth. 5. Pro omnibus mortuus est Christus. Et ex illo ad Roman. 8. Proprio filio suo non percitat, sed pro nobis omnibus tradidit illum. Et ita declarat Trident. sess. 6. cap. 3.

Vnde sequitur, quod propositio damnata est heretica, cum opponatur immediate, & directè propositio de fide, iuxta dicta in advertentiis, num. 1029. & iam erat hæc propositio damnata ab Innocent. X. quia fuit 5. Cornelii Iansenii.

1093 Dices, inter verba, quibus Christus suum pretiosissimum Sanguinem consecravit, ponuntur hæc: Hic est sanguis meus, qui pro vobis fundetur; vt tradit Lucas, cap. 22. num. 20. & ex Matth. ita habes cap. 26. num. 28. Qui pro multis fundetur. Idem ponit Mar-

sus,

*obdurare corda vestra, sicut in exacerbatione, secundum diem tentationis.*

1102 Probatur 2. Ratione fundata alijs scripturæ testimoniis: quia illi, quibus Evangelium sufficienter prædicatione, & miraculis propositum est, excusationem non habent de peccato suo, vt ait Christus Dominus, Ioannis 15. v. 22. his verbis: *Si non venissim, & loquatus fuisset eis, peccatum non haberent: nunc autem excusationem non habent de peccato suo.... si opera non fecisset in eis, quaenam alius fecit, peccatum non haberent.* Supra quæ verba, sic ait Theofilatus apud Liranum: *Illi quibus non venit, nec loquutus est, habent excusationem non de omni peccato, sed de hoc, quod in Christum non creditarent. Hi vero, quibus in Apostolis venit, & loquutus est, non excusantur.* Vide numer. 1095.

Nunc sic: sed Christus omnibus venit, & Evangelium Iudæis, & Gentilibus prædicavit; & omni creature prædicari iussit, vt ait Marcus, cap. vltm. & vt dicit Apostolus 1. ad Timot. 2. v. 4. *Deus vult omnes homines salvos fieri, & ad agnitionem veritatis venire.* (Intelligitur voluntate antecedenti) & itatim adiecit rationem: *Vnus enim Deus, unus & mediator Dei, & hominum, homo Christus Iesus, qui dedit redemptionem, semetipsum pro omnibus.* Quasi diceret Apostolus, Deum velle omnes homines salvos fieri: quia Christus pro omnibus mortuus

est: ergò Christus in omnes, tam Gentiles, quam Iudeos influit auxilia sufficientia.

Probatur hæc consequentia: nam qui actum elicere non possunt, excusationem habent à peccato non eliciendo: & alijs auxilia sufficientia dant posse ad actum: ergò qui excusationem non habent, vt sunt Pagani, Iudei, & Hæretici, quibus Evangelium prædicatum est, & miraculis comprobatum, recipiunt, etiam intrinsecè, auxilia sufficientia, vt excusationem non habeant de peccato; sed vt magis explicem dico.

1103 Quod non damnatur hic 1. afferere quod peccatoribus obstinatis auxilia sufficientia denegentur, nimur inspiracionem, & Divini spiritus motionem, propter eorum indispositionem, & in pœnam peccatorum, iuxta illud Ieremias 6. *Ecce Incircuncisæ aures eorum, & audire non possunt.* Et ex illo Ioann. 12. *Propterea non poterant audire.* Ita Godoy, & Gonet, statim citandi, vnde ait Augustin. Serm. de verbis Domini loquens de peccatore obstinato: *Cum vult, non potest, quia quando potuit, non voluit, ideo per malum velle perdidit bonum posse.* Et vt in damnationem non incidamus, sufficit vel quod aliquando recipient, saltem in principio usus rationis, iuxta dicta num. 1083. vel resolutio ponenda, num. 1106.

1104 2. Non damnatur opinio sanæ intelligentie Theologorum, Bañez, 1. part. quest. 23.

artic. 3. dub. 3. Godoy, tract. 8. de prædestin. disp. 73. §. 4. Gonet, disp. 5. de reprob. art. 5. & aliorum apud ipsos. Quam probabilem dicunt Salmant. tom. 5. de grat. tractat. 14. disp. 6. n. 60. afferentium universaliter, quod Deus non confert re ipsa omnibus adulstis auxilia sufficientia ad salutem. Ratio est: nam plures dantur Infideles negative, quibus fidei mysteria nunquam prædicata sunt: ergò isti nunquam receperunt auxilia sufficientia ad salutem; quia primo loco debet esse propositio fidei, vel aliqua interior fidei illuminatio, & plures Infideles nullam istarum habuerunt.

Sed contra hoc insurges: quia hunc assensum non tolerat damnatio, cum de omnibus Infidelibus loquatur damnata propositio: ergò hæc opinio damnationi dissonat, afferendo Deum re ipsa non conferre omnibus adulstis auxilia sufficientia ad salutem.

1106 Suppono, vt responderem, quod ista propositio damnata, est illata ex propositione quarta, in qua negatur, quod Christus pro omnibus Infidelibus mortuus est.

Respondeo ergò primò, quod auxilia sufficientia omnibus, & singulis hominibus præparantur, & offeruntur per Christum, etsi non omnes re ipsa recipient, & hoc est commune Theologorum assertum; & scripturæ, ac Sanctorum Patrum intelligentia; & probant textus relati num. 1093. vide num. 1084.

Et hoc videtur sufficere, vt salvetur ista damnatio: nam licet propositio dicat, quod *non recipiunt*, & hoc damnetur: tamen attendendum est ad modum loquendi propositionis, qui dissonantissimus est, præcipue in illis verbis: *Nullum omnino;* & in sequentibus: *In illis esse voluntatem nudam, & inermem;* quod quidem sonat, Christum esse omnino extra omnem illorum spiritualem salutem; & cum ex alia parte, hoc quod est, aliquem accipere, vel munitum esse, sumptuatissime, possit esse idem, vel pro eodem sumi, ac pro hoc, quod est illi offerre auxilia, & vires, quamvis ob eius indispositionem non recipiat; & ideo illum, cui offertur iuvamen, adiutorium, & auxilium, non potest dici, omnino esse inermem, & nullum omnino habere auxilium: hinc est, quod ad salvandam damnationem, quæ cum quid odiosum sit, strictè explicanda est, sufficit afferere, quod Deus omnibus auxilia sufficientia offert; & ex hoc capite ista propositio damnatur, vt male sonans; vide in advertentiis, num. 1022.

1106 Respondeo 2. Quod cum propositio non loquatur distributive, sed in genere, de Paganis, Iudeis, & Hæreticis, intelligitur damnata, vt sonant, & iacet præcisè; & sic non sumptis in distributione completa pro singulis generum, sed pro generibus singulorum, sicut dicitur, quod omne animal fuit in Arca Noe,

R quia

quia ex omnibus speciebus fuerunt aliqua; & ita in praesenti ex omnibus professionibus hominum fuerunt aliqua, & sunt plurimi, qui sufficientia auxilia receperunt, non tamen singuli hominum omnium professionum, propter dicta num. 1105. et si propo-  
sitione damnata negat hoc de gene-  
ribus singulorum, ut negare ionat,  
videtur mihi, vel haeretica, vel  
haeresi proxima, utpote immedia-  
te opposita scripturae textibus ap-  
positis, num. 1102. & 1103. in  
omnibus tamen Ecclesiae, vel sa-  
pientum iudicio me submitto; vi-  
de in advertentiis, num. 1019.  
& 1020.

## SEXTA PROPOSITIO.

*GRATIA SUFFICIENS STA-  
TUI NOSTRO, NON TAM UTILIS, QUAM  
PERNICIOSA EST; SIC UT PROINDE ME-  
RITO POSSIMUS PETERE, A GRATIA SUF-  
FICIENTI LIBERA NOS DOMINE.*

Damnata.

## EXPLANATIO.

1107 **V**ide numer. 1098. Vbi explicui diffe-  
rentiam inter ha-  
bitualem, & actualem gratiam; &  
quod actualis dividitur in suffi-  
cientem, & efficacem; sufficiens  
dat posse ad actum, & quamvis  
sine gratia efficaci non elicie-  
tur actus, sufficit illud posse, quod  
gratia sufficiens tribuit, ut omis-  
sio actus debiti imputetur ad cul-  
pam.

Ecce in quo errore Iansenii  
propositio fundari poterat: nam  
si sufficientem gratiam homo non  
haberet, non peccaret, cum sine  
ista gratia non haberet sufficientiam,  
& posse iuxta dicta numeri  
1103. in fine: ergo talis gratia,  
(ait Iansenius) perniciosa nobis  
est. Sed eius absurditas censurata  
statim videbitur.

In quo autem consistat auxiliū  
efficacis efficacia, & quomodo  
cum libertate cohēreat, & illam  
perficiat, insuperabilis est in scho-  
lis apud omnes difficultas, per fer-  
rē totam sacram Theologiam  
diffusa.

1108 Sentiendum ergo est,  
sufficientem gratiam esse nobis  
utilem, & ex se non perniciosa:  
quia ita declarat Alexand. Vnde  
desiderabilis est, & amabilis, &  
digna, ut pro ea adipiscenda Deo  
fundamus preces.

Ratio evidens est: nam me-  
dium quo benē operari possimus  
ad salutem, & finem consequen-  
tum, quis neget, esse nobis dilec-  
tiissimum bonum; sed gratia suf-  
ficiens est huiusmodi, cum ipsa  
intellectum illuminet, & prae-  
niat voluntatem de bono opere  
sēpē obligatorio; quia vel talis  
gratia est physicum lumen transi-  
ens, in intellectu, & motio fluida  
in voluntate, ut dixi numeri  
1096. & 1098. vel externum iu-  
vamen, seu morale auxilium, si-  
ve sit prædicatio, persuasio, con-  
silium, sive miraculum, cui morali  
auxilio, iuxta saniorem asser-  
sum, non deficiet in voluntate

phys-

physica motio, ut verificetur, quod  
in se habet posse, iuxta dicta nu-  
meri 1103. in fine: ergo talis  
gratia maximopere nobis utilis est.

V. g. Si Infidelis habuit Evan-  
gelii prædicatorem, qui sufficien-  
tibus rationibus, & miraculis, illi  
proposuit fidem amplectendam,  
cui, ut dictum est, non deficiet in-  
terior motio, soluit tamen assen-  
tiri; quam ergo perniciem, vel in  
gratiam, miracula, rationes; &  
interior motio habebunt ex eo,  
quod renuit infidelis converti?  
Conqueratur ipse de sua deprava-  
ta voluntate, non de gratia,  
qua ex se utilissima est, & bona  
nobis.

1109 Vnde prædicta proposi-  
tio erronea videtur; vel potius  
haeretica iudicanda est, si assen-  
tiat non dari talia auxilia, ut vi-  
detur sentire: nam correspondet  
propositionibus 2. & 4. Iansenii,  
ab Innocent. X. damnatis, in qui-  
bus denegantur auxilia sufficientia;  
& omnia interiora auxilia, ef-  
ficacia esse dicuntur; vide eas in  
nostris Salmant. tom. 5. de grat.  
tract. 14. disp. 1. cap. 3. à num.  
99. & cap. 5. num. 199. & disp.  
6. dub. 1. §. 5. à num. 32. & eas  
appono infra n. 1215.

Et cum ex Trident. sess. 6. cap.  
11. constet, dari auxilia sufficientia,  
in illis verbis: *Dens impossibili-  
ta non præcipit, sed præcipiendo  
movet, & facere quod possit, &  
petere quod non possit, & adiuvat,  
ut possit.* Hæreticum est, asserere  
non dari.

1110 Insurges, & præcipue  
contra immediate dicta: nam ho-  
mo lethalis conscientiam habens,  
tenetur aliquando elicere actum  
contritionis, vel charitatis, ut ad  
Deum finem supernaturem con-  
vertatur, præsertim cum debet  
vivorum Sacramentorum recipere,  
vel administrare aliquod, &  
non potest Sacramentum Poenitentiae  
recipere; sed tunc casus,  
non habet auxilia sufficientia ad  
illud: ergo. Probatur minor: quia  
sola habitualis gratia, quam sup-  
ponimus, immediate ante non ha-  
bere, est auxilium sufficientis ad  
illum; & tamen peccabit, non eli-  
ciendo: ergo non bene probatur,  
quod detur auxilium sufficientis, ut  
omissio imputetur ad culpam, iux-  
ta dicta n. 1103. in fine.

1111 Nec valet dicere, quod  
actus contritionis, vel charitatis  
elicetur à gratia habituali, prout  
in infundi, cui non opponitur,  
quod ipse actus in genere causæ  
dispositivæ præcedat ipsam; de  
quo vide Salmant. tom. 6. tract. 14.  
disp. 8. dub. 1. §. 2. num. 8.

Contra: nam et si hoc admittamus  
casu, quo actus contritionis  
elicendus est; tamen admitti ne-  
quit, quod de facto omittit, vel li-  
quet: nam tunc gratia habitualis  
nullatenus infunditur; & tamen  
imputatur ad culpam omissionis: er-  
go sine gratia sufficienti ad actum,  
est culpabilis omissionis actus.

1112 Respondeo 1. Quod  
iuxta solutionem datam, casu quo  
omittendus est actus, tribuitur  
omittenti auxilium transiens, ut

R 2

ve-

verificetur habere posse ad talem actum,

Respondeo 2. (supponendum, quod nec de facto, nec de possibili contra primam solutionem, possit actus contritionis, vel charitatis elici, nisi à gratia habituali, ut afferunt Salmant. tom. 5. tractat. 15. dispur. 2. dub. 6. §. 5.)

Quod vt in casu nuper posito imputetur omissione ad culpam, sufficit habere (etsi non auxilium immediatè sufficiens ad contritionem; quia istud est habitualis gratia) auxilium mediatè sufficiens. Ratio est: quia eo ipso verificatur habere posse ad actum: nam per auxilia mediata potest elicere actus fidei, spei, timoris, & attritionis, mediis, quibus se potest disponere ad vteriora auxilia suscipienda, vt docet Tridentin. sess. 6. de iustificat. cap. 6. & ultimo imperabat gratiam, nam hic verificatur, quod facienti, quod est in se ex viribus gratiae, Deus non denegat gratiam; unde cum prædicti actus voluntarie omittantur, præexistentibus ad eos auxiliis sufficientibus, imputatur ad culpam omissione actus contritionis ex illis positis sequendi. Vide hæc in Salmant. tract. 4. de grat. disp. 6. dub. 1. §. 3.

à num. 20.



### SEPTIMA PROPOSITIO.

**OMNIS HUMANA ACTIO**  
deliberata est Dei dilectio, vel  
mundi; si Dei, caritas Patris est;  
si mundi, concupiscentia carnis,  
hoc est, mala est.  
Damnata.

### EXPLANATIO.

1113 **V** Ide numer. 1041, 1042. & 1043. vbi explicui, quod actio debet esse libera, vt sit capax moralitatis.

Supponendum, quod actus humani duplicitè considerari possunt, vel secundum suam speciem, vel prout in individuo. Secundum speciem considerantur, cum in ordine ad obiectum, & motivum speciale inspiciuntur: in individuo autem, seu individualiter, quando actus hic & nunc, omnibus inspectis, quæ actus circumstant, existentes respiciuntur. Hoc supposito.

Dicta propositio (quæ etiam fuit propositio 3. Michaelis Baii, vt videri est in Salmant. tom. 5. tractat. 14. disp. 2. num. 18.) affirmat, quod omnis actio deliberata, vel est amor Dei, vel mundi, vel caritas Dei, vel concupiscentia mundi; hoc est, vel bona, vel mala; & in utroque sensu declarata, num. 1106. explicabo censuram huius propositionis.

1114. Si actio humana consideratur, vt in individuo, falsissimum

est, quod non dentur actiones humanæ honestæ moralis virtutis naturalis, quæ in individuo bonæ sint ex suo speciali obiecto, quæ non sunt charitas Dei: cum Gentilis non habeat Dei charitatem, & tamen potest iejunare, erogare eleemosinam, & modeste vivere; quæ opera ex suo obiecto, & motivo rationabilia, bona, & honesta sunt.

Si secundum speciem considerantur, plus falsitatis habet propositio: nam præter rationem immediatè dictam, etiam falsissimum est, quod non dentur actiones indifferentes secundum suam speciem, quæ nec bona, nec mala sint, vt affirmant Sanct. Augustin. Hieronim. Thom. apud Salmantic. tom. 3. tractat. 11. disp. 7. num. 3. & aliqui existimant, damnatum esse in Concilio Constant. sect. 5. affirmare quod non dentur.

1115 Non damnantur hic 1. duæ illæ opinions celebres, & oppositæ. Prima afferens, dari actiones indifferentes in individuo, quæ nec bona, nec mala sint moraliter; & est Div. Bonaventur. in 2. distinct. 41. artic. 1. quæst. 3. & Scoti eadem distinct. quæst. vnica, & quodlib. 18. artic. 1. secunda negans tales actus à parte rei indifferentes, quæ est Thomistarum cum suo Magistro, 1. 2. quæst. 17. artic. 3. & ferè omnium Sanctorum Patrum, vt videri est in prædictis Salmantic. numer. 16. & 17. & quod non damnatur patet, quia hæc opi-

ationes non militant circè speciem humanorum actuum, nec negant, quod dentur in individuo actiones honestæ, & bona, quæ non sunt charitas Dei.

1116 2. Non damnatur opinio Gregorii Martinez, dub. 2. apud Salmantic. citat. disput. 5. num. 45. & 46. afferentis, quod omnis actus moralis, excepta voluntione ultimi finis, habet præter finem specialem, finem ultimum, & quod ab eo recipit aliquam bonitatem, vel malitiam. Ratio cur hæc opinio (de qua censuram aliam dent alii) hic non videtur damnari, est: quia ad minus non secum affert singularis dissontia, ac propositio præsens.

Et ex his inferes, quod hæc propositio damnata, aliquando suam occultat malitiam, vt eam securius evomat, & diffundat; & quod vt ait docte R. P. Corella hic, numer. 52. si esset Catholici Authoris, sanæ intelligentiæ habiti, forte in sanam partem interpretari posset; sed quia eius Author Hæreticus, vel vt talis suspectus est, ideo hæresis, vel erroris magnam talis propositio generat suspicionem; vide in advertentiis numer. 1021. & 1022. & ad minus male sonat.



## OCTAVA PROPOSITIO.

**NECESSUM EST INFIDELEM**  
in omni opere peccare.  
Damnata.

## EXPLANATIO.

**1117** **S**Entiendum est, non esse necessarium, quod Infidelis in omni opere libero peccet.

Intellige damnationem, non solum de Infideli negativè, id est, qui non credit, eo quod nunquam de fide aliquid audivit; sed etiam de Infideli contrariè, id est, qui resistit fidei, sufficienter ei proposita; vel de Infideli privativè, id est, qui culpabiliter ignorat res fidei.

**1118** Hæc damnata propositione (quæ fuit 26. Baii.) temeraria, aut erronea iudicanda est; vt aiunt Salmantic. tom. 5. disput. 2. num.

20. & non audeo, hæreticam dicere: nam et si opponatur Trident. sess. 6. can. 7. & Divin. Scripturæ; cum actio obstetricum in occultando infantes Hæbreos, Exodi 1. & actio Raab. occultandi exploratores, Iosue 2. laudantur, & Daniel, cap. 5. ait Nabuc. *peccata tua elemosinis redime*; tamen nec defuerunt, qui Nabucodonosori, & obstetricibus aliquam fidem concessere, vt dicunt Salmantic. num. 21. imò & locus Pauli ad Roman. 2. dicentis: *Quæ legem non habent, naturaliter ea, quæ legis sunt, faciunt; ab aliquibus*

Sanctæ Ecclesiæ Doctoribus intelligitur de Gentilibus ad fidem conversis; vnde dicta propositione non videtur error immediatus contra fidem, sed media aliqua illatione.

Ratio damnationis est: quia Infideles possunt facere opera honesta virtutum moralium, quæ ex obiecto honesto honestatem habent, & nulli legi opponantur ex aliqua circumstantia: ergo recipient moralitatem, non malam: ergo bonam, iuxta dicta numer.

1041. Confirmatur, quia Infideles obligantur ad servanda legis naturæ præcepta, etiam manendo in infidelitate: ergo opera, quibus adimplentur hæc præcepta, non possunt esse mala, alias ad male operandum obligarentur.

Vide Ioannem à Sanct. Thom. in 1. 2. D. Thom. disp. 19. art. 3. & Godoy, disp. 41. & Suarez, lib. 1. de grat.

**1119** Oppones 1. textum Pauli ad Hebræos 11. v. 6. *Sine fide enim impossibile est placere Deo*; 2. verba eiusdem ad Roman. 14. *Quod non est ex fide, peccatum est*: ergo qui non habet fidem, in omni humano opere peccat.

Respondeo: quod in textu ad Hebræos loquitur Paulus de fide, vt est principium motus in Deum ultimum finem assequendum, vt constat ex verbis immediate sequentibus, nimis: *Credere enim oportet accidentem ad Deum, quia est, & inquirentibus se remunerat*. Et sine fide Theologica,

hic

hic motus dari non potest; ita D. Augustin. apud Liranum hic, & etiam ipse Lira.

In textu autem Epistolæ ad Roman. sumit Apostolus fidem, non pro Christiana fide, sed pro credulitate, persuasione, & dictamine conscientiæ; ita Chrisost. Ambros. Theodor. & alii Patres apud Cornelium Alapide, supra hunc locum, vt constat ex contextu; & idem est ac dicere: *Quod non est secundum conscientiam, vel quod est contra conscientiam peccatum est*; ita Div. Thom. 1. 2. quæst. 19. art. 4. vide Cornelium vindicantem à calumniis Aug. & Bernard.

## NONA PROPOSITIO.

**REVERA PEGGAT, QVI**  
odio habet peccatum merè ob eius turpitudinem, & disconvenientiam cum natura, sine ullo ad

Deum offensum respectu.

Damnata.

## EXPLANATIO.

**1120** **S**Entiendum est, non peccare eum, qui odio habet peccatum, ob eius turpitudinem, & dissonantiam cum natura, sine ullo respectu ad Deum offensum: quia ita declarat Alexand. contrarium damaando.

Adverte 1. quod natura humana ex se habet proportionem, etiam in peccatum lapla, ad veritates omnes naturales divisive cognoscendas, & ad bonum na-

turale honestum amandum, & odio habendum malum morale; ita Godoy in 12. de gratia, disp. 40. §. 2. num. 6. & disp. 41. & Gonet, disp. 1. artic. 1. concl. 2. & artic. 2. & alii. Ratio est: quia ipsa rationalis natura, non amisit bonitatem naturalem, & eius cum Deo naturalem similitudinem, & generalis concurrit debetur illi, ex ipsis indigentia; & sufficit hoc ad aliquos naturalium virtutum actus eliciendos.

**1121** 2. Adverte, quod illud propositionis: *Sine respectu ad Deum*, non intelligitur positivè excludendo Deum, hoc est, si peccatum naturaliter turpe non esset, committeret peccator illud, et si esset offensa Dei: nam hoc clarissimè peccatum est, sed intelligitur, negativè se habendo homo in illo odio respectu Dei.

Ratio ergo damnationis est: quia dissonantia peccati cum natura humana, & turpitudine illius, etiam sine respectu ad Deum, est mala moraliter: ergo odio habere eam, etiam sine respectu ad Deum, non potest esse peccatum.

Vnde tale odium honestum naturali moralitate est: ergo laudabile etiam in Infidelibus, qui solum lumine naturali agnoscunt dissonantiam peccati cum ratione.

**1122** Hæc propositione, licet hæretica non sit propter dicta à num. 1119. in antecedenti propositione, cui hæc proxima est; videtur tamen erronea.

## OCTAVA PROPOSITIO.

**NECESSUM EST INFIDELEM**  
in omni opere peccare.  
Damnata.

## EXPLANATIO.

**1117** **S**Entiendum est, non esse necessarium, quod Infidelis in omni opere libero peccet.

Intellige damnationem, non solum de Infideli negativè, id est, qui non credit, eo quod nunquam de fide aliquid audivit; sed etiam de Infideli contrariè, id est, qui resistit fidei, sufficienter ei proposita; vel de Infideli privativè, id est, qui culpabiliter ignorat res fidei.

**1118** Hæc damnata propositione (quæ fuit 26. Baii.) temeraria, aut erronea iudicanda est; vt aiunt Salmantic. tom. 5. disput. 2. num.

20. & non audeo, hæreticam dicere: nam et si opponatur Trident. sess. 6. can. 7. & Divin. Scripturæ; cum actio obstetricum in occultando infantes Hæbreos, Exodi 1. & actio Raab. occultandi exploratores, Iosue 2. laudantur, & Daniel, cap. 5. ait Nabuc. *peccata tua elemosinis redime*; tamen nec defuerunt, qui Nabucodonosori, & obstetricibus aliquam fidem concessere, vt dicunt Salmantic. num. 21. imò & locus Pauli ad Roman. 2. dicentis: *Quæ legem non habent, naturaliter ea, quæ legis sunt, faciunt; ab aliquibus*

Sanctæ Ecclesiæ Doctoribus intelligitur de Gentilibus ad fidem conversis; vnde dicta propositione non videtur error immediatus contra fidem, sed media aliqua illatione.

Ratio damnationis est: quia Infideles possunt facere opera honesta virtutum moralium, quæ ex obiecto honesto honestatem habent, & nulli legi opponantur ex aliqua circumstantia: ergo recipient moralitatem, non malam: ergo bonam, iuxta dicta numer.

1041. Confirmatur, quia Infideles obligantur ad servanda legis naturæ præcepta, etiam manendo in infidelitate: ergo opera, quibus adimplentur hæc præcepta, non possunt esse mala, alias ad male operandum obligarentur.

Vide Ioannem à Sanct. Thom. in 1. 2. D. Thom. disp. 19. art. 3. & Godoy, disp. 41. & Suarez, lib. 1. de grat.

**1119** Oppones 1. textum Pauli ad Hebræos 11. v. 6. *Sine fide enim impossibile est placere Deo*; 2. verba eiusdem ad Roman. 14. *Quod non est ex fide, peccatum est*: ergo qui non habet fidem, in omni humano opere peccat.

Respondeo: quod in textu ad Hebræos loquitur Paulus de fide, vt est principium motus in Deum ultimum finem assequendum, vt constat ex verbis immediate sequentibus, nimis: *Credere enim oportet accidentem ad Deum, quia est, & inquirentibus se remunerat*. Et sine fide Theologica,

hic

hic motus dari non potest; ita D. Augustin. apud Liranum hic, & etiam ipse Lira.

In textu autem Epistolæ ad Roman. sumit Apostolus fidem, non pro Christiana fide, sed pro credulitate, persuasione, & dictamine conscientiæ; ita Chrisost. Ambros. Theodor. & alii Patres apud Cornelium Alapide, supra hunc locum, vt constat ex contextu; & idem est ac dicere: *Quod non est secundum conscientiam, vel quod est contra conscientiam peccatum est*; ita Div. Thom. 1. 2. quæst. 19. art. 4. vide Cornelium vindicantem à calumniis Aug. & Bernard.

## NONA PROPOSITIO.

**REVERA PEGGAT, QVI**  
odio habet peccatum merè ob eius turpitudinem, & disconvenientiam cum natura, sine ullo ad

Deum offensum respectu.

Damnata.

## EXPLANATIO.

**1120** **S**Entiendum est, non peccare eum, qui odio habet peccatum, ob eius turpitudinem, & dissonantiam cum natura, sine ullo respectu ad Deum offensum: quia ita declarat Alexand. contrarium damaando.

Adverte 1. quod natura humana ex se habet proportionem, etiam in peccatum lapla, ad veritates omnes naturales divisive cognoscendas, & ad bonum na-

turale honestum amandum, & odio habendum malum morale; ita Godoy in 12. de gratia, disp. 40. §. 2. num. 6. & disp. 41. & Gonet, disp. 1. artic. 1. concl. 2. & artic. 2. & alii. Ratio est: quia ipsa rationalis natura, non amisit bonitatem naturalem, & eius cum Deo naturalem similitudinem, & generalis concurrit debetur illi, ex ipsis indigentia; & sufficit hoc ad aliquos naturalium virtutum actus eliciendos.

**1121** 2. Adverte, quod illud propositionis: *Sine respectu ad Deum*, non intelligitur positivè excludendo Deum, hoc est, si peccatum naturaliter turpe non esset, committeret peccator illud, et si esset offensa Dei: nam hoc clarissimè peccatum est, sed intelligitur, negativè se habendo homo in illo odio respectu Dei.

Ratio ergo damnationis est: quia dissonantia peccati cum natura humana, & turpitudine illius, etiam sine respectu ad Deum, est mala moraliter: ergo odio habere eam, etiam sine respectu ad Deum, non potest esse peccatum.

Vnde tale odium honestum naturali moralitate est: ergo laudabile etiam in Infidelibus, qui solum lumine naturali agnoscent dissonantiam peccati cum ratione.

**1122** Hæc propositione, licet hæretica non sit propter dicta à num. 1119. in antecedenti propositione, cui hæc proxima est; videtur tamen erronea.

propter autoritatem dicentis; & sic maiori, vel minori certitudine sultietur assensum, iuxta maiora, vel minoria motiva credibilitatis, quæ dantur in dicente: vnde si dicens est persona pure humana, erit fides humana, ac proinde falsibilis: si dicens persona sit Divina, erit fides Divina, ac proinde infallibilis certitudinis; quia in Dei veracitate resolvitur, eius infinitam sapientiam connotantem; ita Corinth. de fide, disp. 9. dub. 3. num. 24. & Lugus de fide Divina, disp. 1. sect. 6. num. 80. plurima circè hoc latissime ab Authoribus tractantur; quæ autem revelatio sufficiat ad fidem? Vide Lug. sect. 13. à §. 3.

Vnde ipsamet mysteria fidei, possuat credi, vel præcisè, quia auditæ à maioribus, hoc est, Magistris, aut parentibus, vel quia supposita hac instructione, creduntur propter revelationem Divinam illorum; illa est fides humana, hæc Divina.

1130 2. Supponendum, quod fides Divina sumi potest, vel pro habitu, vel pro actu; sumpta pro habitu, est virtus, quæ in baptismo infunditur, & quæ hominem ad credendum inclinat; vide explicationem propositionis 17. ab Innocent. XI. damnatae, à n. 542. fides pro actu, est actus credendi.

1131 Sentiendum ergo est, quod non deficit in peccatore magno fides interna, & Divina, eo ipso, quod deficiat illi omnis amor; quia est propositio de fide

in Tridentin. definita, sess. 6, cap. 15.

Et patet scripturis pluribus t. ex illo Ioannis 12. vbi dicit: *Muli-  
ti ex principibus crediderunt in  
eum, sed non confitebantur: dile-  
xerunt enim magis gloriam homi-  
num, quam gloriam Dei.* Ecce hic deficit amor Dei, sed non fides actualis; & ex illo ad Corinth. 13. *Si habuero omnem fidem, charita-  
tem autem non habuero, &c.* Et ex illo Iacob. 2. *Quid prodest fratres  
mei, si quis dicat, fidem se habere,  
opera autem non habeat?* Et infra: *Fides sine operibus mortua est.  
Et infra: Sicut corpus sine spiritu  
mortuum est, ita fides sine ope-  
ribus.*

Vnde ista propositio damnata heretica est; quia est error immediatè pugnans contra veritatem fidei; vide Suarez, lib. 11. de gratia, cap. 5.

A ratione eius dissonantia probatur; quia actus fidei sèpè antecedit actum amoris inferentis charitatis habitum, vt proposito obiecto, maneat voluntas libera ad amandum (nam actus fidei non est sicut clara visio, quæ rapit voluntatem Beati, & necessario impellit ad amorem) ergo actus fidei potest esse sine amore, & sine charitatis habitu.

1132 Hucusque dicta intelliguntur de actu fidei.

Loquendo vero de habitu fidei non facile probatur à ratione, manere sine charitate; colligitur tamen ex relatis Pauli verbis 1. ad Corinth. 13. & ex illis: *Nunc au-*

*tem manent fides, spes, caritas.* Et licet Suarez de fide, disp. 7. sect. 3. num. 3. afferat, esse hæresim, affirmare non manere in peccatore cum peccato lethali habitum fidei, Lug. tamen de fide, disput. 16. sect. 3. num. 39. dicit esse errori proximum, quia Trident. non expresse, licet ex contextu colligatur de eo loqui.

1133 Adverte, quod habitus fidei deperditur per peccatum infidelitatis, quamvis non sit hæresis: nam per dubitationem negativam mysterii fidei deperditur, etiam in opinione eorum, qui dicunt non esse hæresim, taliter de mysterio fidei dubitare, quæ opinio videri potest in Curs. Moral. tom. 2. tract. 10. cap. 4. punct. 4. num. 56. vide Lug. disp. 17. sect. 5. à num. 84.

### DECIMA TERTIA propositio.

**QVISQVIS ENIM AETERNAE  
mercedis intuitu Deo famulatur  
charitate si caruerit, vitio non ca-  
ret, quoties intuitu licet beati-  
tudinis, operatur.**

Damnata.

### EXPLANATIO.

1134 **S**entiendum est, quod non datur vitium in eo, qui Deo famulatur intuitu mercedis, quamvis charitate careat: quia ita declarat Alexand.

Ratio est: quia ex una parte est

motivum honestum, cum pro bonis temporalibus, vel necessariis, vel utilibus adipiscendis, si alia prava circumstantia non detur, licet sit Deo orare, & mediis operibus, obligare; & alias non obligamur habere in omnibus operibus Deum, vt finem, nec id, quod perfectius est, operari, etsi tutius sit: ergo non erit vitium, sed potius virtus moralis Deo intuitu mercedis famulari.

Et cum hæc propositio coincidat cum 10. & 11. nihil addo, sed vide dicta in illis.

### DECIMA QVARTA propositio.

**TIMOR GEHENNAE NON  
est supernaturalis.**

Damnata.

### EXPLANATIO.

1135 **S**upponendum 1. quod attrito distinguitur à contritione in eo, quod contritio est dolor de peccatis propter Deum summè dilectum. Attritio vero est, dolor de peccatis propter alia motiva. Quæ autem sint hæc motiva? Ad duo capita communiter reducuntur, nimur ad metum gehennæ, & poenarum; & ad turpitudinem peccati: & ad hæc reducit ea Tridentin. sess. 14. cap. 4.

1136 2. Supponendum, quod vt timor gehennæ, aut poenarum possit esse materia Sacramenti Peccnitentiarum, debet esse cum respectu

ad

Adverte, quod tale odium in peccatum, ut potè attritio pure naturalis, non sufficit ad materiam Sacramenti Poenitentiae, vt dictum est in propositione 57. ab Innocent. XI. damnata.

## DECIMA PROPOSITIO.

**INTENTIO**, Q V A Q V I S  
detestatur malum, & prosequitur  
bonum, mrrè ut celestem obti-  
neat gloriam, non est recta,  
nec Deo placens.

Damnata.

## EXPLANATIO.

**1123** **S**upponendum i. duplícem esse finem in actibus humanis, & finis operis, & finis operantis. Finis operis coincidit cum obiecto, & est in quem actio sua aptè natura immediate tendit, ob idque dicitur: *Finis operis, & finis proximus, aut finis intrinsecus.* Finis operantis, distinguitur ab obiecto immediato, & est in quem actus dirigitur ex libera voluntate eius, qui operatur, qui proinde vocatur: *Finis operantis, extrinsecus, vel remotus.* Ut dum quis vult dare elemosinam ad satisfacendum pro peccatis; hoc quod est subvenire indigenti per illam, est finis operis proximus, & intrinsecus talis actus: satisfactio vero est finis operantis, & extrinsecus. Ali quando coincidit finis operantis cum fine operis, scilicet, quando operans nullum aliud finem in-

tendit, nisi obiectum actus: & nota, quod finis magis propriè, & communiter sumitur pro fine operantis, vt colligitur ex D. Thoma i. 2. quæst. 18. art. 4.

**1124** 2. Supponendum, duplícem dari amorem, alterum amicitiae, concupiscentiae alterum; amor amicitiae est, quo alium propter se diligimus. Amor concupiscentiae est, quo alium, vt nobis proficuum amamus: unde charitas Theologica inclinat ad Deum amandum amore amicitiae. Spes Theologica inclinat ad Deum prosequendum amore concupiscentiae, quia nobis est, & erit conveniens beatificando, & auxilia ad beatitudinem assequendam, pro hoc tempore præbendas: & totum hoc est obiectum spei primarium, & cuius gratia: nos autem sumus obiectum cui: ita Div. Thom. 2. 2. quæst. 17. art. 8. in corpor. & quæst. 26. art. 3. ad 3. & quæst. 4. de virtut. art. 3. in corpor. vide Salmant. tom. 3. tract. 9. disp. 1. num. 61. & 75. & in arbore prædict. num. 18.

Vnde peccatum duplicitè detestari potest, vel quia disconveniens personæ dilecta, vel quia nobis impedivit alicuius boni ex illa assequendi.

**1125** Sentiendum ergo est, quod detestatio peccati, & prosecutio boni ex fine solum assequendi cœlestem gloriam, est recta, & Deo placens: quia ita declarat Alexand. & ita definavit Tridentin. sess. 6. cap. 11. de reformat. & canon. 31. in fine; & in-

con-

confirmationem afferuntur ab ipso Concilio, tūm Davidica verba, Psalm. 118. Inclinavi cor meum ad faciendas iustificationes tuas propter retributionem. Tūm illud Pauli ad Hebræos 11. loquendo de Moysē, quod respiciebat in remunerationem; & addo verba lib. Sapient. cap. 6. nimirum, *Concupiscentia sapientiae deducit ad Regnum.*

Ersic hæretica reputanda est hæc propositio, quia expressè, & immediate est error contra veritatem ab Ecclesia definitam.

**1126** Ratione convincitur falsitas illius: nam amor concupiscentiae erga Deum rectissimus est, & actus spei Theologicæ; sed qui ex motivo solum assequendi beatitudinem, operatur bonum, vel detestatur malum, non potest non respicere Deum, à quo solum pendet, quod nobis dentur dona coelestia: ergo detestatio peccati, & actus ab obiecto bonus, ex hoc fine tantum factus, laudabilis est; quia talis finis bonus est; & actus humani recipiunt ex fine bonitatem, vel malitiam, secundum eius moralitatem. Vide Salmant. tom. 3. tract. 1. 1. disp. 5. dub. 2.

**VNDECIMA PROPOSITIO.**  
**OMNE Q VOD NON EST EX fide Christiana supernaturali, que per dilectionem operatur, peccatum est.** Damnata.

## EXPLANATIO.

**1127** Hæc propositio addit plus erroris ad propositionem 8. nam illa solum

de Infideli loquebatur: hæc autem etiam Catholicos sine gratia gratum faciente comprehendit.

Pro quo adverte, quod aliqui etiam Catholicorum volentes istum errorem declinare, clarè & immediate contra decisionem Tridentin. sess. 6. canon 7. militant, assertebant, quod licet habens Theologicam fidem, etiamsi in peccato lethalis sit, aliqua possit bona opera facere, feci vero Infidelis: de quo vide Montesin. in 1. 2. quæst. 109. disp. 27. quæst. 4. §. 3. & Salmant. tom. 5. de gratia, disp. 2. dub. 2. num. 20.

**1128** Hæc propositio hæretica iudicanda est: quia immediate opponitur decisioni fidei; vide num. 1114.

Probatur ratione: quod peccator possit facere opera bona moraliter: nam si non adimpleret præcepta legis naturæ, aut polirivæ, peccat, quia illum obligant: ergo si adimpleret, non peccat; patet consequentia, alias non obligarent, cum nemo ad opera peccaminosa obligetur; vide num. 1119.

## DVODECIMA PROPOSITIO.

**Q VANDO IN MAGNIS PEC- catoribus deficit omnis amor, deficit etiam fides, & etiam si videan- tur credere, non est fides Di- vina, sed humana.**

Damnata.

## EXPLANATIO.

**1129** **S**upponendum i. quod fides in communi loquendo, est offensus ad auditum prop-

ad Deum, id est, quod timeatur poena, ut à Deo in odium peccati infligenda, & hoc modo attrito, seu retractatio peccati, est conversio in Deum (ut debet esse ad dispositionem proximam gratiae in Sacramento) non tamen ex amore, sed extimore servili, quæ est imperfecta conversio, seu contritio; quia magis dolet de poena, quam de peccato; ita Lug. de pœnitent. disput. 5. sect. 9. à numer. 138.

1137. Hinc est, quod timor poenæ ab homine minata, v. g. à Iudice, non potest esse materia Sacramenti; quia non est cum respectu ad Deum; & sic non est timor Dei, seu Divinus, sed hominis, seu humanus.

Et nota cum Lugo, num. 137. contra Vazquez, quod Ly timor pœnarum, quod Tridentin. ponit, intelligitur etiam de pœnis temporalibus, ut est Purgatorium, aut pestis, vel aliud huius vitæ datum, à Deo in pœnam peccati infligendum: nam adducitur in exemplum à Tridentin. pœnitentia Ninivitarum, quæ facta fuit ob metum excidii suæ Civitatis; ita etiam Suar. de pœnit. disp. 5. sect. 2. num. 15.

1138. Sentiendum ergo est, quod timor gehennæ est supernaturalis: quia ita declarat Alexand.

Ratio est: nam dolor de peccatis ob timorem gehennæ est donum Dei, & procedit ex impulsu Spiritus Sancti, & proxime ad gratiam in Sacramento disponit, vt

Trident. ait, sess. 14. cap. 4. ergo timor gehennæ supernaturalis est.

1139. Sed adverte: quod vt talis attrito sit supernaturalis, debet excludere voluntatem pecandi, vt declarat Concilium: nam si dolens eliceret hunc actum: *Detestor peccatum propter pœnas Inferni, sed si non esset Infernus, peccarem.* Eset actus peccaminosus; quia est affectus ad peccatum, & timor mundanus; vide Suarez de pœnitent. sect. 1. num. 5. & Lugum, num. 144. si tamen illam conditionaliter apponatur ad declarandam proclivitatem tantum, non erit peccatum.

Hæc propositio damnata, ad minus erronea est, vt benè probat Corella hic, num. quæst. 3. & assert pro hoc asserto nostrum Anton. à Spirit. Sanct. in Direct. Confession. tom. 1. tractat. 5. disp. 3. sect. 8. num. 115. cùm aliis.

1140. Non damnatur hic opinio assertens, quod attrito cognita vt talis, non sufficit ad Sacramentum Pœnitentia, sed quod requiritur, vt ad minus invincibiliter iudicetur contritio; & est Sotii, Ledesinae, & aliorum apud Suarez, disp. 20. de pœnitent. sect. 1. num. 7. & ex ea assumunt argumentum, Suarez, disp. 14. numer. 18. & Sanchez, tom. 1. De calogi, lib. 1. cap. 1. num. 34. ad probandum, quod in articulo mortis obligatur homo sub mortali, etiam suscipiens Sacramentum Pœnitentia, ad eliciendam contritionem, saltem existimatam; quia debet tunc securius eligere.

*Cogn.*

Contraria tamen opinio, assertens, quod sufficit ad Sacramentum, & ipsius fructum attrito in re, & vt talis cognita, est communis, & tenenda.

1141. Nota, quod sententia Hugonis, Richard. Alensi. Gabriel. & aliorum apud Suarez de pœnitent. disp. 22. sect. 1. assertentium, requiri necessario ad hoc, vt per Pœnitentia Sacramentum communicetur gratia habitualis, veram in re contritionem, taliter quod attrito, existimata contritio, non sufficit ad effectum Sacramenti, vocatur à Vazquez in præsent. quæst. 92. artie. 1. num. 2. hodiè periculosa; & ait Moya, tom. 1. tract. 3. disp. 5. quæst. 1. num. 10. esse definitum in Tridentin. sess. 14. cap. 4. non requiri, neque ad valorem, neque ad fructum huius Sacramenti contritionem in re.

### DECIMA QVINTA propositio.

ATTRITIO, QVÆ METU gehennæ, & pœnarum concipitur, sine dilectione benevolentie Dei propter se, non est motus bonus, & supernaturalis.

Damnata.

### EXPLANATIO.

1142. Vide explicationem propositionis precedentis, cuius error in ista includitur.

Adverte, quod licet hæc pro-

positio non assertat expressè, quod hic actus attritionis sine Dei dilectione est malus, seu peccatum, sicut septima propositio, vel sicut undecima, & sicut Lutherus, qui affirmabat timorem Inferni esse malum; id tamen videtur sonare, Ly non est motus bonus; ex quo benè inferebat, non esse supernaturalis; sed hoc ad minus erroneum est, propter rationem, & alia dicta à num. 1139. vide Bænez, 2. 2. quæst. 14. art. 4.

1143. Non videtur, esse hic damnaram opinionem Francisci Silvii, quæst. 4. supplementi, art. 3. assertentis, non sufficere attritionem, quæ non includat aliquam Dei amorem super omnia, ad minus debilem, ad iustificationem in Sacramento; de qua meminit Lugo de pœnitent. disp. 5. sect. 9. num. 133. & Mag. Lumbier super propositionem 1. damnatam ab Innocent. XI. & ratio, cur videatur hic non damnari, est: quia præsens propositio assertebat, motum attritionis ex metu gehennæ sine dilectione Dei, non esse bonum, ac supernaturalis; & Silvius hoc non dicit, sed quod si attrito non habeat (etsi bona) aliquam Dei super omnia amorem, non sufficit, etiam intra Sacramentum, ad iustificationem; & est quid distinctum. Detestor tamen hoc assertum, quia opponitur Tridentin. sess. 14. cap. 4. vt ait Lng. à num. 133.

Maneat ergo, materiam proximam sufficientem ad valorem, & fructum Sacramenti Pœnitentia effic

esse attritionem, et si ex timore gehennæ supernaturalem, hoc est, ex impulsu Spiritus Sancti, ut ait Tridentin. Non tamen requiritur contritio, nec illa, quæ ad minus amorem Dei affectivum, seu inefficacem includat, ut sensere Aëtius, Silvius, Iansenius, apud Gonet de poenit. disput. 7. art. 2. & alii apud Salmantic. tom. 12. 2. part. tractat. 24. disp. 7. dub. 1. §. 6. num. 39. Quorum præcipuum fundamentum est; quia solus ille actus potest esse ultima dispositio in Sacramento Pœnitentiae, qui est ultima dispositio ad eius effectum, nimisrum, gratiam, qui omnem excludit voluntatem peccandi; sed attrito sola ex timore gehennæ non excludit voluntatem peccandi: ergo non sufficit attrito pro effectu, id est, gratia adipiscenda ex Pœnitentia Sacramento. Minor, in qua difficultas viget, probatur: nam, quæ ex timore fiunt, sunt involuntaria secundum quid, & quasi conditio[n]ate, explicanturque hoc affectu; hoc nolle[m] facere, si hoc malum, seu periculum non vrgerer; & oppositum facerem, si tolleretur periculum: ergo se attritione, seu ex timore gehennæ dolens, hoc affectu implicatur; si gehenna mihi non immineret, peccatum non detestarer, sed illud amplectarer: ergo cum dolore peccati ex timore gehennæ permanet in peccatore amor, seu affectus ad peccatum; sicut proiiciens merces in mari ex timori naufragii, dicet plus amet se, & non naufr-

grari, amat tamen, et si amore in efficaci, hoc est, affectivè, iplas merces, quas non proiiceret, si periculum non immineret. Imò potius sentit, se obligatum agnoscere, eas perdere; sed disfonsum est, huius generis, vel speciei timorem, hoc est, attritionem sufficientem esse ad valorem, & fructum Sacramenti Pœnitentiae: cum affectum ad peccatum conservet; ergo iste dolor non sufficit ad valorem, & fructum Sacramenti; sed requiritur dolor, seu detestatio peccati, qui amorem saltem effectivum Dei includat, qui solus peccatum verè detestat.

Respondeo ad hoc argumentum, negando minorem de attritione à Trident. exacta; nam ea attritio est supernaturalis, vt potè ex impulsu Spiritus Sancti. Quomodo autem ex una parte sit timor servilis prædicta attritio, & ex alia voluntatem peccandi excludat, non difficulter componitur: nam qui ex impulsu Spiritus Sancti dolet de peccato ex timore gehennæ exorto, non dolet conservando affectum ad peccatum, seu cum conditione implicita, quod peccatum non odisset, si gehenna non esset, sed præcisivè se habendo. Ita, quod vitare culpam, illamque odisse, habeat profine proximo, & evasionem pœnæ non includendo, nec excludendo ordinem ad ulteriore finem bonum, aut malum; & hunc timorem nos docet Spiritus Sanctus, cum ait, Ecclesiast. 7. Me-

morare novissima tua, O in atermnum non peccabis.

Ad illud de Nauta in mari præiiciente merces; dicendum, quod merces de se non causat naufragium: & ideo odium projectionis earum in ea circumstantia naufragii componitur cum amore eorum secundum se: si verò merces de se essent causa naufragii, eo ipso odium eorum, imminente naufragio, esset odium ipsarum absolute, nullo retento affectu ad merces secundum se, & sic odium peccati actualis, vt infert sui pœnam, sive ex motivo fugiendo pœnam. ei correspondentem, etiam extenditur ad peccatum secundum se; quia peccatum ex se est causa illius naufragii, seu pœnae ignis; ita, & ferè per eadem verba NN. Salmant. citat. num. 32. & 48. vide illos, quia doctissime, & fuscæ doctrinam. istam dillucidant.

#### DECIMA SEXTA. propositio.

ORDINEM PRÆMITTENDI  
satisfactionem absolutioni induxit,  
non politia, aut institutio Ecclesia,  
sed ipsa lex Christi, O præscriptio naturæ rei id ipsum  
quodammodo dictante.

Damnata.

#### EXPLANATIO.

1144 A Dverte, quod hæc  
littera duplicitatem sensum ha-  
bere potest, in illis verbis; Ordin-

nem præmittendi satisfactionem ab-  
solutioni, unus est de impositio-  
ne poenitentiae à Confessario, aliis  
de adimplectione illius à pœni-  
tente.

Si loquitur de impositione pœnitentiae, sentiendum est 1. quod ordo præmittendi satisfactionem absolutioni non fuit institutus à Christo Domino, nec provenit ex natura iudicij Sacramentalis; quia ita declarat Alexand. Ratio est: quia satisfactio non est pars essentialis, sed integralis Sacramentis & sic absque illius impositione dabitur Sacramentum, & illius fructus, si alia ad hoc necessaria dentur: ergo neque ex essentia, seu natura Sacramenti, neque ex lege Christi (qui ea tantum, quæ in hoc Sacramento ex ipsius indigentia erant, instituit) ortum ha-  
buit, quod præmittatur.

1145 Sentiendum est 2. hanc præmixim imponendi ante absolutionem satisfactionem, fuisse ab Ecclesia introductam; quod quidem est inter Theologos communi-  
ne, & quoad hanc partem hæc propositio est temeraria, vt potè opposita Ecclesia, & Doctorum receptui, iuxta dicta in adver-  
tatis. num. 1024.

1146 Non damnatur hic 1. asserere, solum esse veniale, non imponere poenitentiam, ob peccata venialia, aut lethalia iam confessa, si levis esset imponenda, sicut poenitens non peccat mortaliè, eam non adimplendo; ita Dian. 6. part. tract. 6. ref. 44. & N. Ant. à Spir. Sanct. de poen. n. 1604.

1147 2. Non damnatur opinio satis communis, quod satisfactio potest imponi, seu commutari immediate post absolutionem; quia adhuc reputatur idem iudicium; ita Curs. Mor. tom. I. tract. 6. cap. 10. punct. 6. num. 75. & Conink de pœn. disp. 10. dub. 8. Tatus tamen est, ut plerique advertunt, ante absolutionem imponere, ne pœnitens, data absolutione, eam recusat; ita Bonac. de pœnit. disp. 5. quæst. 5. sect. 3. punct. 3. num. 7.

1148 Si sensus propositionis est de adimplerione satisfactionis; sentiendum est, quod ex nulla lege, vel consuetudine, datur obligatio præmittendi adimplerionem satisfactionis absolutio- ni, vt iam declaratum erat à Sixto IV. contra Petrum de Osma, damnante eius opinionem vt erro- neam, propter rationem datam, num. 1145.

1149 Aliquando tamen ex- pediet, quod pœnitens aliquam medicinalem pœnitentiam adim- pleat ante absolutionem; vide Lu- go de pœnit. disput. 25. num. 8. & 28. Et ipsamet dilatio absolu- tionis, etiam in pœnitente verum emenda propositionum habente, me- dicina est. Quibus in casibus id fieri possit, & expedit, vide in explicatione propositionis 60.

ab Innoc. XI. damnatae,  
n. 919. & 956.

\*\*

(\*)?§?(\*)?§?(\*)

### DECIMA SEPTIMA propositio.

PER ILLAM PRAXIM MOS  
absolvendi, ordo pœnitentiae est  
inversus. Damnata.

### EXPLANATIO.

1150 **H**æc propositio in suo asserto refer- tur ad præceden- tem; & videtur eius genuinam intelligentiam esse iuxta secundum sentum immediate positum à nu- mero. 1149. & 1150.

1151 Sentiendum est, quod per praxim mos absolvendi ante adimplerionem satisfactionis, non est inversus ordo, quem petit pœnitentia: quia ita declarat Alex- and. contrarium, vt errorem damnando, iuxta dicta num. 1149. & 1150.

Ratio damnationis est: nam ex- pectare adimplerionem pœnitentiae ad absolutionem; vel est, quia ita exigit natura Sacramentalis iudicii, vel vt de emendatione pœnitentis prius se Confessor certifi- cat, vel vt securus sit de propo- sito emendationis; si primum, aut secundum, nititur falso funda- mento; quia absolutio Sacramen- talis solum petit propositionum emenda pro dispositione pœnitentis, etiamsi de non emenda- tione timeatur; non vero petit ip- sam emendationem.

1152 Si tertium, dico, quod non requiritur in Confessario cer-

titudo moralis infallibilis, sed so- lum probabilis propositi pœnitentis; & quando nihil in pœnitente advertitur dictans, non adesse hoc propositum, præsumi debet, illud habere; vide numer. 1149. & 1150.

### DECIMA OCTAVA propositio.

CONS VET VDO MODERNA  
quoad administrationem Sacra-  
menti Pœnitentie, etiam si plurimorum  
bominum sustentet autoritas, &  
multi temporis diuturnitas confir-  
met, nihilominus ab Ecclesia  
non habetur pro vnu, sed pro  
abusu. Damnata.

### EXPLANATIO.

1153 **N**on facilè percipi- tur, quid haec propositio intel- ligat per hanc modernam con- suetudinem in administrando Poe- nitentia Sacramento; probabilius colligitur, tum ex contextu, tum ex assensu circa hoc lansenistarum, quod loquitur de eodem assump- tu, ac duo præcedentes; sed circa quodcumque loquatur, iudico esse temerariam, & Ecclesiæ iniuriosam, propter illa verba: *Nihilominus ab Ecclesia non habetur pro vnu, sed pro abusu.* Nam Ecclesia Sancta nul- lum in re gravi circa administrationem Sacramenti abusum tole- rat; sed potius iuxta naturam, & reverentiam huius Sacramenti, & fidelium profectum disponit, & vult eius administrationem fieri, &

abusus in re gravi exterminat; vt videri est in Trident. tota fere; sess. 14.

1154 Doctor Hebas in hanc propositionem, docte, & dexteriter congerit sequentia, quæ suis verbis placuit apponere: (Poteft (sit) etiam intelligi propositio de parvis pœnitentiis nunc impositis, ad quod dicimus: Primo, quod tenetur Confessor aliquam imponere, vt integritas Sacramenti ser- vetur; sic Trident. sess. 14. cap. 3. & 8. (vide num. 1147.) Secun- dò, quod non debet servari modus antiquus; quia his temporibus severitatem redolet. (Vide Men- dum in Bullam Cruciate, disp. 6. cap. 1. num. 7. & 11. Vbi dicit, quod indulgentiis suppletur spatium temporis pro pœnitentis intunc- tis.) Tertiò, quod impositio pœnitentiae aliqualis in articulo mortis manet sub dubio Authorum, sed probabilius est aliqualem imponi debere, sicut vehementissime contrito. (Vide Curs. Moral. tom. I. tract. 6. cap. 10. punct. 2. à num. 21.) Quartò, quod tempore Iu- biliei minima sufficit. Quintò, quod non petente pœnitente, non po- test imponi publica pœnitentia, adhuc pro publico delicto; ita fe- rere omnes Theologi contra paucos apud Navarrum, in cap. Sacerdos, num. 13. (Vide ut solidus hoc in- telligas, citatum Cursum, punct. 3. num. 39. vbi ait: *Nam si pœnitens tenetur scandalō satisfacere, per ali- quam publicam pœnitentiā, non est absolvens, nisi eam admittat: si tamen detur aliud medium sedandi*

274 Propositiones damnatae ab Alexand. VIII.

*scandalum; non est imponenda re-  
luctanti, neque sine absolutione di-  
mittendus.) Sextò, quod poenitentia  
tenetur acceptare poenitentiam  
rationabilem à Confessario  
impositam.) Hucusque Doct. He-  
bas, præter inclusa in semicirculis.*

DECIMA NONA

propositio.

*HOMO DEBET AGERE  
toto vita tempore pœnitentiam  
pro peccato originali.  
Damnata.*

EXPLANATIO.

1155 **S**entiendum est, ho-  
minem non teneri  
agere pœnitentiam,  
toto vita tempore pro peccato  
originali; quia ita declarat Alex-  
and. Ratio est: tūm, quia in  
Trident. sess. 5. num. 5. definitur,  
quod per Baptismum tollitur pec-  
catum originale, tām quoad rea-  
tum, pœnam, videlicet, quām  
quoad omnem rationem peccati,  
seu culpæ; contra hæreticos asser-  
entes, solum radi: ergo non est  
obligatio ad pœnitentiam pro ip-  
so, cum pœnitentia sit pœnam te-  
nere pro reatu peccati; ex quo se-  
quitur, quod non solum toto vi-  
ta tempore, non detur talis obli-  
gatio, quod hic exp̄r̄e declaratur,  
verum neque aliquo.

1156 Tūm etiam, quia actus  
virtutis pœnitentiae propriè sumptu-  
tæ dicunt, vel includunt retractationem  
peccati commissi: ergo nō

poteſt fieri propriè pœnitentia  
pro peccato originali. Patet con-  
ſequentia: nam retractatio est reſ-  
pectu actuū voluntatis propriè:  
ergo cum peccatum originale  
non sit commiſſum per propriam  
voluntatem (& ideò in posteris  
non est peccatum actuale, nec  
personale, sed habituale, & vo-  
luntarium terminativè, id est, per  
voluntatem Adami, moraliter in  
voluntate posterorum termina-  
tam) non potest pro illo propria  
pœnitentia dari; vide D. Thom.  
3. part. quæſt. 84. artic. 2. ad 3.  
& Salmant. tom. 4. disp. 14. dub. 2.  
§. 1. num. 31.

1157 Hæc damnata proposi-  
tio, vel est hæretica, eo quod sup-  
ponat, non esse deletum originale  
peccatum quoad reatum, contra  
Tridentin. vel ad minus erronea,  
vel hæresi proxima; quia in suo  
afferto conclusioni ex decisione  
Concilii illatæ opponitur, nimi-  
rum, non debet pro originali pœ-  
nitentia; cum Tridentin. afferat,  
esse deletum quoad culpam, &  
pœnam; vide dicta in adver-  
tentiis, num. 1019.  
& 1020.



Propositio Vigesima.

275

VIGESIMA PROPOSITIO.

*CONFESSI O N E S A P V D  
Religiosos facta, pleraque, vel sa-  
cilega sunt, vel invalide.*

Damnata.

VIGESIMA PRIMA  
propositio.

*P A R O C H I A N U S P O T E S T  
Suspiciari de Mendicantibus, qui  
eleemosinis communibus vivunt, de  
imponenda nimis levi, & incongrua  
pœnitentia, seu satisfactione ob  
quæſtum, seu lucrum sub-  
sidii temporalis.*

Damnata.

EXPLANATIO.

1158 **Q**uis, nisi status Reli-  
gioſi inimicus  
has assertions proferret? Quæro  
à te, o ſatis audax: Quid tuam  
ſtimulat mentem, vt talia audeas  
affirmare? Eſt ne invidia tua impa-  
tienter ferens proſperos Reli-  
gioſorum progressus? Ipsi nam-  
que ſedulo proximorum ſpiritua-  
lem ſalutem verbo, & exemplo  
procurant; & totis viribus co-  
nantur peccatores ad pœnitentia  
revocare, peccatorum fæda,  
lethalia, & lugubria damna præ  
oculis apponendo; & peccandi  
occasionses ſalutari medicina re-  
movendo: Deo pro hoc adipiſ-  
cendo fine, ſe hoſtiā ſanctam,  
& rationabilem exhibendo. Quid  
de Ecclesia Dei fieret, ait Chri-

ſus Dominus Seraphicæ Virgi-  
& meꝝ parenti Theresia, niſi Re-  
ligionibus fulciretur? Sed quid  
detineor, cum experientia hoc  
textetur; ſatis oſtendis, qui talia  
voceſeraris, Sanctissimæ Dei Ec-  
clesiæ, infirmum te fulcimentum  
præſtare.

1159 Sentiendum ergo eſt  
1. Contra vigesimam propositio-  
nem, confefſiones apud Religio-  
ſos factas, non eſſe ſacrilegas, ne-  
que invalidas: quia ita declarat  
Alexand.

Supponitur in hac propositio-  
ne, quod non deficit Religioſis,  
neque approbatio à Tridentin. pe-  
tita, nec iurisdictio ad hoc munus  
requisita, & hoc ſuppoſito, dam-  
nantur prædictæ propositiones;  
quia ſunt statui Religioſo iniuriou-  
ſæ, item piarum aurium offenſi-  
væ, insuper, quia scandalosæ; ita  
Corell.

1160 Sentiendum eſt 2. Con-  
tra vigesimam primam propositio-  
nem, non dari fundamentum  
ad hoc, vt Parochianus poſſit ſu-  
picari de Mendicantibus, qui  
communibus eleemosinis vivunt,  
quod in congruum, & levem pœ-  
nitentiam imponent pœnitenti-  
bus ob quæſtum, ſeu lucrum ſub-  
ſidii temporalis: quia ita declarat  
Alexand.

Et licet (quod Deus avertat)  
ita fieret, non ideò ex parte Men-  
dicantis absolvētis eſſet invalida  
confefſio; quia ſatisfactione non  
eſt pars essentialis Sacramenti Pe-  
nitentiae, vt dixi num. 1145.

1161 Dixi, ex parte Mendi-  
cantis, can-

274 Propositiones damnatae ab Alexand. VIII.

*scandalum; non est imponenda re-  
luctanti, neque sine absolutione di-  
mittendus.) Sextò, quod poenitentia  
tenetur acceptare poenitentiam  
rationabilem à Confessario  
impositam.) Hucusque Doct. He-  
bas, præter inclusa in semicirculis.*

DECIMA NONA

propositio.

*HOMO DEBET AGERE  
toto vita tempore pœnitentiam  
pro peccato originali.  
Damnata.*

EXPLANATIO.

1155 **S**entiendum est, ho-  
minem non teneri  
agere pœnitentiam,  
toto vita tempore pro peccato  
originali; quia ita declarat Alex-  
and. Ratio est: tūm, quia in  
Trident. sess. 5. num. 5. definitur,  
quod per Baptismum tollitur pec-  
catum originale, tām quoad rea-  
tum, pœnam, videlicet, quām  
quoad omnem rationem peccati,  
seu culpæ; contra hæreticos asser-  
entes, solum radi: ergò non est  
obligatio ad pœnitentiam pro ip-  
so, cum pœnitentia sit pœnam te-  
nere pro reatu peccati; ex quo se-  
quitur, quod non solum toto vi-  
ta tempore, non detur talis obli-  
gatio, quod hic exp̄r̄e declaratur,  
verum neque aliquo.

1156 Tūm etiam, quia actus  
virtutis pœnitentiae propriè sumptu-  
tæ dicunt, vel includunt retractationem  
peccati commissi: ergò nō

poteſt fieri propriè pœnitentia  
pro peccato originali. Patet con-  
ſequentia: nam retractatio est reſ-  
pectu actuū voluntatis propriè:  
ergò cum peccatum originale  
non sit commiſſum per propriam  
voluntatem (& ideò in posteris  
non est peccatum actuale, nec  
personale, sed habituale, & vo-  
luntarium terminativè, id est, per  
voluntatem Adami, moraliter in  
voluntate posterorum termina-  
tam) non potest pro illo propria  
pœnitentia dari; vide D. Thom.  
3. part. quæſt. 84. artic. 2. ad 3.  
& Salmant. tom. 4. disp. 14. dub. 2.  
§. 1. num. 31.

1157 Hæc damnata proposi-  
tio, vel est hæretica, eo quod sup-  
ponat, non esse deletum originale  
peccatum quoad reatum, contra  
Tridentin. vel ad minus erronea,  
vel hæresi proxima; quia in suo  
afferto conclusioni ex decisione  
Concilii illatæ opponitur, nimi-  
rum, non debet pro originali pœ-  
nitentia; cum Tridentin. afferat,  
esse deletum quoad culpam, &  
pœnam; vide dicta in adver-  
tentiis, num. 1019.  
& 1020.



Propositio Vigesima.

275

VIGESIMA PROPOSITIO.

*CONFESSI O N E S A P V D  
Religiosos facta, pleraque, vel sa-  
cilega sunt, vel invalide.*

Damnata.

VIGESIMA PRIMA  
propositio.

*P A R O C H I A N U S P O T E S T  
suspiciari de Mendicantibus, qui  
eleemosinis communibus vivunt, de  
imponenda nimis levi, & incongrua  
pœnitentia, seu satisfactione ob  
quæſtum, seu lucrum sub-  
sidii temporalis.*

Damnata.

EXPLANATIO.

1158 **Q**uis, nisi status Reli-  
gioſi inimicus  
has assertions proferret? Quæro  
à te, o ſatis audax: Quid tuam  
ſtimulat mentem, vt talia audeas  
affirmare? Est ne invidia tua impa-  
tienter ferens proſperos Reli-  
gioſorum progressus? Ipsi nam-  
que ſedulo proximorum ſpiritua-  
lem ſalutem verbo, & exemplo  
procurant; & totis viribus co-  
nantur peccatores ad pœnitentia  
revocare, peccatorum fæda,  
lethalia, & lugubria damna præ  
oculis apponendo; & peccandi  
occasionses ſalutari medicina re-  
movendo: Deo pro hoc adipiſ-  
cendo fine, ſe hoſtiā ſanctam,  
& rationabilem exhibendo. Quid  
de Ecclesia Dei fieret, ait Chri-

ſus Dominus Seraphicæ Virgi-  
& meꝝ parenti Theresia, niſi Re-  
ligionibus fulciretur? Sed quid  
detineor, cum experientia hoc  
textetur; ſatis oſtendis, qui talia  
voceſeraris, Sanctissimæ Dei Ec-  
clesiæ, infirmum te fulcimentum  
præſtare.

1159 Sentiendum ergò eſt  
1. Contra vigesimam propositio-  
nem, confefſiones apud Religio-  
ſos factas, non eſſe ſacrilegas, ne-  
que invalidas: quia ita declarat  
Alexand.

Supponitur in hac propositio-  
ne, quod non deficit Religioſis,  
neque approbatio à Tridentin. pe-  
tita, nec iurisdictio ad hoc munus  
requisita, & hoc ſuppoſito, dam-  
nantur prædictæ propositiones;  
quia ſunt statui Religioſo iniuriou-  
ſæ, item piarum aurium offenſi-  
væ, insuper, quia scandalosæ; ita  
Corell.

1160 Sentiendum eſt 2. Con-  
tra vigesimam primam propositio-  
nem, non dari fundamentum  
ad hoc, vt Parochianus poſſit ſu-  
plicari de Mendicantibus, qui  
communibus eleemosinis vivunt,  
quod in congruum, & levem pœ-  
nitentiam imponent pœnitenti-  
bus ob quæſtum, ſeu lucrum ſub-  
ſidii temporalis: quia ita declarat  
Alexand.

Et licet (quod Deus avertat)  
ita fieret, non ideò ex parte Men-  
dicantis absolvētis eſſet invalida  
confefſio; quia ſatisfactione non  
eſt pars essentialis Sacramenti Pe-  
nitentiae, vt dixi num. 1145.

1161 Dixi, ex parte Mendi-  
cantis, can-

in Decreto Sacrae Congregationis sub Innocent. XI. vt à me supra explicato, à num. 1017.

1172 Ex quo benè infertur, esse scandalosas has propositiones, cum proximo damnum afferrant, arcendo à communione. Insuper & temerarias, quia sunt contra Doctorum communem sensum, & Ecclesiae receptum, & praxim; iuxta dicta in advertentiis, num. 1036. & 1039.

### NIGESIMA QVARTA propositio.

*OBLATIO IN TEMPLO, QVÆ  
siebat à B. V. Maria in die Purificationis sua per duos pullos columbarum, vnum in holocaustum, & alterum pro peccatis, sufficienter testantur, quod indigerit purificatione, & quod filius, qui offeratur, etiam macula matris maculatus esset secundum verba legis. Damnata.*

### E X P L A N A T I O .

1173 **S**upponendum, quod in Levitico, cap. 12. erat ista lex: *Mulier si suscepto semine, pepererit masculum, immunda erit septem diebus. Et quod, Triginta tribus diebus manebit in sanguine purificationis sua.* Et insuper illi præcipiebatur, quod agnum offerret. Et si non posset hoc, duos sumeret turtures, aut pullos columbarum, vnum in holocaustum, & alterum pro peccato; insuper in Exodo, cap. 13.

erat lex præcipiens, offerri Deo omne primogenitum de Filiis Israel.

1174 Sentiendum ergò est, quod oblatio à B. Maria in Templo facta in die Purificationis per duos pullos columbarum non testatur, vel quod ipsa Purificatione indigerit, vel quod filius aliquam ex Matre maculam contraxerit; quia ita declarat Alexand.

Ratio est: quia purificatione non indiget, quod maculatum non est; sed B. Maria maculata non est, nec semine viri, vt de fide constat; nec aliquo fluxu sanguinis, vt communis Patrum consensus tenet apud Lorinum in cap. 12. Levitici: ergò non indiguit purificatione.

1175 Vnde sequitur 1. quod si Maria Sanctissima maculam non habet, cum conveniens fuerit, quod ea puritate niteret (ait Div. Anselmus, lib. de Excel. Virgin.) quæ maior sub Deo nequit intelligi, quomodo Christus ab illa maculatus erit?

1176 2. Sequitur, quod B. Virgo non fuit obligata lege purificationis: nam lex illa ita dicit: *Mulier, si suscepto semine: ergo cum Maria, vt fides docet, absque concursu viri, solo Spiritus Sancti influxu, conceperit, & Virgo post partum permanserit, non fuit tali lege obligata, vt est commune Sanctorum Patrum assertum, apud Lorinum citat. & Silveiram in Evang. hic, cap. 5. quæst. 2. & Cornel. Alapid. ad textum Levitici, v. 2.*

Nec

1177 Nec valet dicere, quod ubi Vulgata ponit, *suscepto semine,* lectio Hebræa habet, *si fecerit problem;* quod de Beata Maria verificatur. Non inquam obstat; tūm, quia communis consensus Vulgatam sequitur: tūm, quia adhuc in Hebræo immundam esse, asseritur à lege, suscepta prole, quod de Maria Sanctissima non verificatur, vt vidimus num. 1175. vide Cornel. Alapid. citatum.

1178 Sed dices, cur Maria legem implevit, si ea non erat ligata? Ex duplice motivo, aiunt communiter: 1. ad evitandum scandalum, quod sequeretur, si non fecisset: 2. vt exemplum obedientiae, & humilitatis ceteris praebaret.

Vnde vt ait D. Antonin. 4. part. dist. 15. cap. 20. §. 7. duplicitè dicitur aliquid purificari, vel per recessum à macula, vel per maiorem accessum ad summè purum; & hoc 2. modo se purificavit Maria Virgo.

1179 Ex dictis maneat, quod hæc propositio est malè sonans, & piarum aurium offensiva; Christo, & Beatæ Mariæ Virgini iniuriosa; item temeraria, quia communis sensui opponitur; insuper & heresis vehementer suspecta, cum præsumi possit, si eius Author fane mentis receptus non est, quod Ly indigerit Purificatione, & Ly, & quod filius, qui offerebatur etiam macula Matris maculatus esset. Referat ad illa verba: *Vnum in holocaustum, & alterum pro peccatis.* Etsi supponit, in Christo fuisse

peccatum, & in Maria mortale aliquod actuale, blasphemia est hereticalis; ita Corella hic, à numer. 142.

### V I G E S I M A Q V I N T A propositio.

*D E I P A T R I S S I M U L A C R U M  
nefas est Christiano in Templo  
collocare. Damnata.*

### E X P L A N A T I O .

1180 **S**upponendum 1. quod fuit in antiqua lege valde odiosum imagines, seu simulactra populo præponere, quia pronus erat ad idolatriam, & offendiculum in eam incidendi, ex hoc illis parabatur; vnde Exodi 20. 3. illis præcipiebatur sic: *Non facies tibi sculptile, neque omnem similitudinem, quæ est in cœlo desuper, & quæ in terra deorsum, neque torum, quæ sunt in aquis.* Idem habetur Deuteronomii 4. v. 16. vide Abulensem, quæst. 39. in cap. 20. Exodi, & quæst. 5. in cap. 4. Deuter.

1181 2. Suppono, quod simulacrum hic sumitur, non pro idolo, vt aliquando fit, iuxta illud Psalm. 113. *Simulacra gentium argentum, & aurum;* sed pro eodem, ac imago, sive picta, sive sculpta.

1182 3. Suppono, quod à tempore Christi Domini cœpit Sacrarum Imaginum veneratio, neficio an exordium sumpserit ex illa Christi celebri Imagine, quam à sua Omnipotentia pictam ad Aba-

cantis, &c. nam si poenitens aliquid præberet Confessori ob motivum intrinsecum respectu administrationis huius Sacramenti, & ita affectus confiteretur, sacrilegè peccaret, & nullum propter eius indispositionem acciperet Sacramentum; vide explicacionem propositionum 45. & 46. ab Innocent. XI. damnatarum, à numer. 768.

Si aliquid tribuatur Confessori ex motivo aliciendi, sive applicandi illum ad ministracionem, vel ut illius stipendum, non est reprobatum; sed taliter se Confessor cum poenitentibus ostendat, vt illum lucri temporalis alienum iudicent; ne occasionem illis præbeat hæc, vel similia machinandi.

### VIGESIMA SECUNDA propositio.

SACRILEGI SVNT IV DI-  
candi, qui ius ad Communionem  
prætendunt, antequam condignam  
de delictis suis poenitentiam  
egerint. Damnata.

### VIGESIMA TERTIA propositio.

SIMILITER ARCENDI SVNT  
à Sacra Communione illi, quibus  
pondum inest amor Dei purissimus,  
& omnis mixtionis expers.

Damnata.

### EXPLANATIO.

1162 **S**Opponendum, quod  
poenitentia tripli-  
citer sumi potest: 1. pro Sacra-

mento Poenitentia: 2. pro actibus principalibus virtutis poenitentia, nimis contritione, & attritione: 3. pro satisfacione Sacramentali à Confessario imposta, vel pro voluntario exercitio operum poenalium ad satisfaciendum pro poenis peccatorum debitibus.

1163 Sumpta poenitentia, pro Sacramento, præmittenda est ad Eucharistiam ab eo, qui peccati lethalis conscientiam habet (etiam si contritionem habeat) ex præcepto Divino, vt ait Sotus in 4. distinct. 12. quest. 12. artic. 4. Suarez de Euchar. disp. 66. sect. 3. in casu autem necessitatis, vt ad vitandum scandalum, vel infamiam, non habita copia Confessarii, cum sola contritione communicare potest; de quo vide explicationem propositionis 38. ab Alexand. VII. damnatae, à numer. 377.

1164 Adverte, quod licet Eucharistia sit Sacramentum vivorum, potest per accidentis primam gratiam dare, quando, videlicet, accedit aliquis ad eam, non habens conscientiam peccati lethalis, cum re ipsa illud habeat; ad quod requiritur, quod attrito præmittatur: non tamen est improbabile, non requiri attritionem; vide hoc apud Lugum de Eucharist. disput. 12. sect. 1. numer. 2.

1165 Sentiendum ergo est 1. Non esse sacrilegos, qui communionem prætendunt antequam de suis peccatis condignam satisfactionem præstent; quia ita decla-

rat Alexand. contrarium damnando.

Ratio est: quia Trident. sess. 13. cap. 7. loquendo de dispositione ad Eucharistiam, hæc habet: *Eam probationem necessariam esse, vt nullus sibi conscientia mortalis peccati, quantumvis sibi contritus videatur, absque præmissa Sacramentali confessione, ad Sacram Eucharistiam accedere debeat; sed nullam aliam dispositionem petit Concilium, nisi Sacramentalem confessionem præmissam: ergo non requiritur, quod prius apponatur condigna satisfactio.*

1166 Ex quo Tridentin. textu habetur, quod hodiè non est suspendenda à Confessario sumptio Eucharistiae, nisi aliquando fiat, vel per modum medicinæ ad peccata vitanda, vel quia spirituallis Pater prudenter probare, vel exercere vult filium spiritualem in obedientia, & resignatione; quod hic non damnatur.

1167 Imò, non est improbabilis opinio Vazquez, & aliorum apud Dianam, 3. part. tractat. 4. resolut. 3. i. afferentium, non peccare venialiter contra Eucharistiam eum, qui cum actuali peccato veniali concomitanti, puta, verbo otioso, vel mendacio levi, ad eam sumendam accedit; contrarium tamen sentio, quia est positiva irreverentia.

1168 Non damnatur hic opinio Durandi, Paludani, Caietani, Silvest. & aliorum apud Curs. Moral. tom. 1. tract. 4. cap. 6. punct. 4. num. 47. affirmantium, quod

ad effectum huius Sacramenti, nimis, gratiam, requiritur actuallis devotione, vel fervor charitatis; quia hoc diversum est ab assumptione propositionis damnatae. Opinio tamen contraria, videlicet, quod talis devotione non requiratur, est communis. Benè verum est, quod ad aliquos effectus communionis, vt ad animæ delicias, iuxta illud: *Pinguis est panis Christi, & prebeat delicias Regibus;* actualis devotione, seu fervor charitatis postulatur; vt ait Suarez, 3. part. disp. 36. sect. 9. & communiter.

1169 Sentiendum est 2. contra 23. propositionem, non esse arcendos à communione, qui purissimum Dei amorem non habent, omnis mixtionis expertem; quia ita declarat Alexand.

1170 Ratio est: tūm propter dicta num. 1166. Tūm, quia ex una parte solum petit status gratiæ sumptio Eucharistiae; & ex alia sufficit certitudo moralis huius status, vt videri potest in citat. Curs. cap. 7. punct. 2. num. 19. Nam talis certitudo excusat à temeritate quamlibet humanam actionem; sed hoc componitur, absque Dei purissimo amore: ergo non requiritur.

1171 Tūm denique, quia rarissimè Eucharistia à fidelibus sumeretur; cum rarissimi sint, qui talem amorem purissimum, & absque mixtione habeant. Concedo tamen, quod ad quotidie communicandum ij, qui Sacerdotes non sunt, talem amorem habere, seu procurare debent; iuxta dicta

garum Ædessa Regem misit; cuius historia apud Cartagenam, homilia de Transfigur. videri potest; & à primævis Christianæ Religionis temporibus declarat Trident. sess. 25. de invocat. & veneratione. ortum duxisse; & patet in Imaginibus, tām pīctis, quam sculptis à Luca Evangelista, iuxta antiquam traditionem, & apud nos habitis.

1183 Insuper declarat Trid. Imagines Christi, B. Virginis, & Sanctorum veneratione dignas esse, quod iam à secunda Synodo Nicana sanctum fuit, contra Arium, aliosque hæreticos; & docet Concilium, quod ille honor Imaginibus exhibitus non sistit in ipsis, sed quod ad prototypa referatur.

1184 Adverte, quod hæc damnata propositio, non asserit, quod Dei Patris imago, vel simulacrum non debet fieri, sed quod nefas est, quod in Templo collocetur; & licet non videatur denegare ei absolute venerationem, colligitur tamen, cum in templo non esse collocandam, affirmet.

1185 Sentiendum ergo est, non esse illicitum collocare in templo simulacrum Dei Patris, si ve Imaginem, tām pīctam, quam sculptam: quia ita declarat Alex. contrarium damnando.

Ratio est: quia licet Pater Æternus corporis expers sit, & non possit propriè figurari, iuxta illud Actor. 17. v. 9. *Genus ergo summus Dei, non debemus affirmit: Lapii scuptura artis...* Divi-

*num esse simile.* (Vide hic Bibliam Maximam) non tamen obstat, vt de eo aliqua pīctura, aut sculptile fiat nostro humano, & sensibili modo magis accommodatum, iuxta Ecclesiæ morem, vt sit memoriale, seu excitamentum ad illum in sua pīctura venerandum, & adorandum; quod fit non sistendo in simulacro. Etsi hoc ita est, quid repugnat, quod talis imago Dei Patris in templo ad hunc finem collocetur; sicut etiam Angeli, quamvis spirituales sint, non solum in lege gratiæ, sed in lege scripta, collocabantur in Tabernaculo, & in Templo? vt constat ex Exodo 25. & ex 3. Regum, cap. 6.

1186 Et licet Pater Æternus sub aliqua forma ostensus non sit, sicut constat de Spiritu Sancto, & de Angelis. Tamen ex nullo capite repugnat, quod aliqua rationabili figura signetur, & quod venerationi proponatur in lege gratiæ, in qua omnia sanè intelliguntur; & ita receptum est in ea, & sufficit quod expreßè declaratum sit à primo Pastore; vnde in hoc nō est audiendus Abulensis loco citato, inconveniens reputans, quod in Ecclesia Tripartite figuretur; excludantur tamen indecentes images, & ab Ecclesia non in usu habita.

1187 Hæc igitur propositio temeraria videtur; quia est contra communem Ecclesiæ sensum. Et si supponit, quod fieri possit imago Patris (de quo nihil Trident. expressit) & quod venerationi exponi non debeat, videtur sona-

re hæresim Arii, & Lutheri negantium Imaginibus Sanctorum venerationem; vt ait Corella hic, numer. 152.

### VIGESIMA SEXTA propositio.

LAVS, QVÆ DEFERTVR  
Mariae ut Mariæ, vana est:  
Damnata.

### EXPLANATIO.

1188 A Dvertendum, quod laus definitur ex D.

Thom. supr. Psalm. 17. in princip. quod est: *Sermo dilucidans magnitudinem virtutis;* videri est in nostris Salmantic. tom. 3. in arbor. prædic. num. 50. nisi velis sumere laudem largo modo, pro eodem ac honore, qui definitur, quod est: *Testimonium de excellentia alterius.* Ut ait Div. Thom. 1. 2. quæst. 2. artic. 3. nam aliquem honoramus, & verbis, & factis; si verbis, est laus; si factis, est honor. Tamen si honor propriè sumatur, respicit constitutos in excellenti dignitate, quasi in fine, seu termino existentes. Sicut laus propriè sumpta respicit bonitatem operationis, tendentis in terminum, seu finem, vt explicat S. Doctor in 3. distinct. 9. quæst. 1. art. 2. quæstiunc. 1.

1189 Vnde habemus, quod quæ magnauidinem virtutis habet, dignus est laude. Et quando laus est actus Religionis, quæ quidem cultum Dei respicit, debet fieri

cum aliqua submissione, & appellatur *Latria*, à verbo Græco *Latrevo*, quod tremere sonat; & quælibet Dei adoratio *Latria* dicitur. Si laus cum submissione, vel alia adoratio Beatae Virginis, vt Dei Matri frat, appellatur *Hyperdulia*. Si cæteris Sanctis, *Dulia*; de quibus tractat Div. Thom. 3. part. quæst. 25. artic. 4. qui 1. 2. quæst. 103. artic. 3. ad 2. asserit Duliam, & Hyperduliam distinctam esse à Religione. Probabile tamen est, esse actus secundarius Religionis; vide Salmantic. in arbore, numer. 78.

1190 Sentiendum ergo est, quod non est vana, sed pia laus Mariæ ut Mariæ: quia ita declarat Alexan.

Ratio est: quia etsi in Maria non intelligatur eius dignissima Maternitas (si hoc intendit propositio) adhuc laudem meretur; quia magnitudinem virtutis habet: nam Maria ut Maria, Virgo purissima est; vt Maria, est humillima, & se Ancillam Domini profitetur, & annuit, quod in ea fieret, secundum quod ei annuntiatum est; vt Maria, est Sancta; vt Maria, in Templo à teneris annis Deo dicata; vt Maria, de congruo meruit Maternitatem, & substantiam Incarnationis, non vt intentam, sed vt exequitam, de quo vide Illustrissim. Godoy in 3. part. tom. 1. disp. 13. num. 202. vt Maria, meruit de condigno augmentum gratiæ mediante quæ fuit ad Maternitatem disposita, vt ait idem Godoy, num. 23. sed tamen

tum hoc est magnitudo virtutis: ergò digna est laude ut Maria.

1191 Nec obstat, quod quilibet virtus, vel virtutis exercitium absque Dei auxilio, & concursu fieri non potest; quia hoc solum probat, quod in Dei gloriam referendum est, ut in ultimum finem: nam sine Deo, in quo vivimus, movemur, & sumus, nihil est, aut valet creatura.

1192 Ex quo patet, quod Maria Sanctissima ex omni capite digna est sermone dilucidante eius virtutis magnitudinem, hoc est, laude, quia bonam operationem, qua in finem tendit, elicuit iuxta dicta num. 1189. nam, quia naturales virtutes in ea fuere perfectae, digna est quacumque humana laude; quia Sancta, & infusis virtutibus ditata, digna honore Dulie; quia Mater Dei digna Hyperdulia; & ex hoc capite, cum sit maior omni laude, nec laudare sufficiat; sicut de Deo dicitur in Psalm. 64. iuxta Hieron. lectionem: *Tibi filie laus Deus in Sion*; id est, supra laudem honorare, & glorificare Deum debemus; insuper, quia contactum Christi intimissimum habuit, meretur apud doctos adorationem Latiae; quamvis multoties non convenit hoc illiteratis praedicare, ne in errorem incident; vide Cajetan. in 3. part. D. Thom. quest. 25. art. 5. in corpor.

1193 Hæc damnata propositione, ut ex se patet, quomodo cumque sumatur, est male sonans; item Sanctissimæ Virgini iniurio-

sa; insuper blasphema: quia est falsa locutio contra Deum in ea relucentem; iuxta dicta in aduent. n. 1022. 1023. & 1025.

1194 Et quamvis haeretica non sit, proxima tamen videtur haeresi Leonis Issaurici, & aliorum sequatum afferentium, Mariam solum esse reverentia dignam, dum Christum in ventre habuit; circa quod vide Vazquez, tom. 1. in 3. part. disp. 97. cap. r. numer. 6.

### VIGESIMA SEPTIMA propositio.

*VALVIT ALIQUANDO*  
baptismus sub hac forma collatus, in nomine Patris, & Fili, & Spiritus Sancti, pretermisis illis:  
*Ego te baptizo.*  
Damnata.

### VIGESIMA OCTAVA propositio.

*VAL ET BAPTISMVS*,  
collatus à Ministro, qui omnem ritum externam, formamque baptizandi observat, intus vero in corde suo apud se resolvit, non intendo quod facit Ecclesia.  
Damnata.

### EXPLANATIO.

1195 **S**upponendum 1. quod tria in Sacramentis ad eorum validitatem requiruntur, materia, forma, & intentio Ministri; ita declarat Con-

ci-

cilium Florent. in Decreto fidei, his verbis: *Hec omnia Sacra menta tribus persicientur, videlicet rebus, tanquam in materia, verbis tanquam forma, & persona Ministri conferentis Sacramentum, cum intentione faciendi, quod facit Ecclesia.*

1196 2. Supponendum, quod Ecclesia non potest mutare substantialiter materias, vel formas Sacramentorum, cum à Christo institutæ sint; ita declarat Trident. sess. 21. cap. 2. & sess. 7. can. 1. Mutatio accidentalis non facit Sacramentum invalidum, ut si Latinus forma Græcorum baptizet, quæ est: *Baptizetur servus Christi, &c.* illicita tamen erit, si non fuerit iuxta Ecclesiæ morem, & si in materia gravi, mortale; si in levia, veniale; ut ait Ledesma. tom. 1. cap. 1. circa conclus. 26. & Villalob. tom. 1. tract. 3. dif. 3.

1197 Sentiendum ergo est: 1. Quod in forma baptismi apponenda sunt ad eius valorem verba exprimentia actionem Ministri: quia ita declarat Alexand. contra proposition. 27. & est propositio de fide desumpta ex Concilio Florentin. in Decreto de Armenis, & ex Alexandro III. cap. 3. de baptism. & ita habet Ecclesiæ usus.

1198 A ratione probatur: quia actio ablueri propter multa fieri potest: ergo oportet, quod verbis formæ determinetur; sed hoc non fit per illa verba: *In nomine Patris, &c.* ergo per alia videlicet: *Ego te baptizo*, baptizandi actionem expressantia.

1199 Confirmatur: quia materia, & formæ Sacramentorum debent iater se vñiri moraliter, ut ex illis resultet artefactum morale, significans effectum Sacramentorum; sed modus quo se vñiuntur, est significando verba, quod fit per actionem: ergo debent dari verba actionem baptizandi significantia; vide Ledesma, cap. 4. de form. baptism. dub. 2.

1200 Sentiendum est: 2. Quod requiritur intentio in Ministro ad validitatem, tam baptismi, quam cuiuscumque alterius Sacramenti: quia ita declarat Alexand. contra vigesimam octavam propositionem: nam est propositio de fide definita contra haereticos in Trident. sess. 7. can. 11. his verbis: *Si quis dixerit, in Ministeris, dum Sacra menta consciunt, non requiri intentionem, saltem faciendi, quod facit Ecclesia, anathema sit.* Et Leon. X. damnavit hanc Lutheri propositionem: *Sacramentum validum est, etiam si verba à Ministro irrisoriè, & tocosè dicantur.* Vide eam in Curs. Moral. tom. 1. tract. 1. cap. 7. punct. 3. num. 23.

1201 A ratione probatur ex Div. Thom. 3. part. quest. 64. artic. 8. nam ea, quæ in Sacramentis pronuntiantur, & aguntur, indifferentia sunt: ergo ut ad suum effectum applicentur, debent ab aliquo determinari; sed nequeunt ab alio, quam à Ministro intendente, id facere: ergo debet in illo intentio dari ad validitatem Sacramenti.

Hæc

**1202** Hæc intentio actuallis debet esse: non tamen requiritur formalis, sed sufficit virtualis, quæ remanet, dum Sacramentum sit, ex formali in actionibus moraliter ab illa continuatis; habitualis intentio non sufficit: bene verò ad applicationem sacrificiorum, & aliorum suffragiorum, de quo vide *Lug. de Sacrament. in gener. disp. 8. sect. 5. & sect. 6. num. 90. & 91.*

Istæ propositiones damnatae videntur hæreticæ, utpote opposit. immediate propositionibus de fide, iuxta dicta numer. 1198. & 1201.

### VIGESIMA NONA propositio.

*FVTILIS, ET TOTIES  
convulsa est assertio de Pontificis  
Romani supra Concilium Ecumeni-  
cum autoritate, atque in  
fidei questionibus decernen-  
dis infallibilitate.*

Damnata.

### EXPLANATIO.

**1203** Hæc propositio duas continet partes, & utraque contra Pontificis Romani potestatem: prima adimere illi vult autoritatem supra Concilium Generale. Secunda, negare illi infallibilitatem in rebus fidei definiendis; & licet, ut aiunt R. Corella, & Doct. Hebas, videatur, hanc propositionem nihil affirmare, vel negare circa hoc, sed impugnare ventilantes hoc: ta-

men affirmationem, seu assertiōnem de autoritate Papæ suprà Concilium, & illius infallibilitate in definiendis rebus fidei, pro nihilo habet, dum ait: *Toties con-  
vulsa: ergo satis eius temeritas, &  
infidelitas appetat.*

**1204** Sentiendum est 1. contra primam eius partem Romanum Pontificem habere autoritatem supra Concilium Generale; quia ita declarat Alexand.

Ratio est: tum, quia in primis Concilium generale absque Pontificis autoritate congregatum, nullum est: nam ad Pastorem universalem oves ex omnibus gregibus congregare competit, non ad Imperatoriam potestatem; de quo doctè tractat Bellarmin. contra hæreticos, tom. 2. de controversiis, lib. 1. cap. 12.

**1205** Tum, quia Papa debet Concilium confirmare: unde Concilium Chalcedonense in Epistol. ad Sanct. Leonem Papam: *Rogamus, inquit, tuis Decretis no-  
strum iudicium, ut firmitas tua,  
filiis, quod decet, adimpleat.* Suppono, quod Papa, per se, aut eius Legatos, in Concilio Generali præsidere debet.

**1206** Tum, quia in primo renovatae Ecclesia Concilio, Actor. 15. Petrum Apostolum præsidisse affirmat Hieronimus in Epistol. ad August. quæ est 11. & colligit, supra Concilium fuisse: *Quia pri-  
mus surgit, primus loquitur, pri-  
mus questionem definit.* Et omnes, ait Hieronimus, *sententiam eius  
sequuntur.*

Tum;

**1207** Tum, quia Concilium Lateranense sub Leone X. ita declaravit contra Concilium Basilicense, his verbis: *Solum Roma-  
num Pontificem, tanquam super  
omnia Concilia autoritatem ba-  
bentem, &c.* Vide in Belarmin. lib. 2. cap. 17. column. mihi 97.

**1208** Tum denique, quia Summus Pontifex immediate à Christo Domino potestatem accepit, & absque populi dependen-  
tia: ut patet ex illis verbis: *Pasce  
oves meas.* Ioannis 21. & ex illis:  
*Quodcumque ligaveris super ter-  
ram, erit ligatum & in cœlis.* Matth.  
16. & est commune Theologorum  
assertum; ita Suarez de legib. lib.  
4. cap. 16. num. 2. & Villalob.  
tom. 1. tractat. 2. difficult. 16.  
num. 1. ergo supra Concilium ha-  
bet autoritatem: aliás cum de-  
pendentia ab alio potestatem ac-  
ciperet à Christo Summus Pastor.

Vnde merito assertunt aliqui, esse de fide, quod Pontifex Summus sit supra Concilium; Belarm. tamen, leg. 2. cap. 17. folio mihi 98. 1. fine sentit, non esse de-  
finitionem istam: esse verò tem-  
perarium hoc negare.

**1209** Sentiendum est 2. Pon-  
ticem Summum non posse erra-  
re, definendo ex Cathedra res  
fidei. Ratio est: nam *Ecclesia Dei  
vivi*, ait Paulus 1. ad Timoth. 3.  
vers. 15. est columna, & firma-  
mentum veritatis; sed in Summo  
Pastore hæc columna, ut in visi-  
bili petra solidatur, cum super  
illam Ecclesia ædificetur: ergo  
veritas in hac petra ex Cathedra

definita, firmissima, & infalli-  
bilis est; vnde à Christo dicitur  
Petro: *Ego rogavi pro te, Petre,  
ut non deficit fides tua.* Ex quo  
loco declarat Bernardus, Epist.  
190. non posse errare Papam ex  
Cathedra docentem. Vnde sic de-  
finiendo erit de fide. Quam au-  
tem infallibilitatem habeant ca-  
nonizationes Sanctorum? Vide  
circà hoc Dian. 11. part. tractat.  
de infallibilit. Decret. qui est in  
fine, à resolut. 15. & 18. vbi Ba-  
ñez, Suarez, & Ioannis à Sanct.  
Thom. adducit opinionem ne-  
gantem esse de fide, ipse tamen  
cum Valentia, Palao, & aliis, de fi-  
de esse, affirmat.

**1210** Hæc damnata propo-  
sitio, præcipue quoad hanc se-  
cundam partem, hæretica est;  
vt tradit Castro Palao, tom. 14  
tractat. 4. disput. 1. punct. 5.  
§. 2. num. 6. ita Corella, cum  
Suarez, Bañez, & aliis; quod  
intelligitur, definiente Papa ex  
Cathedra, etiam extra Conci-  
lium, ita plurimi, quos citat  
Dian. resol. 2. & à Leone X.  
asserit, esse definitum.

Vide resol. 1.

\*\*



## TRIGESIMA PROPOSITIO.

**VBI** QVIS INVENIERT doctrinam in Augustino fundatam, illam absolute potest tenere, & docere, non respiciendo ad ullam Pontificis Bullam.

Damnata.

## EXPLANATIO.

**1211** **S**upponendum, quod iam tetigi n. 1211. nimurum Papam errare non posse, definiendo ex Cathedra res fidei, & hoc, non solum in Generali Concilio, quod est de fide: verum neque extra Concilium, quod aliqui de fide iudicant, vt ex Dian. num. 1211. vidimus, alii heresi proximum, vt Belarmin. tom. 1. de controvers. lib. 4. cap. 2. in fine; insuper neque errare potest in praeceptis morum, quae toti Ecclesiae praescribuntur, & quae in rebus necessariis ad salutem, vel in his, quae per se bona, vel mala sunt, vertantur; ita Belarmin. cap. 5. Banez, 2. 2. quæst. 4. artic. 10. in brevioribus comment. dub. 6. Dian. 11. part. citat. resolut. 13. qui iudicat, hoc esse de fide, definitum à Martin. V.

**1212** Sentiendum ergo est, quod ad quamlibet Bullam Pontificis Summi attendendum est potius, quam ad Augustini doctrinam, vel in illo fundatam: quia ita declarat Alexand.

Ratio est: tūm potissima: quia

Pontifici Summo promissum est Christo, quod vt confirmet fratres, hoc est, oves suas, non deficit illi fides: & in Ecclesia, quæ est Columna, & firmamentum veritatis; est caput, & fundamentalis petra, & in ovibus regendis, iuxta dicta num. 1212. errare non potest; sed hoc de Augustino nullatenus verificatur: ergo potius ad Papæ Bullam, quam ad Augustini doctrinam attendendum est.

**1213** Probatur minor: nam licet omnium Patrum consensus in dogmatis fidei sit infallibilis, vt videri est in canon. de locis, lib. 7. cap. 3. num. 20. & affert Corella hic 178. non tamen infallibilis est unius, et si maximi Doctoris Sancti sententia.

Tūm etiam: quia illa doctrina possit esse, vel retractata ab Augustino, vel absolute illius non esse: quia heretici, vt suos errores diffunderent, & firmarent; in pluribus Sanctorum Patrum operibus miscuerunt alia.

## TRIGESIMA PRIMA propositio.

**BULLA URBANI OCTAVI,**  
in eminenti est subreptitia.  
Damnata.

## EXPLANATIO.

**1214** **S**upponendum, quod Innocentius X. quinque sequentes Iansenii damnavit propositiones, quae ita se habent: quas P. Corell. hic apponit.

I. Ali-

## Propositio Trigesima prima.

287

1. **A**liqua Dei precepta hominibus iustis volentibus, & conantibus secundum presentes, quas habent vires, sunt impossibilia: deest quoque gratia, illis quo possibilia fiant. Damnata.
2. **I**nteriori gratiae in statu naturæ lapsæ, nunquam resistitur. Damnata.
3. **A**d merendum, & demerendum in statu naturæ lapsæ non requiritur in homine libertas à necessitate, sed sufficit libertas à coactione. Damnata.
4. **S**emipelagiani admittebant prævenientis gratiae necessitatem ad singulos actus, etiam ad initium fidei: & in hoc erant heretici, quod vellent eam gratiam talem esse, cui potest humana voluntas resistere, vel obtemperare. Damnata.

5. **S**emipelagianum est dicere, Christianum pro omnibus omnino hominibus mortuum esse, aut sanguinem fuisse. Damnata.

6. **I**stæ ferè omnes propositiones coincidunt cum aliquibus ex hic appositis ab Alexand. VIII. damnatis: nam quinta coincidit cum quarta, & illativè cum quinta. Secunda autem cum sexta, & ex hac sexta infert Iansenius quartam, & suo modo primam: nam præcipuum intentum propositionis sextæ ab Alexand. VIII. damnata, vt videri est id eius explicatione, est auferre gratiam sufficientem. Hoc supposito.

7. **D**ian. 11. part. tractat. de infallibili. Decret. Pontific. resol. 1. cum Caram. in Theolog.

fundam. fundam. 4. num. 169. refert occasionem huius Bullæ Urban. VIII. vt suspicatur Corell. hic, num. 183. nam cum Innocent. X. Constitutionem promulgaverit, datam Romæ pridie Kalend. lunii, anno 1653. in qua vt hæreticas damnavit Iansenii præfatas propositiones, ausi sunt Iansenii Sectatores, vt eius vim evaderent, asserere, non posse Pontificem Romanum definire aliquid circè res fidei extra Concilium Generale; de quo iam dixi num. 1212. & permanente eorum asserto, tempore Urban. VIII. edidit hanc Bullam *In eminenti* declarans in ea idem, quod Innocent. X.

**1217** Et cum dura cervice Galliarum aliqui Doctores conabantur negare authoritatem Papæ ad definiendas res fidei extra Concilium; & quia contra ipsos urget Bulla Urban. VIII. *In eminenti* ausi sunt affirmare subreptitiam esse talem Bullam; & hoc damnat Alexand. VIII. Vnde.

**1218** Sentiendum est, prædictam Bullam non esse subreptitiam, sed vere ab Urban. VIII. editam.

Ad cuius pleniores intelligentiam adverte, quod esse aliquid subreptitium, est idem ac furtivè, id est, occultè ablatum ab alio invito, seu involuntariè se habente: Et hoc in Bullis Pontificis duplicitè intelligi potest; uno modo ex parte Bullam expedientis, nimirum Papæ, quasi furtivè utentis in Bulla authoritate, sive potestate, qua

## TRIGESIMA PROPOSITIO.

**VBI** QVIS INVENIERT doctrinam in Augustino fundatam, illam absolute potest tenere, & docere, non respiciendo ad ullam Pontificis Bullam.

Damnata.

## EXPLANATIO.

**1211** **S**Uponendum, quod iam tetigi n. 1211. nimurum Papam errare non posse, definiendo ex Cathedra res fidei, & hoc, non solum in Generali Concilio, quod est de fide: verum neque extra Concilium, quod aliqui de fide iudicant, vt ex Dian. num. 1211. vidimus, alii hæresi proximum, vt Belarmin. tom. 1. de controvers. lib. 4. cap. 2. in fine; insuper neque errare potest in præceptis morum, quæ toti Ecclesiæ præscribuntur, & quæ in rebus necessariis ad salutem, vel in his, quæ per se bona, vel mala sunt, veriantur; ita Belarmin. cap. 5. Bañez, 2. 2. quæst. 4. artic. 10. in brevioribus comment. dub. 6. Dian. 11. part. citat. resolut. 13. qui iudicat, hoc esse de fide, definitum à Martin. V.

**1212** Sentiendum ergo est, quod ad quamlibet Bullam Pontificis Summi attendendum est potius, quam ad Augustini doctrinam, vel in illo fundatam: quia ita declarat Alexand.

Ratio est: tūm potissima: quia

Pontifici Summo promissum est Christo, quod vt confirmet fratres, hoc est, oves suas, non deficit illi fides: & in Ecclesia, quæ est Columna, & firmamentum veritatis; est caput, & fundamentalis petra, & in ovibus regendis, iuxta dicta num. 1212. errare non potest; sed hoc de Augustino nullatenus verificatur: ergo potius ad Papæ Bullam, quam ad Augustini doctrinam attendendum est.

**1213** Probatur minor: nam licet omnium Patrum consensus in dogmatis fidei sit infallibilis, vt videri est in canon. de locis, lib. 7. cap. 3. num. 20. & affert Corella hic 178. non tamen infallibilis est unius, et si maximi Doctoris Sancti sententia.

Tūm etiam: quia illa doctrina posset esse, vel retractata ab Augustino, vel absolute illius non esse: quia hæretici, vt suos errores diffunderent, & firmarent; in pluribus Sanctorum Patrum operibus miscuerunt alia.

## TRIGESIMA PRIMA propositio.

**BULLA URBANI OCTAVI,** in eminenti est subreptitia.

Damnata.

## EXPLANATIO.

**1214** **S**Uponendum, quod Innocentius X. quinque sequentes Iansenii damnavit propositiones, quæ ita se habent: quas P. Corell. hic apponit.

I. Ali-

## Propositio Trigesima prima.

287

1. **A**liqua Dei præcepta hominibus iustis volentibus, & conantibus secundum præsentes, quas habent vires, sunt impossibilita: deest quoque gratia, illis quo possibilia fiant. Damnata.
2. **I**nteriori gratiae in statu naturæ lapsæ, nunquam resistitur. Damnata.
3. **A**d merendum, & demerendum in statu naturæ lapsæ non requiritur in homine libertas à necessitate, sed sufficit libertas à coactione. Damnata.

**4.** Semipelagiani admittebant prævenientis gratiae necessitatem ad singulos actus, etiam ad initium fidei: & in hoc erant hæretici, quod vellent eam gratiam talem esse, cui potest humana voluntas resistere, vel obtemperare. Damnata.

**5.** Semipelagianum est dicere, Christianum pro omnibus omnino hominibus mortuum esse, aut sanguinem fuisse. Damnata.

**1215** Istæ ferè omnes propositiones coincidunt cum aliquibus ex hic appositis ab Alexand. VIII. damnatis: nam quinta coincidit cum quarta, & illativè cum quinta. Secunda autem cum sexta, & ex hac sexta infert Iansenius quartam, & suo modo primam: nam præcipuum intentum propositionis sextæ ab Alexand. VIII. damnata, vt videri est id eius explicatione, est auferre gratiam sufficientem. Hoc supposito.

**1216** Dian. 11. part. tractat. de infallibili. Decret. Pontific. resol. 1. cum Caram. in Theolog.

fundam. fundam. 4. num. 169. refert occasionem huius Bullæ Urban. VIII. vt suspicatur Corell. hic, num. 183. nam cum Innocent. X. Constitutionem promulgaverit, datam Romæ pridie Kalend. lunii, anno 1653. in qua vt hæreticas damnavit Iansenii præfatas propositiones, ausi sunt Iansenii Sectatores, vt eius vim evaderent, asserere, non posse Pontificem Romanum definire aliquid circè res fidei extra Concilium Generale; de quo iam dixi num. 1212. & permanente eorum asserto, tempore Urban. VIII. edidit hanc Bullam In eminenti declarans in ea idem, quod Innocent. X.

**1217** Et cum dura cervice Galliarum aliqui Doctores conabantur negare autoritatem Papæ ad definiendas res fidei extra Concilium; & quia contra ipsos urget Bulla Urban. VIII. In eminenti ausi sunt affirmare subreptitiam esse talem Bullam; & hoc damnat Alexand. VIII. Vnde.

**1218** Sentiendum est, prædictam Bullam non esse subreptitiam, sed vere ab Urban. VIII. editam.

Ad cuius pleniores intelligentiam adverte, quod esse aliquid subreptitium, est idem ac furtivè, id est, occultè ablatum ab alio invito, seu involuntariè se habente. Et hoc in Bullis Pontificis duplicitè intelligi potest; uno modo ex parte Bullam expedientis, nimirum Papæ, quasi furtivè utentis in Bulla authoritate, sive potestate, qua

qua non potest: alio modo ex parte, vel impetrantis Bullam ex aliqua causa falsa motiva proposita, quod in dispensationibus accidere potest, vel publicantis Bullam non verè à Papa editam, sed falso, vt expeditam à Papa, publicatam, id est, fictam; & hoc etiam modo subreptitia est, quia aliquo modo potestas impediendi Bullas usurpatur à Papa.

1219 Si primo modo intelligatur Ly *subreptitia*, difficulter malitiam hæresis effugiet hæc propositio, cum à Papa potestatem auferat definiendi extra Concilium res fidei, iuxta dicta num.

1212.

1220 Si secundo modo, & hoc ex parte impetrantis Bullam, ex aliqua causa falsa proposita, videtur, eamdem mereri censuram, quia hoc modo errorem in motiva causa definiendi in summo Pastro ponit, vide prædictum num.

1212. in dispensationibus autem, errorem causæ potest habere Pastro de quo vide Curs. Moral. tom. 2. tract. 9. cap. 14. punct. 3.

1221 Si autem, esse subreptiam sumitur ex parte publicantis furtivè Bullam, non ita acrem ista propositio meretur censuram, secundum id quod sonat; *de occultis namque non iudicat Ecclesia*: suspicari tamen de illa potest iuxta circumstantias personæ proferentis, materiae controversæ, & aliorum; tamen hoc modo sumpta, est clarè iniuriosa personæ Bullam publicanti; vide in advertentiis, num. 1021. & 1025.

PONITVR, ET DECLARATVR  
Decretum Innocentii XII. damnans  
opiniones in favorem Bullæ Cruciate,  
circum approbationem Confessoris per eam eligendi,  
seu electi.

1222

**N**otandum est, non esse idem approbationem in Ministerio Sacramenti Pœnitentiae, ac iurisdictionem: nam approbatio est iudicium, vel ab Ecclesia, vel ab Episcopis de eo, quod ille sit aptus, aut ratione Beneficii, aut ratione sufficientiae, quam Ecclesia, etiam supponit in Parocho, semel, quod ei conferatur Beneficium Parochiale, vt ministret Pœnitentiae Sacramentum. At vero iurisdictio est habere subditos, in quos facultatem habeat, Sacramentum hoc administrandi, vel iure Ordinario, vt Papa in tota Ecclesia, aut Episcopus in sua Dioceesi, sive Parochus in sua Parochia, ratione suorum Beneficiorum, vel ratione delegationis, quam tribuit aliis, qui eam Ordinariam habet: vnde Papa pro tota Ecclesia delegare potest iurisdictionem suam Sacerdoti, in omnes fideles, pro ministerio huius Sacramenti; Episcopus in sua Dioceesi tantum; Parochus in sua Parochia; sed iste, solum approbato ab Ordinario delegare potest, vel alteri Parocho, quia ipse approbare non valet.

Suppono, quod etiam Episcopus prius approbare debet dacer-

do-

dotem, cui suam, in suas oves delegat iurisdictionem. Per Bullam ergo Summus Pontifex non tribuit approbationem, sed iurisdictionem, & vt ista ad proxim per Bullam reducatur, supponit illam, & iuxta extensionem approbationis, etiam probabilis, vt §. 4. à num. 1251. exemplis videbitur, erit & iurisdictionis, ita vt si ubique terrarum aliquis approbationem habeat (vt de Parocho satis probabilitè dicam §. 4. à num.

1246. ubique etiam per Bullam eligibilis erit; si solum vero in una Dioceesi, in illa tantum per eam eligendus est.

S. I.

PONITVR DEC R ETVM.

1223 **I**nnocentius XII. qui busdam Regni Portugalliae Episcopis supplicantibus, expedivit Decretum anno 1700. die 19. Aprilis, quod incipit: *Cum sicut non sine gravi. Et postquam refert, seu declarat, quod id, quod per suum Decretum, nunc declarat, & damnat, iam erat damnatum, & declaratum per Paulum V. Urbanum VIII. & Clementem X. ponit verba, quibus declarat, & damnat, sequenti forma:*

*Tenore presentium decernimus, & declaramus, Bullam Cruciate Sanctæ, nihil novi iuris induxit esse, nullumque privilegium continere, quoad approbationem Confessorum contra formam eiusdem Concilii Tridentini, & prædictarum Constitutionum Apostolicarum, adi-*

*ut Confessarii, tam Seculares, quam Regulares, quicumque illi sint, in vim dicta Bullæ Cruciate à pœnitentibus ad audiendas eorum Sacramentales confessiones electi, nullatenus confessiones bniusmodi audire valeant, sine approbatione Ordinarii, & Episcopi Dioecesani Loci, in quo ipsi pœnitentes degunt, & Confessarios eligant, vel ad excipiendas confessiones requirunt. Nec ad hoc suffragari approbationem, semel, vel pluries ab aliis Ordinariis aliorum Locorum, vel Dioecesum obtentam; etiam si pœnitentes illorum Ordinariorum, qui Confessarios electos approbassent, subditi forent. Confessiones autem aliter, & contra earumdem presentium, altarumque Apostolicarum Constitutionum formam delinceps faciendas, & excipiendas respectivè, præterquam in casu necessitatis, in mortis articulo, nullas fore, irritas, & invadidas: & Confessarios ipso iure suscipios esse, & etiam rigidè punientdos ab ipsis Ordinariis Locorum. Porro quamcumque contraria opinione, tanquam falsam, temerariam, scandalosam, & in praxi perniciem, prætenso quovis contrario usu, contrariaque consuetudine, etiam antiquissima, minimè obstantibus, motu, scientia, deliberatione, & potestatis plenitudine paribus, barum serie damnamus, & reprobarimus; contrariumque usum, ac contraria consuetudinem huiusmodi penitus, & omnino abrogamus, & abolemus.*

1224 Omnia hæc sunt verba Decreti, quod quidem absque due

I

bis

bio obligationem inducit; & cum sit declarativum, & damnativum: *Ex Cathedra in ordine ad mores, non indiget, ut obliget ad sui observantiam, publicatione in omnibus Regnis, Provinciis, & Dicēsibus, nec acceptatione populi, sed notitia tantum fidelium per testimonium sufficiens pro sua fide;* Lugo de fide Divina, disp. 20. num. 189. quod Decretum certum esse, dubitari nequit, cum Romæ publicatum sit, solemnitate solita, die 28. Augusti, anno 1700. & ad Hispanias suo testimonio pervenit, & per eas satis diffusum est; & insuper diversis illarum partibus publicatum fuit.

Quod autem ex ea parte, quod hoc Decretum declarativum, & damnativum est, non indigeat publicatione, & acceptatione populi, præter id, quod dixi, paret: quia non est lex humana ipsius Summi Pontificis, sed Divina, id est, Spiritus Sancti Ecclesiam regentis, & per visibile caput, Summum ipsius Ecclesia Pastorem, publicantis, & declarantis, quid sit bonum, quid sit malum, quid tenendum, quid fugiendum: ergo semel, quod Papa ex Cathedra declaravit, hoc esse fugiendum, tenendum est; habita certa notitia illius declarationis, quia nec ipse Summus Pontifex potest retrocedere; nec ab eius voluntate pendet, quod ita non sit, quod ipse ex Cathedra declaravit; quia non ex voluntate viri, nee ex voluntate carnis, sed ex Deo natus est. Et consequenter, nec depen-

det ab acceptatione humana, quod ita non sit, sicut dependet probabilitè lex humana, vt sit lex, quam etiam Papa potest, si sua fuerit, annullare.

1225 Fator tamen, quod quatenus hoc Decretum poenas imponit, tūm suspensionis, tūm excommunicationis, ipso facto incurrendas, Papæque reservatas extra mortis articulum, contra docentes, defendantes, aut ad proxim reducentes dictam opinionem, vbi hoc Decretum publicatum non fuerit, aut à populo, et si contra conscientiam non acceptum; probabile est non obligare nam ex hac parte, non declaratio, sed præceptum est; vt supra dixi in notationibus ad omnes propositiones, num. 5.

1226 Effugere tamen non valent damnationem huius propositionis; & consequenter peccatum grave, si talem opinionem practicaverint, tam Confessor, quam poenitens, nullamque, immo sacrilegam confessionem faciunt, vt potè accedentes ad eam contra gravissimam istam declarationem; insuper, & contra fidem delinquent; quia contradicentes Summo Pastori ex Cathedra in ordine ad mores declaranti: vt suprà notavi in prænotatis ad omnes has propositiones, num. 5. Quæ quidem meridiano sole clariora sentio, vt verè doctis patet. Tameoque ne maculatam suam conscientiam habeant, qui huic tanto Decreto, & declarationi tenaciter adhuc resistunt; nam illis, vt sup-

suppono, de hoc Decreto constat; etiam constat, damnari in eo prædictam opinionem: ergo resistunt Summo Pastori, ex Cathedra in ordine ad mores declaranti; cuius declaratio, vt iam dixi, à fidelium voluntate, & acceptatione non dependet.

1227 Notare debes hic, quod præsens Decretum loquitur de Confessariis delegatis, id est, habentibus delegatam iurisdictionem, non de his, qui eam ordinariam habent: nam loquitur de his, qui iuxta Tridentin. approbationem ab Episcopo habere debent; quod de delegatis Confessoribus tantum verificatur, cum ponat Concilium distinctionem, ab his, qui Beneficium habent Parochiale, in illis verbis: *Nisi, aut Parochiale Beneficium, aut approbationem ab Episcopis, que gratis detur, obtineat.*

## §. II.

QVID IN HOC DECRETO  
declarat Innocentius XII.

1228 **V**Num in hoc Decreto Innocentius declarat, consequenterque alterum damnat. Præsens §. inquirit quid declarat? Declarat ergo, quod Bulla Cruciatæ Sanctæ, in facultate, quam accipientibus concedit, eligendi Confessarium ab Ordinario approbatum, qui eos à reservatis absolvat, & alias gratias illis impertiri possit, nullum privilegium conce-

dit circà approbationem Confessarii eligendi; sed potius supponit in eo approbationem, iuxta tenorem Sancti Concilii Tridentini, nimirum, approbatum esse ab Episcopo; quia in hoc nihil unquam voluerunt Summi Pontifices innovare, vt patet ex illis Decretri verbis: *Tenore presentium decernimus, & declaramus, Bullam Cruciatæ sanctæ nibil novi iuris induisse, nullumque privilegium continere quoad approbationem Confessariorum contra formam eiusdem Concilii Tridentini.* Quibus verbis aperte declarat, quod Confessor eligendus, vel electus per Bullam, approbatus debet esse iuxta formam Concilii Tridentini, quin circa hoc Bulla aliquid novitatis per privilegium inducat.

*Vnde* (prosequitur Innocentius) Confessarii, sive Sacerdotes, sive Regulares, quicumque illi sint, qui approbationem non habent in Dicēsi, vbi eliguntur, nullatenus Confessiones audire valeant; etiam si approbati fuerint, ab uno, vel ab aliis, aliorum Locorum Ordinariis; & etiam si fideles per Bullam eligentes, oves sint illorum Ordinariorum, qui Confessarios electos approbasent. Quod brevi clausula manet intellectum, nimirum, quod Confessor electus per Bullam, debet esse approbatus ab Ordinario illius loci, in quo fit confessio, alias erit irrita, & invalida, atque sacrilega, si cum notitia huius Decreti, non ita vt declarat fiat: vt ipse Innocentius pergit declarando: scilicet, quod confessiones ali-

ter (verba sunt Decreti) contra carundem praesentium, aliarumque Apostolicarum Constitutionum formam deinceps facendas, & excipiendas respectivè, preterquam in casu necessitatis in mortis articulo, nullas fore, irritas, & invalidas.

1229 Istæ ergo sunt declarations Innocent. XII. in præsenti Decreto; quibus resistere, vt §. 1. dixi, non possumus. Quas declarations, advertit initio Decreti idem Innocentius, & vt iudico, etiam declarando iam fuisse factas à Summis Pontificibus, Paulo V. Urbano VIII. & Clemente X. & per duas vices in prosecutione sua declarationis se refert Innocentius ad Decreta, seu Constitutiones horum trium Pontificum, suum Decretum, sive declarationem per eas roborando: primò, per illa verba post primam declarationem, sic: *Et predictarum Constitutionum Apostolicarum. Secundò, post secundam, vel secundæ partis declarationem, ita: Confessiones autem aliter, & contra carundem praesentium, aliarumque Apostolicarum Constitutionum formam deinceps facendas, &c.*

1230 Et hinc oritur gravis difficultas, an confessiones factæ post Decretum istorum Pontificum, vel cuiuslibet illorum, vt Pauli V. non servatis, quæ in eo declarantur modo dicto de electione per Cruciatæ Bullam Confessarii non approbati in Diœcesi, ubi confessiones excipit, ex confidentia opinionum in dictis Decretis damnatarum, validæ fuerint,

etiamsi factæ ante hoc Innocentij XII. Decretum?

Cui difficultati aliquomodo subcumbens P. Ioannes ab Olmo, §. 8. sess. 2. §. 1. num. 5. scrupulosè respondet: quia Confessarios ita post Decreta istorum Pontificum electos per Bullam iurisdictione videtur caruisse: cum illis deficeret præcipua, & substantialis conditio, videlicet, approbatio requisita iuxta has declarations, vt per Bullam Cruciatæ iurisdictionem in fideles eligentes acquirerent. Sed ego sine formidine validas fore affirmo; & quod Ecclesia Sancta supplevit defectum Confessariorum: nam id facit, quotiescumque error communis, & titulus in his, quæ jurisdictionis sunt, intervenit. Et ita considerandum est de confessionibus, si forte fuerunt modo dicto factis: nam titulas Bullæ Cruciatæ, & error de probabilitate opinionis, nunc damnatae, iurisdictionem per piam Ecclesiam, ita prævenientem, & decernentem, tribuerunt Confessoribus in eligentes fideles, bona fide, ex privilegio Bullæ Cruciatæ. Et quia talis opinio in re falsa semper fuit, ita Sancta Ecclesia defectum eumdem supplevit semper.

1231 Hic notare debes, quod quamvis Regulares gaudent privilegio se confitendi de mortalibus cum simplici Sacerdote, de licentia suorum Prælatorum, vt dixi in Foro conscient. tract. 1. cap. 1. num. 75. & 76. si per Bullam Cruciatæ Confessorem eligant, debet

bet esse approbatus ab Ordinario Episcopo modo dicto; iuxta Suarez, tom. 4. disp. 28. sect. 6. numer. 11. Trullenc in Bullam, lib. 1. §. 7. cap. 1. dub. 10. num. 13. Non tamen reiicio, sed potius amplector opinionem contrariam, infra referendam §. 4. num. 1259. præcedentem tamen opinionem probabilem iudico.

1232 Dixi, ab Ordinario Episcopo, ex prima opinione, quia non capio, quod Pater Olmo sentit §. 5. num. 69. intelligens simul per *Ordinarium Prælatum Regularium*. Nam, vel sentit approbationem tantum Prælati Regularis sufficere, & hoc ille non admittit, vt videtur in ipso; vel iudicat (vt de eo existimo) quod simul cum approbatione Ordinarii Episcopi, habere etiam debeat approbationem Prælati Regularis, & hoc ego non admitto: quia nihil aliud desideratur, vt vtatur Regularis Bulla Sanctæ Cruciatæ pro Sacramento Pœnitentia, quam quod de licentia sui Prælati Superioris, vt Generalis, vel Provincialis, eam habeat: nam eo ipso expeditam facit facultatem Bullæ, tam respectu ipsius subditi, vt approbatum ab Episcopo Confessorem eligit, quam respectu Confessarii, vt illum absolvat. Quæ doctrina securissima mihi est.

Consequentè ad hoc est falsum, quod affirmat dictus Olmo, num. 71. & hoc suo supposito, nempè, damnari per hoc Decretum Innocentii XII. opinionem asserentem, posse Regulares sua li-

bertate, id est, absque Prælati licentia, vt Bulla Cruciatæ pro causibus reservatis: non itaque damnata est, vt de ea §. 5. num. 1278. redeunte sermone, dicam: tamen tamen opinionem non admitto, & ad summum tenuæ probabilitatis iudico.

### §. III.

*QVID PER HOC DECRETVM  
damnat Innocentius XII.*

1233 Ex prædicta declaratione, sequitur damnatio, vel vt in idem reddit, alia declaratio insurgit, damnando: etenim declarando sequentem opinionem, vt falsam, & in praxi perniciosa, eam damnat. Ad eam ergo, vel eas deveniendo.

Dico 1. damnari ad minus implicitè per hoc Innocentii Decretum, omnes opiniones, quæ affirmabant, quod approbatus cum limitationibus eligi poterat per Bullam Cruciatæ in ea Diœcesi, absque limitatione (dummodo limitatione non fuisset ex defectu scientiæ, & morum; de quibus præcipue approbatio est.) Ratio est: nam respectu rei limitatae, sive ad viros, sive ad loca, sive ad tallem hominum statum, seu qualitatem, vt solum pro rusticis est approbatio, non pro exclusis in hac limitatione; sed absque privilegio Bullæ, non potest sic limitatè approbatus excipere validè confessiones aliarum personarum, quæ in limitatione excluduntur,

ex defectu approbationis: ergo qua, quero, facultate ex Bulla id valebit? Cum Decretum Innocentii declarat: *Bullam Cruciatæ Sanctæ* (verba sunt Decreti) nihil novi iuris induxit, nuliumque privilegium continere quoad approbationem Confessoriorum, contra formam eiusdem Concilii Tridentini. Quam igitur impugnationem sustinebit tam manifesta circa hoc Summi Pastoris declaratio?

1234 Ex qua prima declaratione, damnantur, ad minus implicitè, sequentes opiniones. Prima est Enriquez, lib. 3. de poenitent. cap. 6. num. 8. & Ledesm. de poenitent. cap. 13. concl. 1. dub. 8. & aliorum afferentium, posse à foeminis eligi per Bullam approbatum tantum pro viris, etiam si ex defectu ætatis. Ratio est: quia iste pro mulieribus non est approbatus: nam licet pius, prudens, & doctus sit, semper adest præsumptio periculi ex iuvenili ætate: & raro invenitur, qui talibus dotibus se iudicet carere: unde iustissimè, & verè iste pro mulieribus non est approbatus: & nos debemus in hoc submitti præxi, & iudicio Ordinariorum. Quomodo ergo foemina per Bullam istum eligere valebit, si pro ipsa approbatus verè non est? Et absque Bulla non potest eum eligere, vt supponitur; & Bulla ex declaratione ista approbationem ab Ordinario supponit, vt per illam Confessor eligatur; vide Suarez, disput. 28. de poenitent. sect. 7. & Lugonem de poenitent. disp.

21. sect. 3. num. 57. & Trullenc in Bull. lib. 1. §. 7. dub. 2. numer. 16.

1235 Secunda opinio, quæ hic damnatur, est Fernandez in exam. Theolog. Moral. part. 3. cap. 9. §. 8. & Leand. de poenitent. disp. 11. quæst. 69. & aliorum, qui affirmant, quod approbatus pro vno tantum oppido, potest per Bullam à personis aliorum oppidorum eligi.

Distinguendum tamen hic est: Nam si approbatus pro vno rusticorum oppidulo, idèo est, quia caret sufficienti scientia pro aliis populis, vbi contractus, & commercia vigent; existimo, posse eligi per Bullam à similibus personis, sicut pro illo oppidulo approbatus est, non ab aliis, qui maiori indigent in Ministro intelligentia; insuper, & à viris piis, sana conscientia pollutibus similiter eligi potest. Hoc tamen intelligitur in illa solum Diœcesi, vbi talam limitatam approbationem obtinuit; in hac enim, non in alia, approbationem habet, ad minus probabilem, pro eo genere personarum, etiæ iurisdictionem, tantum in oves illius oppiduli, pro quo directus est; sed cum Bulla iurisdictionem tribuat approbato in ea Diœcesi, inde est, quod si in ea pro talibus personis est approbatus, in illa ab omnibus illius rusticæ personis eligi per Bullam Cruciatæ potest. Quod amplius iam iam explicabitur; videatur Lugo de poenit. sect. 1. & Trullenc in Bull. lib. 1. §. 7. c. 1. dub. 2. n. 5.

ille

1236 Ille autem, qui absolute, & simplicitè fuit approbatus, id est, cum absoluta, & sufficienti scientia, rectitudine morum, ætateque completa, cum limitata tamen iurisdictione, aut quia à foraneo tantum Vicario pro aliquo limitato Episcopatus territorio, vt pro Matrito, & eius termino, Praefecto; aut quia Episcopus noluit ad omnem Diœcesim tribuere illi delegationem; potest tamen sic approbatus in tota Diœcesi eligi per Cruciatæ Bullam, quia iste in illa absolute approbatus est, ratio huius: Nam etiæ absque privilegio Bullæ Cruciatæ, non possit in toto Toletano territorio Pœnitentiæ Sacramentum administrare, hoc non provenit ex defectu approbationis, quæ vt supponimus, absoluta fuit, sed aut ex limitatione iurisdictionis, in licentias tribuente, aut ex voluntate illas dantis, ad omnem suam Diœcesim extendere nolentis: accedente tamen Bullæ privilegio, in tota Diœcesi Sacramentum Pœnitentiæ fidelibus illam habentibus administrare potest; quia in illa approbatus est: & Papa per Bullam iurisdictionem illi ibi approbato tribuit; ita Enriquez, lib. 3. de poenitent. cap. 6. num. 8. Trullenc in Bull. lib. 1. §. 7. cap. 1. dub. 3. num. 6.

1237 Tertia opinio hic damnata est, quæ asserit, quod approbatus pro tempore limitato, v. g. pro tribus tantum annis, poterat etiam transacto tempore, eligi per Bullam Cruciatæ. Ratio

damnationis est: nam ille sic approbatus pro eo tempore est, vt eo transcurso, verè non est ab Episcopo approbatus; quia prudenter iudicant D D. Episcopi, quod per spatium trium annorum paulatim deficiet in sufficientia scientiæ, & in rectitudine morum, qui nunc in utroque probatus est. Et sufficit præsumptio huius periculi, vt illi pro eo tempore limitetur approbatio, usque dum per novam probationem, novum de eo iudicium formetur, & novam, si sufficiens inveniatur, approbationem accipiat: nam vt alibi sepius dixi, approbatio pro Ministro pœnitentiæ est iudicium, quod Ordinarius format, & exterius per publicum testimonium manifestat, de eo, quod iste sufficiens est in scientia, & moribus pro ministerio huius Sacramenti Pœnitentiæ; cum ergo, vt communiter ita recipitur, Ordinarius iudicet, & prudenter ex hominum, vt in plurimum, negligentia, & præcipue illorum, qui in seculo degunt, periculum in defiendo in his, quæ nunc cum sufficientia reperit, quis dubitet esse iudicium rectum, quod supra probatos, & examinatos facit, adeisse hoc periculum deficiendi; & hanc timens deficientiam, limitet approbationem ad tempus iuxta maius, vel minus periculum, quod in probatos agnoscit, aut recelat? Vide Trullenc in Bull. lib. 1. §. 7. cap. 1. dub. 7. num. 3.

1238 Et licet Regularibus detur approbatio absque temporis li-

mitatione; ideò est, quia præsumit Papa, qui ita fieri vult, quod Religio curam habet examinandi ad tempus Ministros omnes huius Sacramenti, de sufficientia in scientia, & restringendis morum; vt in nostra sit de triennio in triennio, per P. Provincialem, Priorem Conventus, & alium seniorem: secundo anno suæ visitationis, ita disponitur in 2. part. Constit. nostr. cap. 7. num. 2.

Omnis istæ opinione manent damnatae, ad minus, vt iam tertiæ, implicitè in illa huius Decreti clausula, nimurum: *Tenore presentium decernimus, & declaramus Bullam Cruciatæ Sanctæ nibil novi iuris inducisse, nullumque privilegium continere quoad approbationem Confessoriorum, &c.*

1239 Dico 2. quod præcipue, & expressè damnatur in hoc Innocentii Decreto, opinio asserens, quod approbatus ab Ordinario in una Dioecesi, eligi per Bullam Cruciatæ poterat in qualibet, id est, vbiique terrarum, si ad qualibet terrarum partem, vel Dioeceses transferantur habentes Bullam, seu sumentes eam legitime, pro anno suæ publicationis: quamvis in nulla alia esset approbatus; quam opinionem sustinuit Enriq. lib. 3. de poenitent. cap. 6. numer. 7. vbi plures refert Doctores; item Ledefm. in Summ. tract. de poenitent. cap. 13. conc. 1. dub. 7. Suarez de poenitent. disput. 28. sect. 7. num. 7. & 10. & plures alii, quos refert Trullenc in Bull. lib. 1. §. 7. cap. 1. dub. 2. num. 7.

Itaque declarat Papa; vt §. anteced. dixi, quod Confessor approbatus in una Dioecesi, non potest per Bullam in alia, vbi approbatus non est, eligi; etiam si poenitentes, qui per Bullam eligunt, subditi sint illorum Ordinariorum, qui Confessarios approbassent. Et Confessiones sic factas, id est, à Confessario electo per Bullam, sed non approbato in territorio, vbi eligitur, & confessiones excipit, nullas, irritas, & invalidas facit. Et prædictam opinionem damnat, vt falsam, temerariam, scandalosam, & in praxi perniciosa.

1240 Dico 3. quod hic manet, etiam damnata opinio affirmans pro Regularibus, quod sufficiebat, vt semel approbati fuisserint, vt vbiique terrarum per Bullam eligerentur; quod erat commune, vt testificat Silveira, tom. opusculorum, opusc. 2. resol. 23. quæst. 14. num. 73. fundatum huius opinionis erant verba Bullæ Plumbeæ, & Latinæ, scilicet: *Et quoad Regulares semel tantum approbati fuerint.* Hoc itaque per hoc Decretum Innocent. XII. damnatum expressè manet; quia in eo Pontifex Regulares expressat in sua declaratione illis verbis: *Vt Confessarii, tam Sæcularis, quam Regulares, quicunque illi sint.*

1241 Inquires nunc: Vtrum in hoc Decreto maneat damnata illa opinio communis contra communem, quæ affirmat, quod Regularis ab uno Episcopo approbatus, potest in aliis, vel omnibus

Dioec-

Dioecesis, Sæcularium Confessiones audire, sine nova illius, vbi eligitur approbatione? Quam videlicet potest in Curs. Moral. tom. 4. tractat. 18. cap. 4. punct. 2. §. 4. num. 75. & 76. & ex hac opinione ortum habuit illud proloquium: *Regularis semel approbatus, vbiique approbatus.*

Respondeo manere dictam opinionem damnatam, tam ex hoc Innocentii XII. quam ex Clementis X. Decreto; vt ego in Forum conscient. tract. 1. cap. 1. §. 5. num. 45. & 47. iam adverti, & breviter declaravi; ibi namque posui verba Clementis X. ex suo Decreto, expedito Romæ, die 19. Iunii, anno 1670. quod incipit: *Superna magni, &c.* quod assert Silveira, tom. opusculorum, opusc. 2. resol. 23. quæst. 16. num. 93. dicit ergo Pontifex, de Regularibus loquendo, in hac forma: *Adhæc Religiosos ab Episcopo ad Confessiones Sæcularium in sua Dioecesi audiendas approbatos, non posse in alia Dioecesi, eas absque Episcopi Dioecesani approbatione audire, quamvis poenitentes subditi sint, eius Episcopi, à quo ipsi Religiosi iam fuerant approbati.* Cui Decreto resistere non possumus, nec dicendo: hanc fuisse decisionem pro aliquo Regno, Provincia, aut Dioecesi; sicut de Brevi Innocentii X. quod incipit: *Deum sicut accepimus, & hanc eamdem, quam Clementis X. ordinationem, seu declarationem, circa Regulares continet; & tamen plurimi non admittunt, dicentes*

illud Decretum continere tantum decisionem inter Episcopum Angelopolitanum D. D. Ioannem de Palafox, & Patres Societatis; & cum sit quid odiosum, non est extendendum ad omnes Dioeceses, quod pro illa decisum est, sic explicabat Curs. Moral. tom. 4. tractat. 18. cap. 4. punct. 2. §. 4. num. 28. Admitto tanti Authoris solutionem, quamvis Diana. 10. part. tract. 14. & 4. misc. resol. 23. & alii convicti verbis Decreti Innocent. X. adhæserunt sententiae neganti. Hoc inquam de Clementis X. decreto, non est substatendum, cum pro omnium Regularium, vbiique degentium directione expeditum sit. Nec aliud commune valet effugium, plura Apostolica decreta (nescio, an protervitatis nostræ malitia) tangens, & aliqua, et si non omnia, infringens, nimurum, Decretum hoc Clementis X. receptum non esse. Non inquam valet, nam licet pro aliis, vel aliquo in eo contento, supplicatio ad Sedem Apostolicam intervenerit, sit, vel non sit, quoad hanc tamen partem, hic positam, ita receptum est, vt in Toletana Dioecesi dentur licentiae, pro Confessariis Regularibus, in illa approbatis, posita clausula, vt observetur Decretum Clementis X. Et quomodo probare valent in hoc punto, non esse receptum qui nituntur hoc asserere? Indagare namque possunt in tam secretissimo foro, in praxi adhuc esse contrariam opinionem? ludico, quod nec ipsi, qui eam ostendunt,

fe-

mitatione; ideò est, quia præsumit Papa, qui ita fieri vult, quod Religio curam habet examinandi ad tempus Ministros omnes huius Sacramenti, de sufficientia in scientia, & restringendis morum; vt in nostra sit de triennio in triennio, per P. Provincialem, Priorem Conventus, & alium seniorem: secundo anno suæ visitationis, ita disponitur in 2. part. Constit. nostr. cap. 7. num. 2.

Omnis istæ opinione manent damnatae, ad minus, vt iam tertiæ, implicitè in illa huius Decreti clausula, nimurum: *Tenore presentium decernimus, & declaramus Bullam Cruciatæ Sanctæ nibil novi iuris inducisse, nullumque privilegium continere quoad approbationem Confessoriorum, &c.*

1239 Dico 2. quod præcipue, & expressè damnatur in hoc Innocentii Decreto, opinio asserens, quod approbatus ab Ordinario in una Dioecesi, eligi per Bullam Cruciatæ poterat in qualibet, id est, vbiique terrarum, si ad qualibet terrarum partem, vel Dioeceses transferantur habentes Bullam, seu sumentes eam legitime, pro anno suæ publicationis: quamvis in nulla alia esset approbatus; quam opinionem sustinuit Enriq. lib. 3. de poenitent. cap. 6. numer. 7. vbi plures refert Doctores; item Ledefm. in Summ. tract. de poenitent. cap. 13. conc. 1. dub. 7. Suarez de poenitent. disput. 28. sect. 7. num. 7. & 10. & plures alii, quos refert Trullenc in Bull. lib. 1. §. 7. cap. 1. dub. 2. num. 7.

Itaque declarat Papa; vt §. anteced. dixi, quod Confessor approbatus in una Dioecesi, non potest per Bullam in alia, vbi approbatus non est, eligi; etiam si poenitentes, qui per Bullam eligunt, subditi sint illorum Ordinariorum, qui Confessarios approbassent. Et Confessiones sic factas, id est, à Confessario electo per Bullam, sed non approbato in territorio, vbi eligitur, & confessiones excipit, nullas, irritas, & invalidas facit. Et prædictam opinionem damnat, vt falsam, temerariam, scandalosam, & in praxi perniciosa.

1240 Dico 3. quod hic manet, etiam damnata opinio affirmans pro Regularibus, quod sufficiebat, vt semel approbati fuisserint, vt vbiique terrarum per Bullam eligerentur; quod erat commune, vt testificat Silveira, tom. opusculorum, opusc. 2. resol. 23. quæst. 14. num. 73. fundatum huius opinionis erant verba Bullæ Plumbeæ, & Latinæ, scilicet: *Et quoad Regulares semel tantum approbati fuerint.* Hoc itaque per hoc Decretum Innocent. XII. damnatum expressè manet; quia in eo Pontifex Regulares expressat in sua declaratione illis verbis: *Vt Confessarii, tam Sæcularis, quam Regulares, quicunque illi sint.*

1241 Inquires nunc: Vtrum in hoc Decreto maneat damnata illa opinio communis contra communem, quæ affirmat, quod Regularis ab uno Episcopo approbatus, potest in aliis, vel omnibus

Dioec-

Dioecesis, Sæcularium Confessiones audire, sine nova illius, vbi eligitur approbatione? Quam videlicet potest in Curs. Moral. tom. 4. tractat. 18. cap. 4. punct. 2. §. 4. num. 75. & 76. & ex hac opinione ortum habuit illud proloquium: *Regularis semel approbatus, vbiique approbatus.*

Respondeo manere dictam opinionem damnatam, tam ex hoc Innocentii XII. quam ex Clementis X. Decreto; vt ego in Forum conscient. tract. 1. cap. 1. §. 5. num. 45. & 47. iam adverti, & breviter declaravi; ibi namque posui verba Clementis X. ex suo Decreto, expedito Romæ, die 19. Iunii, anno 1670. quod incipit: *Superna magni, &c.* quod assert Silveira, tom. opusculorum, opusc. 2. resol. 23. quæst. 16. num. 93. dicit ergo Pontifex, de Regularibus loquendo, in hac forma: *Adhæc Religiosos ab Episcopo ad Confessiones Sæcularium in sua Dioecesi audiendas approbatos, non posse in alia Dioecesi, eas absque Episcopi Dioecesani approbatione audire, quamvis poenitentes subditi sint, eius Episcopi, à quo ipsi Religiosi iam fuerant approbati.* Cui Decreto resistere non possumus, nec dicendo: hanc fuisse decisionem pro aliquo Regno, Provincia, aut Dioecesi; sicut de Brevi Innocentii X. quod incipit: *Deum sicut accepimus, & hanc eamdem, quam Clementis X. ordinationem, seu declarationem, circa Regulares continet; & tamen plurimi non admittunt, dicentes*

illud Decretum continere tantum decisionem inter Episcopum Angelopolitanum D. D. Ioannem de Palafox, & Patres Societatis; & cum sit quid odiosum, non est extendendum ad omnes Dioeceses, quod pro illa decisum est, sic explicabat Curs. Moral. tom. 4. tractat. 18. cap. 4. punct. 2. §. 4. num. 28. Admitto tanti Authoris solutionem, quamvis Diana. 10. part. tract. 14. & 4. misc. resol. 23. & alii convicti verbis Decreti Innocent. X. adhæserunt sententiae neganti. Hoc inquam de Clementis X. decreto, non est substatendum, cum pro omnium Regularium, vbiique degentium directione expeditum sit. Nec aliud commune valet effugium, plura Apostolica decreta (nescio, an protervitatis nostræ malitia) tangens, & aliqua, et si non omnia, infringens, nimurum, Decretum hoc Clementis X. receptum non esse. Non inquam valet, nam licet pro aliis, vel aliquo in eo contento, supplicatio ad Sedem Apostolicam intervenerit, sit, vel non sit, quoad hanc tamen partem, hic positam, ita receptum est, vt in Toletana Dioecesi dentur licentiae, pro Confessariis Regularibus, in illa approbatis, posita clausula, vt observetur Decretum Clementis X. Et quomodo probare valent in hoc punto, non esse receptum qui nituntur hoc asserere? Indagare namque possunt in tam secretissimo foro, in praxi adhuc esse contrariam opinionem? ludico, quod nec ipsi, qui eam ostendunt,

fe-

Decretum Innocentii XII. & hanc vniuersalem approbationem docet Suarez, & certam, tom. 4. in 3. part. disp. 28. sect. 4. à num. 18. Petrus de Ledesma in Summ. cap. 13. conc. 1. dub. 9. §. *De la resolution*, &c. Petrus Valer. verb. *Absolutio*, different. 1. num. 16. Trullenc in Bull. lib. 1. §. 7. cap. 1. dub. 4. num. 2. & 3. Mendo in Bull. disp. 21. cap. 4. num. 66. & est commune contra Gutiert. lib. 1. qq. Canonic. cap. 17. numer. 21. & aliquos alios. Videantur citati Authores. Quare supposita hac vniuersali approbatione, id est, *pro ubique terrarum*, *vbi que per Bullam Cruciatæ Parochus eligi potest*: nam etsi ipse ratione sui Beneficii solum in oves suæ Parochiæ iurisdictionem habeat, habet tamen *vbiique approbationem*; & hac supposita, Papa per Bullam iurisdictionem illi concedit, ut *vbicunque eligatur*, ut potè, qui *vbicunque approbatus est*, ut supra §. 1. num. 1223. explicui.

1246 P. Fr. Ioannes à Sanctissima Trinitate, qui prosequutus fuit, & in licem dedit secundum volumen Chrifolis Theolog. Moral. Patris Fr. Andreæ à Sancto Ioseph, in verb. *Parochus*, n. 97. impugnat, me citat. in Foro conscient. num. 797. præiactam resolutionem; & ait, quod quamvis approbatio Parochi non sit ab Episcopo, sed ab Ecclesia, quæ idoneum iudicat Sacerdotem ad confessiones audiendas, eo ipso, quod in eo sit Parochi provisio, ei-

que tribuitur Parochi titulus; neago tamen, ait prædictus Author, quod ea approbatio, & idoneitas sit vniuersalis, & absoluta, ad excipiendas in toto orbe terrarum confessiones fidelium, sed limitata pro sua tantum Parochia, & ad summum pro Episcopatu, *vbi Parochia illius sita est*.

Cui impugnatiōi respondeo ex doctrina dicti Andreæ à Sancto Ioseph in 1. tom. Chrifolis, verb. *Approbatio*, num. 24. (quamvis applicatio illius doctrinæ non tenet in ordine ad Bullam) quam ego affero in Foro conscient. tractat. 1. cap. 1. §. 2. num. 8. vide licet, quod approbatio in Confessoribus est quid distinctum à iurisdictione; approbatio enim est iudicium approbativum Superioris de sufficientia, seu aptitudine huius Sacerdotis ad ministrandum Pœnitentiæ Sacramentum; iurisdiction autem est habere subditos, in quos possit ministerium, ad quod habilis iudicatur, exercere: Illa ergo sola sufficientia, scilicet, à Superiore probata, non sufficit, ut de facto ad præsum deducat illud; sed requiritur ista, nempe, iurisdiction, ut validè absolvere possit.

1247 Vnde iuxta extensio- nem territorii præbentis approbationem, erit extensio, & amplitudo approbationis; & ideo approbatio Episcopi, si absoluta fuerit, & absque limitatione aliqua, pro toto eius Episcopatu extenditur; ergo si Papæ territorium est totus orbis terrarum, cur eius approba-

tio alicui concessa, vel quibusvis voluerit Ministris elargiri, absolta, & sine limitatione aliqua, non erit pro toto ipsius territorio, scilicet, vniuerso mundo? Et consequenter limes in ea positus absque solido erit fundamento.

1248 Sed non ex hoc sequitur, quod ex vi præcise huius approbationis possit ita approbatus in toto Orbe ministrare Pœnitentiam: nam ut bene inquit ipse P. Fr. Ioannes à Sanctissima Trinitate, Parochus ex vi sui Beneficii curati, nec oves alterius Parochi confiteri valet. Quid ergo illi deest? Iurisdiction, hoc est, ut subditos ipsi tribuat, qui eos ex iure ordinario habet proprios, ut alter Parochus de sua Parochia, aut D. Episcopus in tota sua Dioecesi, in qua Parochiam habet ipse Parochus, aut parte illius, pro qua voluerit, aut alter Episcopus in sua, ea extensione, aut limitatione, qua placuerit ipsi, aut Summus Pontifex in tota Ecclesia, omni amplitudine, vel minus iuxta eius voluntatem. Et sic necessum est distinguere inter approbationem, & iurisdictionem, seu id, quod *Licentias* appellamus, & vnum cum alio non confundere, & advertere, quod approbatio sola non sufficit, ut Pœnitentiæ Sacramentum ministretur, sed insuper requiritur in Ministro delegato, de quo, ut iam tetigi, loquitur Decretum Innocentii XII. iurisdiction, hoc est, ut dentur ipsi oves, nempe subditi, ab illo, qui ordinariam habet iurisdictionem,

vt in illos suum exerceat ministerium. Et ista iurisdiction tribuitur per Bullam approbato à Papa; unde si hæc iurisdiction elargitur approbato, & Parochus est approbatus *pro ubique terrarum*, eligibilis erit per Bullam Cruciatæ *vbi que terrarum*.

1249 Ex quo manent satisfactæ instantiæ P. Fr. Ioannis à Sanctissima Trinitate, quas ibi adducit: Prima, quod Parochus ex vi sui Beneficii nequit administrare extrâ suam Parochiam, alia Sacra- menta: ergo nec Pœnitentiam. Concedo antecedens, & nego consequentiam, si loquatur in vi Bullæ Cruciatæ: quia per istam, solum pro poenitentia ministranda tribuitur iurisdiction, non pro aliis.

Secunda, quod etiam sine Bullæ privilegio, posset *vbiique terrarum* confessiones excipere: nam pro *vbiique terrarum* approbatus est. Sed contra: nam approbatio sine iurisdictione non sufficit; & istam tribuit per Bullam Papa. Et ex ea, iuxta extensionem approbationis, potest Sacramentum Pœnitentiæ ministrare: & sic, si approbatio fuerit absoluta, & sine limitatione aliqua, extendetur iuxta extensionem territorii dantis, nimis pro toto Orbe terrarum: quia mundus totus territorium est Papæ, qui absolutè, & sine limite tribuit, ut dictum est, Parochi approbationem.

1250 Et huic assensum pro prædicta securum iudico, ad hoc enim sufficiebat assumptum huius Decreti esse quid odiosum; quod

sequi, se audeant ad praxim reducere, suæ ruinam conscientiae timentes.

**1242** Est etiam per præsens Innocentii XII. Decretum, damnata hæc opinio: nam etsi in eo solum de Confessariis per Cruciatæ Bullam eligendis, fiat sermo; tamen ad suam declarationem firmandam, vel ut melius dicam, fortius intimandam, se refert Decretum Clementis X. relato; dicendo, iam per illud, & Pauli V. & Urbani VIII. determinatum, & prolatum esse, quod hic declarat. Ex quo sequitur, tūm, quod licet admittamus, nullo modo concedentes, Decretum Clementis X. receptum non fuisse, iam Innocentius XII. per hoc suum Decretum novum firmat, & roborat Clementis X. Decretum, illudque confirmat; vt videri est exemplo Decreti Alexandri VII. damnantis 45. propositiones, quod initio suæ expeditionis, & deinceps usque ad Innocentium XI. infirmam acceptationem, & praxim deflevit; at tamen ex quo Innocentius XI. damnavit 65. propositiones, robor, & firmitatem accepit; ea causa, quia ipse Innocentius XI. refert Alexandri Decretum, dicendo, se prosequere in declarando, & damnando, quod suus prædecessor, nempe Alexander VII. incipit; & hoc modo firmavit eius Decretum; & plus meo videri est, quod Innocentius XII. ostendit respectu Decretorum Clementis X. Pauli V. & Urbani VIII. nam Innocentius XI. loquitur non de

suis damnationibus, sed de damnatione aliarum propositionum, seu opinionum, quas Alexander damnavit. Innocentius autem XII. meminit Decreti Clementis X. & aliorum, vt suum firmet, & confirmet; vnde alterum ab altero robor, & efficaciam accepit. Tum etiam sequitur, quod Innocentius XII. in præsenti Decreto damnat, ad minus implicitè, vel potius, supponit damnatam, eam opinionem, de approbatione, ubique terrarum, in favorem Regularium, semel quod ab uno Episcopo sint approbati; cum ita clare supponat in eo, hoc esse iam decisum, seu damnatum à Clemente X. qui in suo Decreto, ab Innocentio XII. citato, de Regularibus absque privilegio Bullæ tractat. Quod ego certissimum iudico.

**1243** Dico 4. damnari etiam in hoc Decreto Innocentii XII. opinionem afferentem Parochum posse eligere approbatum in alia Dioecesi, pro suis ovibus confitendas, licet in ea, vbi Confessiones audit, approbationem non habeat. Fundatur hæc opinio in iure antiquo, usque huc, vt videbatur, non innovato; vt potest videri in Trullenc in Bull. lib. 1. §. 7. cap. 1. dub. 3. num. 16. Ratio, quod damnata sit, est: quia per hanc damnationem Innocentii XII. declaratur, quod Concilium Tridentinum exigit in Confessario, approbationem in ea Dioecesi, vbi confessiones excipit. Et non ideo tollitur illud ius Parochorum, scilicet, quod possint committere suis

suis ovibus confitendas, cuicumque alio Parochio, etiam alterius Dioecesis: quia Parochus habet pro tota Ecclesia approbationem, vt §. sequenti, num. 1249. dicam: Insuper cuicunque approbato, et si careat iurisdictione, etiam delegata, dummodo approbatus sit in ea Dioecesi, vbi confessiones audit.

Quæ omnia, unico verbo, bene intellecto, clausa sunt, nimirum, nullum Confessarium, sive Sæcularem, sive Regularē, gaudentem delegata iurisdictione, posse adhuc per Bullam Cruciatæ Confessiones Sæcularium audire, nisi approbatus sit ab Episcopo, in cuius territorio eas excipit.

### S. IIII.

#### DE HIS, QVÆ IN HOC Decreto Innocentii XII. non damnantur.

**1244** **Q** Vamvis hoc Innocentii Decretum declaret, Sanctæ

Cruciatæ Bullam nullum privilegium concedere quoad approbationem Confessariorum, contra formam Concilii Tridentini, vt præcedentibus §§. visum est; non tamen damnat eas opiniones, quæ secluso privilegio Bullæ, & attento iure Tridentini, extendunt approbationem, ex aliquibus circumstantiis, vel exponentium, vel expiatorum, contra alias, quæ limitant approbationem. Cum ergo Bulla Cruciatæ supponat in casis

bus referendis approbationem probabilem, non erit contra præsentem damnationem, quod iuxta extensionem approbationis probabilis, extendatur & iurisdictione per Bullam elargita: nam licitum est in his opinione uti probabili; quod exemplis clarius patebit. Hoc ergo supposito.

**1245** Dico, non damnari in hoc Innocentii Decreto, primo: quod Parochus, licet à non habentibus Bullam Cruciatæ, non possit ad confessiones eligi, nisi tantum à suis ovibus, tamen ab omnibus, qui illa gaudent, eligi potest ubique terrarum: nam est probabilissimum, quod approbatio Parochi est pro toto orbe, ex eo, quod approbatio illius non est ab Episcopo, de qua loquitur Decretum, sed ab Ecclesia, quæ semel collato Beneficio Parochiali eum constituit habilem pro ministerio Sacramenti Pœnitentiaz (dummodo ei non limitetur approbatio, ex defectu scientiæ, aut morum.) Vnde sicut ab Ecclesia approbatur, sic & eius approbatio universalis, sicut illa, debet esse. Quæ quidem universalis approbatio erat illi ex antiquo iure, in quo Concilium Tridentinum non tetigit, sess. 23. cap. 15. sed potius distinctionem facit, illis verbis: *Nisi aut Parochiale Beneficium, aut approbationem ab Episcopis, que gratis datur, obtineat; vbi ut vides, differentiam ponit Beneficii Parochialis, ab approbatione Episcoporum; & de hac secunda præcisè loquitur De-*

strictè interpretandum venit, si-  
stendo fidelièr in litterali præci-  
sè intelligentia terminorum; cum  
ergò ex vna parte Decretum hoc  
Innocent. loquatur solum de ap-  
probatione D. Episcopi, non est  
extendendum ad approbationem  
Parochi: quia inter vnam, & aliam  
distinctionem ponit Concil. Tri-  
dent. Et cum ex alia sit proba-  
bilissimus assensus Suarez, & alio-  
rum, quos citavi, nimurum, quod  
approbatio Parochi est pro *vbi-*  
*que terrarum*, non datur ratio, cur  
prædictus ita fundatus infirme-  
tur. Et non est idem asserere, quod  
approbatio pro vna Dioecesi suf-  
ficiat ad audiendas confessiones in  
aliis Dioecesis, vbi minister ap-  
probationem non habet, quod  
damnatum est; ac affirmare, quod  
approbatio, non solum est huius  
Dioecesis, sed etiam ab Ecclesia, seu  
pro tota Ecclesia; & quod in qua-  
libet Dioecesi est approbatus Pa-  
rochus; ex eo, quia approbatio  
eius est à Papa, cuius territorium  
est totus mundus. Vnde, quam-  
vis solum sit probabile, quod Sa-  
cerdos in tali, vel tali territorio  
est approbatus, probabilitate sa-  
tis fundata, poterit ministrare Po-  
nitentiam per Bullam Cruciatæ,  
per quam à Papa iurisdictione tribui-  
tur. Igitur cum sit probabilissi-  
mum, vt probatum relinquo, quod  
Parochus approbationem habet,  
*pro toto Orbe terrarum*, poterit  
per Bullam Cruciatæ ministrare  
Ponitentia Sacramentum, illam  
habentibus in toto illo: quia Pa-  
pa iurisdictionem per illam con-

cedit approbato in illo loco, vbi  
ex illa eligitur ille.

1251 Secundò, non damnatur  
opinio asserens, quod ille, qui  
absolutè, & simpliciter fuit ap-  
probatus, cum iurisdictione ta-  
men limitata ad partem alicuius  
Dioecesis, possit per Bullam Cruci-  
atæ in tota illa eligi; quia ab-  
solutè in tota illa est approbatus,  
vt iam probavi supra §. 3. numer.  
1237.

Tertiò, non damnatur, quod  
approbatus pro oppido rusticorū  
possit in tota illa Dioecesi eligi  
per Bullam Cruciatæ à similibus  
personis: quia pro illis in illa Dioe-  
cesi approbatus est; vt supr. loco  
citat. dixi num. 1236.

1252 Quartò, non damnatur,  
quod Parochus, qui Beneficium  
curatum renuntiavit (non si eo  
privatus est defectu scientie, aut  
morum) & qui iuxta probabilem  
opinionem, suam approbationem  
retinet (etsi contrarium probabi-  
lius sit) absolvere possit Sacra-  
mentaliter eligentes eum per Bul-  
lae privilegium, & alias gratias per  
approbatum administrandas, illis  
iuxta indigentiam distribuere: quia  
etsi iurisdictionem ex se non ha-  
beat, habet tamen iuxta probabi-  
lem opinionem, approbationem,  
qua licet vti potest; & Papa tri-  
buit illi per Bullam iurisdictionem  
in eligentes eum per illam; ita  
Rodriguez in addit. ad §. 9. nu-  
mer. 3. in fin. & Cruz apud Dian.  
1. part. tract. 11. resol. 8. Hoc  
autem intelligitur, non vbiue ter-  
rarum, quia caret Beneficio tri-  
buente

buente eum honorem, seu quali-  
ficationem, sed pro Dioecesi, vbi  
Parochus exitit: quia in ea exami-  
nationem suæ sufficientiae habuit.  
1253 Quinto, non damnatur  
opinio affirmans, quod approba-  
tus in vna Dioecesi possit eligi  
per Jubilæum anni Sancti in alia  
Dioecesi, vbi approbatus non est:  
quia præsens Decretum loquitur  
de electione per Bullam Cruciatæ:  
& cum damnatio sit quid odio-  
sum, extendenda non est. Item,  
& approbatus pro viris tantum,  
poterit per huiusmodi Jubilæum à  
foeminis eligi eadem ratione.  
Quod dicitur delubile anno Sancti  
intelligendum est etiam de  
illo, quod in ingressu sui Pontifi-  
catus, vel ex alia gravi circun-  
stantia concedit Papa, ad similitu-  
dinem anni Sancti; hoc est contrà  
P. Olmo in sua Apologetica res-  
ponsione, pagin. mihi 332. col. 1.  
in fine, qui asserit, esse damnatam  
hoc Innocentii XII. decreto, istam  
opinionem. Quem sequutus sum  
in Foro conscient. tractat. 1. §. 3.  
num. 26. & non me retracto; sed  
cum sit distinctum privilegium,  
Bulla Cruciatæ, & Jubilæum anni  
Sancti, non est, vt dixi, damnat-  
io extendenda ad Jubilæum, de  
quo non loquitur hoc Decretum,  
sed sistendum in privilegio Bullæ,  
de quo agit; & hoc etiamsi eadem  
ratio detur in vitroque. Præterea  
sufficiens disparitas invenitur: nam  
Jubilæum anni Sancti raro con-  
ceditur, & Bulla est privilegium quo-  
tidianum, & ex hac parte exposi-  
tum vñibus inordinatis, non ser-

vato Innocentii XII. decreto; il-  
lud verò cèlebris, cumulatius,  
plenissimum, & pro vna vice. Bul-  
la frequentissimè vtitur, & non ita  
amplum, & cèlebre; quamvis  
utilessimum, & magnum; sed tu  
cum possis, securiore elige viam.

1254 Sextò, non damnatur,  
quod Regularis approbatus ab Or-  
dinario, absque sui Prælati præ-  
sentatione, & etiamsi, eo repug-  
nante, possit per Cruciatæ Bullam  
eligi, in Dioecesi, vbi approba-  
tus est; quia verè est ab Ordina-  
rio approbatus; ita Trullenc in  
Bulla lib. 1. §. 7. cap. 1. dub. 6.  
num. 7. cum Ledesma, & Acosta,  
Villalob. 1. part. tractat. 9. disic. 30.  
num. 4. Dian. 1. part. tractat. 11.  
resol. 13. fine. Talis tamen Regu-  
laris, vt alibi dixi, non potest pri-  
vilegiis Ordinis vti; simili modo  
potest per Bullam eligi, qui post  
approbationem prohibitus est à  
suis Prælati, ne confessiones sacer-  
ularium audiat; dummodo non  
sit prohibitio ex defectu scientie,  
aut morum ad confessiones perti-  
nentium; ita Villalob. & alii cita-  
ti, qui affirmant, quod erunt con-  
fessiones validæ, etiam absque pri-  
vilegio Bullæ; delinquent tamen  
iuxta gravitatem prohibitionis;  
Trullenc, num. 8.

1255 Septimò, non damnatur  
opinio affirmans, quod Monia-  
les possunt per Bullam eligere  
Confessarium ab Ordinario appro-  
batum in Dioecesi, vbi à Monia-  
le eligitur: quin obstat huic asser-  
to quoddam Decretum Gregorii  
XV. id prohibentis, eo quod tale  
De:

Decretum, aut non suscepsum, aut suspensum est in Hispania ex Brevi Urbani VIII. ut videre est in Torrecill. tom. 1. de consultis, tractat. 2. cons. 4. à n. 15. qui cum pluribus Authoribus id affirmat.

1256 Dices, quod obstat Decretum Clementis X. quod incipit, *Superna magni Patris, expeditum Romæ, anno 1670. de quo iam dixi §. præcedenti, num. 1246.* verba ergo Clementis Papæ circa hoc sunt: *Et generaliter approbatos ab Episcopo ad personarum sacerdotalium confessiones, nequaquam censi approubatos ad audiendas confessiones Monialium sibi subiectarum, sed egero quoad hoc speciali Episcopi approbatione.*

Respondeo, quod prædictum Decretum (quod tantum videtur loqui de Monialibus Episcopo subiectis, & de Regularibus Confessoribus respectu istarum, eo quod totum Decretum de Regularibus tractat) intelligi debet absque pri vilegio Bullæ Cruciatæ; & sic, quod quilibet Confessor approbus ab Episcopo, non eo ipso ex hac generali approbatione maneat approbus pro confessionibus Monialium; & intelligitur hoc approbatione expedita, & practicabili ex defectu iurisdictionis in eas. Cæterum, si ab alio Superiori respectu Episcopi acquirat ille, qui simpliciter, & absolute est approbus, id est, absque defetu aliquo, iurisdictionem pro eam Confessionibus, manebit expedita, & practicabilis prædicta approbatio ab Ordinario; & istam

expeditionem, seu iurisdictionem tribuit Papa per Bullam approbato, & per illam electo.

1257 Quare iudico, quod Moniales, quæcumque sint, possunt eligere per Bullam Confessorium approbatum ab Ordinario, qui eas absolvat à mortalibus nota reservatis; et si ex licentia Prælatorum absque huius materiae limitatione Bullam Cruciatæ accipiunt, etiam à reservatis; & non improbabiliter, saltem pro aliquo singulari casu, eriamsi absque licentia Prælati Bullam possideant, iuxta dicta in Foro conscient. tract. 1. cap. 1. §. 9. num. 88. & 89. Sic explicat hanc Decreti Clement. X. partem doctissimus Pater Torrecill. citat. videatur à numero 44. Approbatus intelligitur in ea Diocesi, vbi confessiones Monialium excipit. Insuper addo, quod ut suspicor, & quasi absolute iudico, prædictum Clementis Decretum non est in Hispania quoad hanc partem receptum; vide Torrecill. citat. num. 30. Cuius non scrupulosè procedere in tota hac materia, sicut nec in quilibet bene tamen circumspecte, ut exigunt, & prudentialiter.

Dixi, quoad hanc partem receptum non esse, nam quoad limitationem approbationis Regularium semel approbatorum pro aliis Diocesis, certum iudico obligare propter dicta §. præced. num. 1246.

1258 Octavò, non damnatur opinio affirmans, posse Regulari eligere per Cruciatæ Bullam

Con-

Confessarium solum approbatum per suum Prælatum Regulari, videlicet Generalem, aut Provinciale; quia quilibet istorum suis est Ordinarius. Et Concil. Trident. nihil innovavit respectu Regularium in Ordine ad electionem Confessorii; sic affirmat Sairus, disp. 49. num. 11. Dian. in additionibus, resol. 4. 1. part. tract. 3. miscellaniū, resol. 47. Fr. Ludovicus à Cruce in explicat. Bull. disp. 1. cap. 2. dub. 24. qui citat Filiicum, & Bonacini. & non improbatum iudicat Trullenc in Bullam, lib. 1. §. 7. cap. 1. dub. 10. num. 3. in fine. Item illam retinet Thom. Hurtad. tom. 2. resol. moral. tract. 12. dub. 3. pagin. mihi 453. qui hanc partem probabilem appellat; plures pro ea referens: & ita docet Regulari per Bullam Cruciatæ posse absolvī, tam ab approbato à suo Prælato Regulari, Generali, scilicet; aut Provinciali, quam ab approbato à solo Episcopo, illius Diocesis intelligitur, in qua Regularis eligens commoratur, aut divagatur; idem docet fusijs Torrecilla post Decretum Innocent. XII. tom. 6. Apollog. sect. 3. à num. 985. pag. mihi 379. cap. 2. pluribus pro se citatis.

Et nota 1. in hac opinione, quod approbatus à suo Prælato Regulari potest esse secularis, et si alias Sacerdos simplex, videlicet, cùm licentiam habet Regularis se confitendi cum simplici Sacerdote, inspectis, seu servatis sui Ordinis legibus.

nocent XII. quæ novitè inserta est; vbi hanc partem sequitur, quam ego cum eo amplector.

1260 Negare tamen non possum contrarie partis probabilitatem, quam aliquando, quin ex eo inficiar, in Foro conscient, sequutus sum, ob similia præiactæ opinionis fundamenta: tum plurimum notæ in scientia famæ viorum, qui pro ea sunt: tum rationis in Bullæ, & hoc Innocent. decreto stabilitatæ non conteinnendæ, quam hoc discursu formo: nam liberum est privilegium concedenti eam, quam voluerit, formam, seu conditionem apponere; sed Bulla Cruciatæ, & expressius hoc Innocent. Decretum indiscriminatum pro adipiscendis illius gratiis à Confessario ministratis petit in eo approbationem ab Episcopo: ergo vt Regulares Bullæ privilegiis, quæ à Confessario dispensanda sunt, gaudeant, debent à Confessario ab Episcopo approbato ministrari. Maior patet, minorem probo: nam Decretum Innocentii explicans, seu declarans Ministrum à Bulla petitum, hæc habet verba: *Confessarii, tamen Seculares, quam Regulares, quicunque illi sint, in vim dictæ Bullæ Cruciatæ à pœnitentibus ad audiendas eorum Sacramentales Confessiones electi, nullatenus confessiones butusmodi audire valeant, sine approbatione Ordinarii, & Episcopi Dioecesani Loci, in quo ipsi pœnitentes degunt, & Confessarios eligunt.* Iungo ergo nunc hæc tria in vim Bullæ, & nullatenus valant

confessiones audire, & sine approbatione Ordinarii, & Episcopi Dioecesani. Ac si Pontifex diceret, si confessio sit facienda, non in vim Bullæ, quilibet cuiuscumque status sit, sua gaudeat exemptione, seu privilegio, vt Regulares, qui confiteri possunt cum approbato à suo tantum Prælato Regulari, vt potè Tridentinum non tangit in eorum Confessoribus, sed id stare permisit iuxta antiqua iura, privilegia, seu consuetudinem. At vero si in vim Bullæ voluerit confessionem facere, & eius gratis perfui, volumus, vt confessionem faciat cum approbato ab Ordinario, non vt cumque, sed Episcopo Dioecesano, qui examinatos, & sufficientes inventos approbat: nam cum Sanctæ Bulla Cruciatæ tot, tamen magna, & eximia privilegia, & gratias concedit, voluit sapiens, & prudens Ecclesia, vt ministrarentur à Ministro in scientia probato, qui benè sciat quid ministret, & quando debeat negare, quando vero elargiri. Et ad quid Innocent. XII. declarans Bullam Cruciatæ adderet: *Et Episcopo Dioecesano, si non intenderet, vt per ipsum tantum ministrarentur gratiae Bullæ?* Sufficeret namque dicere: *Sine approbatione Ordinarii.*

1261 Et urgetur satis: quia presumere non debemus, quod Bulla, aut hoc Innocentii Decretum contineat clausulam, aut verbum aliquod superfluum, inane, vacuum, & sine fructu, seu effectu; sed si non includerentur, seu intel-

ligerentur, in ea clausula Confessarii pro Regularibus, iam vt inanis, & sine effectu præsumetur talis clausula, nimurum, *Sine approbatione Ordinarii, & Episcopi Dioecesani:* ergo in illa debent Regularium Confessores includi, vt inanis non præsumatur. Minorem, in qua viget difficultas, probo: nam si id, quod hæc opinio probat, non intenderet Innocentius, sufficeret, quod Bulla Cruciatæ apponeret Confessarius, non addendo: *Approbatus ab Ordinario, id est, Episcopo Dioecesano,* iuxta declarationem Innocentii: cum nullus Confessor delegatus possit Confessiones audire, sine approbatione sui Prælati, respetive sumpti. Ad quid ergo Bulla Sanctæ Cruciatæ addidit *Approbatus ab Ordinario*, intelligens iuxta Innocentii declarationem, *Episcopum Dioecesanum*, seu quasi Episcopalem Dioecesim habentem, si non intenderet, vt per eum approbatus sit Minister Pœnitentia Sacramenti, vt ab illo in vim Bullæ ministraretur? Et alias hæc eius clausula inanis, & frustranea esset.

1262 Nec obstat, si dicas, etiam Prælati Superiores Religio- num, Episcopalem iurisdictionem habent: ergo in illa clausula, *ab Ordinario, & Episcopo illi intelliguntur.*

Contra: quia etsi Episcopalem iurisdictionem habeant: non tam in iuribus appellantur, quasi Episcopi Dioecesani. Item, etsi id concedam, tamen quod non lo-

quatur hoc Innocent. Decretum de illis, vel in illo includantur, meo videri, patet: nam in eo dicitur, quod non valeat Confessor ita approbatus, vt illud exigat, audire confessiones subditi illius Episcopi, à quo approbatus est, nisi in ea Dioecesi, in qua approbationem accepit; & sic Confessarii (verba sunt Innocentii XII. in hoc decreto) *tam Seculares, quam Regulares, quicunque illi sint...* nullatenus confessiones huiusmodi audire valeant, sine approbatione Ordinarii, & Episcopi Dioecesani. *Loci, in quo ipsi pœnitentes degunt, & Confessarios eligunt.... etiam se pœnitentes illorum Ordinariorum, qui Confessarios electos approbassent, subditi forent.* Sed apud nos, & alios Regulares (apud quos id interdictum non sit) potest approbatus à Prælato Regulari pro suis ovibus excipere Confessiones earum extra Provinciam Provincialis approbantis: ergo in approbatione exacta ab isto Decreto Innocentii XII. non includitur approbatio Prælati Regularis.

1263 Confirmatur iterum: nam illæ duæ particulæ decreti, nullatenus, & nisi, tribuunt formam verbis, audire valeant, prima nimurum, nullatenus, est exclusiva; secunda, videlicet, nisi, est determinans, seu restringens in ea materia, seu classe supra quam cadit: nunc ergo, supra quam classem personarum cadunt, Ly nullatenus, & Ly nisi? Respondeo, quod supra Confessarii audire valeant, quæ sunt verba decreti: er-

nocent. XII. quæ novitè inserta est; vbi hanc partem sequitur, quam ego cum eo amplector.

1260 Negare tamen non possum contrarie partis probabilitatem, quam aliquando, quin ex eo inficiar, in Foro conscient, sequutus sum, ob similia præiactæ opinionis fundamenta: tum plurimum notæ in scientia famæ viorum, qui pro ea sunt: tum rationis in Bullæ, & hoc Innocent. decreto stabilitatæ non conteinnendæ, quam hoc discursu formo: nam liberum est privilegium concedenti eam, quam voluerit, formam, seu conditionem apponere; sed Bulla Cruciatæ, & expressius hoc Innocent. Decretum indiscriminatum pro adipiscendis illius gratiis à Confessario ministratis petit in eo approbationem ab Episcopo: ergo vt Regulares Bullæ privilegiis, quæ à Confessario dispensanda sunt, gaudeant, debent à Confessario ab Episcopo approbato ministrari. Maior patet, minorem probo: nam Decretum Innocentii explicans, seu declarans Ministrum à Bulla petitum, hæc habet verba: *Confessarii, tamen Seculares, quam Regulares, quicunque illi sint, in vim dictæ Bullæ Cruciatæ à pœnitentibus ad audiendas eorum Sacramentales Confessiones electi, nullatenus confessiones butusmodi audire valeant, sine approbatione Ordinarii, & Episcopi Dioecesani Loci, in quo ipsi pœnitentes degunt, & Confessarios eligunt.* Iungo ergo nunc hæc tria in vim Bullæ, & nullatenus valant.

confessiones audire, & sine approbatione Ordinarii, & Episcopi Dioecesani. Ac si Pontifex diceret, si confessio sit facienda, non in vim Bullæ, quilibet cuiuscumque status sit, sua gaudeat exemptione, seu privilegio, vt Regulares, qui confiteri possunt cum approbato à suo tantum Prælato Regulari, vt potè Tridentinum non tangit in eorum Confessoribus, sed id stare permisit iuxta antiqua iura, privilegia, seu consuetudinem. At vero si in vim Bullæ voluerit confessionem facere, & eius gratis perfui, volumus, vt confessionem faciat cum approbato ab Ordinario, non vt cumque, sed Episcopo Dioecesano, qui examinatos, & sufficientes inventos approbat: nam cum Sanctæ Bulla Cruciatæ tot, tamen magna, & eximia privilegia, & gratias concedit, voluit sapiens, & prudens Ecclesia, vt ministrarentur à Ministro in scientia probato, qui benè sciat quid ministret, & quando debeat negare, quando vero elargiri. Et ad quid Innocent. XII. declarans Bullam Cruciatæ adderet: *Et Episcopo Dioecesano, si non intenderet, vt per ipsum tantum ministrarentur gratiae Bullæ?* Sufficeret namque dicere: *Sine approbatione Ordinarii.*

1261 Et urgetur satis: quia presumere non debemus, quod Bulla, aut hoc Innocentii Decretum contineat clausulam, aut verbum aliquod superfluum, inane, vacuum, & sine fructu, seu effectu; sed si non includerentur, seu intel-

ligerentur, in ea clausula Confessarii pro Regularibus, iam vt inanis, & sine effectu præsumetur talis clausula, nimirum, *Sine approbatione Ordinarii, & Episcopi Dioecesani:* ergo in illa debent Regularium Confessores includi, vt inanis non præsumatur. Minorem, in qua viget difficultas, probo: nam si id, quod hæc opinio probat, non intenderet Innocentius, sufficeret, quod Bulla Cruciatæ apponeret Confessarius, non addendo: *Approbatus ab Ordinario, id est, Episcopo Dioecesano,* iuxta declarationem Innocentii: cum nullus Confessor delegatus possit Confessiones audire, sine approbatione sui Prælati, respetive sumpti. Ad quid ergo Bulla Sanctæ Cruciatæ addidit *Approbatus ab Ordinario*, intelligens iuxta Innocentii declarationem, *Episcopum Dioecesanum*, seu quasi Episcopalem Dioecesim habentem, si non intenderet, vt per eum approbatus sit Minister Pœnitentia Sacramenti, vt ab illo in vim Bullæ ministraretur? Et alias hæc eius clausula inanis, & frustranea esset.

1262 Nec obstat, si dicas, etiam Prælati Superiores Religio- num, Episcopalem iurisdictionem habent: ergo in illa clausula, *ab Ordinario, & Episcopo illi intelliguntur.*

Contra: quia etsi Episcopalem iurisdictionem habeant: non tam in iuribus appellantur, quasi Episcopi Dioecesani. Item, etsi id concedam, tamen quod non lo-

quatur hoc Innocent. Decretum de illis, vel in illo includantur, meo videri, patet: nam in eo dicitur, quod non valeat Confessor ita approbatus, vt illud exigat, audire confessiones subditi illius Episcopi, à quo approbatus est, nisi in ea Dioecesi, in qua approbationem accepit; & sic Confessarii (verba sunt Innocentii XII. in hoc decreto) *tam Seculares, quam Regulares, quicunque illi sint...* nullatenus confessiones huiusmodi audire valeant, sine approbatione Ordinarii, & Episcopi Dioecesani. *Loci, in quo ipsi pœnitentes degunt, & Confessarios eligunt.... etiam se pœnitentes illorum Ordinariorum, qui Confessarios electos approbassent, subditi forent.* Sed apud nos, & alios Regulares (apud quos id interdictum non sit) potest approbatus à Prælato Regulari pro suis ovibus excipere Confessiones earum extra Provinciam Provincialis approbantis: ergo in approbatione exacta ab isto Decreto Innocentii XII. non includitur approbatio Prælati Regularis.

1263 Confirmatur iterum: nam illæ duæ particulæ decreti, nullatenus, & nisi, tribuunt formam verbis, audire valeant, prima nimirum, nullatenus, est exclusiva; secunda, videlicet, nisi, est determinans, seu restringens in ea materia, seu classe supra quam cadit: nunc ergo, supra quam classem personarum cadunt, Ly nullatenus, & Ly nisi? Respondeo, quod supra Confessarii audire valeant, quæ sunt verba decreti: er-

tionibus, dummodo ab Ordinario approbatis; si autem adest **causa**, vt defectus scientiae, aut morum in Regulari, de quibus constet D. Episcopo, valet limitatio in approbatione signata; ita Lezana, tom. 1. cap. 19. num. 8. Villalob. tractat. 4. dif. 53. num. 2. Portel in dubiis Regul. verb. **Confessor**, num. 3. & alii contra Suarez de poenitent. disput. 28. sect. 7. num. 19. & sect. 8. num. 4. Diana, 3. part. tract. 2. resol. 25. & 6. part. tract. 7. resol. 61. Lugo de poenitent. disp. 27. sect. 3. num. 57.

1269 Oppones dicta §. 3. numer. 1235. quod Sacerdotibus sacerularibus prudenter limitatur approbatio pro viris tantum, usque ad annum 40. etatis: ergo iuste fieri hoc etiam cum Regularibus. Respondeo, quod limitatio approbationis ad solos viros ex defectu etatis, pertinet ad mores; de quibus in Regularibus non attinet ad D. Episcopum approbatio, sed ad suos Prelatos Regulares. Ad D. autem Episcopum solum pertinet probare Regularem de scientia, & in ea sufficientem reperitum, debet eum absolute approbare; & hac approbatione data, Summus Pontifex tribuit sine limitatione iurisdictionem in Dioecesi Episcopi approbantis; insuper, quia plus aliquid fidendum est de Regularibus, in suis Claustris communiter viventibus, tot exercitiis, zelatoribusque munitis, quam de sacerulari Sacerdote, sua libertate in saeculo degente. Dein-

dè, quia videmus innumeros Sacerdotes sacerulares, ad Beneficia curata assumptos, qui solum annum vigesimum quintum attingunt; & illis conceditur sine limitatione ad solos viros absoluta approbatio: ergo dignum est, & rationabile, vt quod Ecclesia Sancta his, supposito Beneficio, concedit, non limitetur Regularibus pro ea Dioecesi approbatis. Ita Curs. Moral. tom. 4. tractat. 18. cap. 4. punct. 2. §. 3. num. 68. 69. & 70.

1270 Duodecimò, non videatur damnari in hoc Innocent. XII. Decreto, quod Regulares iter agentes, & semel ab Ordinario approbati, possint Confessiones audire, non solum in ea Dioecesi, vbi approbati sunt, sed in quacumque Dioecesi sint extra domum degentes, omnium sacerularium ad eos accedentium. Quod privilegium concessum est post Concilium Tridentinum à Gregor. XIII. & Eugenio IV. pro Minoribus, quod confirmavit Paulus V. Bulla 19. intelligitur hoc, non repugnantibus Parochis, & non existente in eodem loco Episcopo, aut si non fuerit facilis ad eum accessus. Quo privilegio gaudent omnes Regulares in privilegiis communicantes; Lugo de poenitent. disp. 21. num. 29. Pellizar. tractat. 8. cap. 3. sect. 2. num. 31. & 41. Suarez, tom. 4. in 3. part. disp. 18. sect. 3. Palao, tom. 4. tract. 23. disput. vnic. punct. 14. num. 13. Curs. citatus, §. 4. num. 72. Quare hoc indultum deserviet

pro

pro Religiosis, semel approbatis, itinerantibus, sive causa petendae eleemosinae, aut alterius negotii per aliam Dioecesim transeuntibus, vbi approbationem non acceperunt, vt possint in illa sine timore, & rumore conscientiae, omnium fidelium Confessiones audire, ait praedictus Cursus.

1271 Insurges, & non leviter: quia hoc Innocentii Decretum, ita vrgens est, omnesque additus taliter intercludit, vt nullum evadendi locum relinquit, nullusque appareat casus, præter mortis articulum, in quo Minister delegatus, et si Regularis, possit Poenitentiæ Sacramentum ministrare Sacerularibus, etiam Sacerdotibus, sine Episcopi approbatione, in ea Dioecesi, in qua Poenitentiæ ministratur, sive poenitens sit ovis, vel non alterius Dioecesis, vbi iam approbationem obtinuit: ergo post hoc Decretum Innocentii XII. nec valet, nec practicari potest privilegium praedictum pro Regularibus itinerantibus, Gregorii XIII.

Probatur antecedens, in quo difficultas adest, quia Innocent. XII. non solum declarat, invalidas fore confessiones ex privilegio Bullæ Cruciatæ factas cum Ministro, sive Regulari, sive Sacerulari, non approbato ab Episcopo illius Dioecesis, in qua confessiones audit; sed insuper progredivit annulando omnes Confessiones contra Decreta, seu Constitutiones Pauli V. Urbani VIII. & Clementis X. de quibus memoriam, initio

sui Decreti facit, & ad quos postea refertur, ita asserendo: *Et contra earundem præsentium, altarumque Apostolicarum Constitutionum formam, deinceps faciendas;* sed Constitutiones prædictorum Pontificum, vt videri est in ipsis, omnem contrariam consuetudinem extingunt; & quod plus est, omne privilegium Regularibus, & non Regularibus, totis viribus revocant; & quod solum ad normam Concilii Trident. fiant per Ministrum Confessiones, id est, approbatum ab Episcopo, in cuius Dioecesi Confessiones excipit, vt ipsi planè declarant; & quod magis vrget, omnem præclude ns exitum, est, prædictas Constitutiones, quas Innocent. XII. hic allegat, non loqui de practica in vim Bullæ Cruciatæ, sed abstrahendo ab ea, vt patet in Decreto Clement. X. vbi hæc habentur verba, de Religiosis loquendo: *Ad bæ Religiosos ab Episcopo ad Confessiones secularium in sua Dioecesi audiendas, approbatus, non posse in alta Dioecesi eos absque Episcopo Dioecesani approbatione audire, quamvis poenitentes subditi sint eius Episcopi, a quo ipsi Religiosi iam fuerant approbati:* Ergo invalidæ sunt, & irritæ Confessiones factæ absque norma Concil. Trident. iuxta declarationem Innocent. XII. & Clement. X. non obstante quocumque privilegio, vt ex verbis Innoc. XII. constat: *Non obstantibus . . . statutis, consuetudinibus, privilegiis, quoque indultis, & litteris Apostolicis eisdem ordinibus, &c.*

gò in Ly Confessarii, tām Sacerdotes, quām Regulares audire videntur, aliqui, qui verè sint Confessarii excludendi sunt, vt in vim Bullæ Cruciatæ audiant confessiones, & aliqui determinantur, vt in vim Bullæ Confessiones excipiant: Quæro, qui sunt exclusi, qui verè Confessores sunt? Non sacerdotes, & Regulares approbati ab Episcopo Dioecesano: nam isti includuntur in conditione: ergo approbati pro Religiosis à Regulari Prelato, sive sacerdotes, sive Regulares sunt. Consequentia vrget, quia nulli alii dantur Confessarii delegati (de quibus loquitur Decretum) qui verè Confessarii sunt.

1264 Nec valet dicere: primò, quod simplex Sacerdos est Confessor peccatorum venialium, & lethalium, quæ in aliis confessionibus absoluta sunt; & insuper in articulo mortis ab omnibus peccatis absolvere potest: Secundò, quia simplex Sacerdos verè est Confessor Religiosorum, & à quibusvis peccatis eos absolvere valet; & Sacerdos simplex nullam habet approbationem: ergo datur verus Confessor nullam habens approbationem.

1265 Contrà, & ad primum dicitur: tūm, quod Sacerdos simplex non intelligitur nomine Confessarii; cum ideo dicatur simplex, quia Confessor non est, & iurisdictione caret: tūm, quia Decretum non diceret: Confessarii, tām sacerdotes, quām Regulares, sed Sacerdotes, tām sacerdotes, quām Regulares.

Ad secundum, dicendum, quod Sacerdos simplex est Confessor respectu Regularium (nisi à particularibus alicuius Religionis, Constitutionibus limitetur) quia ex iure antiquo sic habetur, in quo Tridentinum Concil. non tētigit; vnde propriè loquendo approbationem habet à iure, à quo idoneus iudicatur pro Confessionibus Religiosorum. Et in rigore loquendo Prælatus Regularis solum tribuit licentiam simplici Sacerdoti, vt suus subditus Regularis cum illo confiteatur. Et iudicari in practica iste Sacerdos idoneus debet fieri ab ipso Regulari eligente, vt Authores communiter docent; ex quo vrgentius hæc opinio probatur: nam dicere Decretum Innocentii XII. Nisi approbati ab Episcopo Dioecesano, idem est, ac ordinare pro practica Bullæ Cruciatæ, in privilegiis pro confessionibus in vim ipsius faciendis, quod non sufficiat approbatio à iure, sed approbatio de facto data huic determinato Confessori ab Episcopo Dioecesano iuxta formam Concilii Tridentini.

Quis neget, has rationes probabilē reddere istam opinionem, quam tenet Suarez, tom. 4. disput. 28. sect. 6. num. 11. Enriquez, lib. 3. de penitent. cap. 6. num. 4. & 6. & lib. 7. de indulgentiis, cap. 12. num. 4. vers. Si vero, & cap. 22. num. 5. fine; & Trullenc in Bull. lib. 1. §. 7. cap. 1. dub. 10. num. 3. & Lopez, 1. part. instruct. cap. 26. vers. Secundo dico; & hanc opinionem,

tanquam veriorem amplexi sunt PP. Societatis Iesu, & eam in praxi observant, vt testatur Enriquez, lib. 7. de indulgent. cap. 12. numer. 5. in fine, apud Trullenc citatum.

## §. V.

## PROTENDITVR PROPOSITUM precedens.

1266 Non, non damnatur, quod possit per Bullam eligi ad Confessiones Regularis, semel iam approbatus ab Ordinario Episcopo, sed postea iniuste ab ipso met Ordinary reprobatus. Ratio est: quia Regularis semel ab Episcopo approbatus non obligatur novo examini coram Episcopo, qui iam illum approbavit: nec sine causa ad confessiones pertinente, cognita, & probata, valet idem Episcopus eum reprobare, vt tenet communis sententia fundata In Clement. Dudum, de sepult.

& Extravag. supra Cathedram, eodem titulo; & Extravag. Pii V. Romani Pontificis providentia; vt videri est in Lezana, tom. 1. cap. 19. num. 9. & in Curs. Moral. tom. 4. tractat. 18. cap. 4. punct. 2. §. 5. num. 19. & in Trullenc in Bull. lib. 1. §. 7. cap. 1. dub. 7. num. 18. Et forte hoc denotant illa verba, quæ Gregorius XIII. addit in Bulla Latina: Et quoad Regulares semel approbati fuerint, id est, in eadem Dioecesi. Si in prima præsentatione ad examen fuerit Regularis iniuste ab Episco-

po reprobatus, non potest excipere Confessiones secularium per Bullam, nec absque illa, quia verè non est approbatus. Et est damnatum per Alexandrum VII. in proposit. 13. Affirmare, quod potest.

1267 Decimò, non damnatur, quod Regularis semel approbatus; & qui ab Episcopo successore vocatus ad novum examen, noluit se subiicere ex opinione, circè hoc probabili, possit per Bullam eligi in ea Dioecesi. Quod intelligitur, dummodo non detur causa vocationis, ad Confessiones pertinente; fundatur hæc opinio in eadem Clement. quin obstat huic asserto, Extravag. Pii V. qui videtur hoc concedere DD. Episcopis; circè quod videndus est Curs. Moral. citatus, num. 86. & 87. qui pro hac opinione affert Araujo, Villalob. Enriquez, & alios.

1268 Undecimò, non damnatur, quod Regularis, qui sine causa ad Confessiones pertinente, fuit ab Episcopo approbatus, cum limitationibus personarum, loci, aut temporis, vt pro solis viris; vel ad tale tempus, vt pro tribus annis, vel pro tali tantum oppido, possit sine limite personarum, temporis, & loci, eligi per Bullam Cruciatæ in ea Dioecesi: nam duratur probabilis opinio non possit D. Episcopum hos limites apponere in approbatione Regularium; dummodo in scientia eos sufficiientes inveniat: nam Papa tribuit eis iurisdictionem sine his coarcta-

Sed sic est : quod privilegium de Confessoribus Regularibus obstat huic Clementis X. Decreto, ut patet , cum concedat , quod in itinere possit Regularis excipere secularium Confessiones in quacumque Dioecesi , vt supponitur: dummodo sint approbati semel ab Episcopo: ergo prae dictum privilegium non valet: quia Clementis X. obstat.

1272 Ita haec vrget obiectio, vt validissimus quis ei succumbat ; & pro solamine , id, quod meo videri alicuius frontis apparet , proponam. Attendamus ergo ad motivum Clementis X. Decretri ab Innocent. XII. fulciti, & roborati : ait ergo Clemens suum excitans motivum propone ns : *Innotuit nobis nonnullas dubitationes circa benedictionem, licentiam, contradictionem, examen, & approbationem eiusmodi in aliquibus Dioecesisbus excitatas fuisse: ex quibus controversiae, & dissensiones permulta in dies subsequi possent occasione privilegiorum, que per Sedem Apostolicam Religiosis Ordinibus concessa fuerunt, &c.* Sed sic est (attende nunc) quod ex privilegio pro Confessoribus Regularibus itinerantibus difficulter controversiae , & dissensiones oriri possunt ; cum ab ipsis Pontificibus concedentibus in ipso privilegio , satis , & sufficienti caute lla , preventae sint ; siquidem prudentissimis praecaptionibus ve stitum, & armatum est , nimirum, quod non ad praxim reducatur, repugnantibus Parochis , & cum

in eo loco , in quo vagantur , non sit Episcopus , aut eius Vicarius, nec sit ad quemlibet eorum recursus facilis ; quomodo ergo his præventionibus Decreto adhibitis, ex eo dissensiones , aut controversiae orientur ? Ergo si Decretum Clementis fuit motum ex prædictis inconvenientibus, vt eorum pullulantiam impediret ; si nostrum privilegium , ita prudentissime ea prævidens, præventionibus iactis munitum est ; & alias Decreta Pontificum , quæ privilegia videntur infringere, strictè intelligenda sint , si fuerint prohibiti va : & insuper valde vtile tale privilegium appareat ; cum itinerantibus gravissimi occurrant casus , qui ex defectu Ministrorum exitum prosperum non possunt obtinere; & conscientiae non paucæ oppressæ pluries occurrant, quæ pro suo levamine Regularem desiderant , & plus viandantem, quam manentem: consequens est, vt apparens videatur , quod prædicti Pontifices revocare non intendant relatum privilegium ; vt potè non oppositum eorum menti, nimirum praecavere dissensiones, & controversias , quæ ex illorum praxi privilegiorum generari per timescunt.

1273 Confirmatur , quia ex proœmio, mens cognoscitur concedentis , vel loquentis, cap. Quia propter , de electione legis fin. ff. de bæredibus instituendis. Et argumentum desumptum ex generalitate proœmii validum est, vt probat Barbola in tract. loci argumen-

torum iuris , loco 91. pagin. mihi 313. ex pluribus textibus , & Doctoribus; sed ex proœmio Decretri Clementis X. constat , intentio nem ipsius esse amovere occasio nes dissensionum , quas privilegium pro Confessoribus itinerantibus non fomentat , vt probavi ergo de mente Clementis X. in suo Decreto non fuit hoc revocare privilegium: ergo nec de mente Innocent. XII. cum iste ad normam prædecessorum suorum, suam formet Constitutionem.

1274 Vnde iudico , tale pri vilegium non esse per hoc Innoc entii XII. Decretum revocatum, & ad praxim reduci posse ; cum ita proficuum saluti animarum sit, & quia tot limitationibus conces sum, non oppositum menti Urba ni VIII. Clementis X. & Innocentii XII. ut potè talibus præceptio nibus præveniens inconvenientia, quæ ipsi vitare cupiunt ; & quibus moti fuerunt declarare terminum, ad quem tantum approbatum Ordinarii , se extendat ; & sic Curs. Moral. tom. 4. tractat. 18. cap. 4. num. 19. in ultima impressione, anno 1710. vbi noviter inserta est explicatio huius Decretri Innocent. XII. iudicat probabilitè , quod dictum privilegium de itinerantibus Confessariis Regularibus non est comprehensum in revocatione privilegiorum , quæm Innocentiano, Decretum ponit ; vel quia præsumitur approbatio ab Episcopo illius Dioecesis , in qua Confessor iter agens , confessiones excipit; cum satis viles sit pro ovibus

suis , vel quia Summus Pontifex, vt eminentè continens iurisdi cionem approbandi illius Episco pi , in quo fiunt confessiones , ap probat illum , & illos Confessores Regulares itinerantes pro confes sionibus audiendis in itinere pro quacumque Dioecesi , vbi confes siones ministrantur ab ipsis : nam eo ipso, quod expendit illud, sciens ius commune Tridentini ; conse quenter vult illos approbare pro ipsis Dioecesisibus, supposita approbatione in una.

1275 Ultimò, non tangit hoc Innocent. XII. Decretum, in illa opinione satis probabili, nimirum, quod Religiosi sua libertate Bullam Cruciatæ accipientes, hoc est, sine Prælati licentia , possint per illam eligere approbatum ab Ordinario , in illa tantum Dioecesi, vbi approbatus est, qui eos à communib us mortalibus, id est, non reservatis absolvat. Insuper , nec tangit in alia circa hoc opinione , et si mihi tenuæ probabilitatis ; scilicet (quod Regulares sua libertate, modo dicto Bullam recipientes , sibi que eam applicantes, possunt eli gere approbatum in illa Dioecesi, qui eos à reservatis absolvat; iuxta dicta in Foro conse. tract. 1. cap. 1. §. 9. num. 88. & 89.

Omnes istæ opiniones inoffensa pede decurrunt, modo, seu moderatione in aliquibus explicata: nam ventilantur attento iure Con cil. Trident. & Bulla Cruciatæ nihil approbationis pro Ministris Sacra menti Peccentiarum, ponit in eis; sed potius eam supponit. Et sic ac ce den,

dente privilegio Bullæ extendorit iurisdictio à Papa per illam, approbatu elargita, iuxta extensionem approbationis probabilis, quam sequentes eas, probabilitè defendunt. §. VI.

**C O R O L L A R I V M**  
predictorum.

1276 **P**lures, & plusquam mediocriter docti non rectè advertentes iustissimum huius damnationis motivum, & causam, quasi de ea conquerentes clamitant, & dicunt: quid nobis concedit Bulla Sanctæ Cruciatæ, si hunc, vt de ea iudicabatur, elargitum favorem, nunc Summus Pontifex denegat?

Vt huic non iusta querela me opponam, vellim, vt mihi dicas, vel explices, quid hoc Decretum Innocent. XII. tibi ademit de gratiis concessis in Bulla Cruciatæ Sanctæ? Est ne, quod iam per illam eligere non valeat Confessarium, in alia Dioecesi approbatum, non in ista, vbi eligis, qui tuam audiat confessionem de mortalibus, & iuxta omnem indigentiam tuam; quam confessionem poterat excipere ex privilegio Bullæ, non vero sine illa, & ista gratia per hoc Innocent. Decretum privatus est? Sed sic est, quod est falsum, quod Bulla Cruciatæ id concesserit; sed illam facultatem indulxit opinio quædam, quæ vt probabilis vagabatur, in cuius bona fide, plures, & tunc securè, vbique terrarum cli-

gebant Confessarium in una tantum Dioecesi, approbatum, vt eos à mortalibus, etiam reservatis absolveret: ergo quod ablatum est ab Innocent. XII. vel vt melius dicam, declaratum est ab eo, solum est, talem opinionem non valere, seu falsam esse, sicut & alias plures, alii Pontifices Summi damnaverunt. Et quid est opinio? Nonne dubium est quoddam positivum, hoc est, assensus vnius partis cum formidine alterius; & ex hac incertitudine oritur, quod alia contraria opinio contra eam insurgat: ergo incertum erat, & dubium, & cum formidine, quod pertuum assensum apprehendebas, nempe, quod Bulla tale privilegium concederet: ergo Innocent. XII. non abstulit privilegium à Bulla concessum, sed incertitudinem, & dubium; & hoc fecit, non vt particularis Author, sed vt Summus Pastor, Spiritu Sancto directus ex prima Cathedra, vt talis in ordine ad mores declarans, quomodo errare non potest; & intimavit fidibus suis, suo Decreto, eam opinionem esse falsam; & sic a nemine posse practicari: quia declarat, nunquam fuisse à Sancta, & Apostolica Sede concessum, per Cruciatæ Bullam, quod fideles possent per eam eligere Confessarium, in ea Dioecesi, vbi eligunt, non approbatum ab Ordinario, & Episcopo Dioecesano, et si in alia, vel in aliis Dioecesibus approbatus sit; & ita Curs. Mor. tom. 4. tract. 18. cap. 4. punct. 2. §. 4. n. 71. Adhærens tunc opinioni, nunc damnatae, probans eam op-

opinionem, prudentè tamen, & discrete, ait: *Quia ex una parte, vt Confessarius eligatur, solum, quod sit ab Episcopo approbatus exigitur, & ex alia ( ecce prudentia, ecce discretio) non dantur iura, aut Pontificum decreta declarantia, debere esse ab Episcopo, in cuius Dioecesi audit confessiones, approbatum, &c.* Ecce iam, Author sapiens, datur ius, & Decretum declarans, quod formidabas.

1277 Igitur ante hanc declarationem opinio tantum erat, non certitudo, quæ hoc affirmabat, & opinio minus secura, & tuta, ut potest pro libertate militans; & opinio contra aliam opinionem, quæ in te certum erat, & verum, quod affirmabat; & non à paucioribus, nec minoris auctoritatis sequuta; vt videtur est in Mendo in Bull. disp.

22. cap. 4. n. 61, & 65. ex quibus non deficit, qui in damnatam ita invehebat, vt improbabilem in practica iudicaverit, antè damnationem. Iste fuit Ludovic. à Cruce in exposit. Bull. Cruc. disp. 1. cap. 2. dub. 15. n. 9. & 22. teste Brallenc in Bull. lib. 1. §. 7. cap. 1. dub. 2. numer. 9. fin.

1278 Item, falsissimum est, quod Sanctæ Cruciatæ Bulla plures, & maximi ponderis, gratias non concedat, in concessa ista: audi ergo, est ne gratia in primis, quod Confessor, qui te à censuris, & peccatis non reservatis, tantum absolvere poterat; si eum per Bullam eligas, possit te absolvere à reservatis censuris, & peccatis Summo Pontifici;

quæ si occulta fuerint, toties, quoties, & absque obligatione postea coram Superiori comparendi; si autem publica, semel in vita, & semel in morte per Bullam absolviri possunt. Itemque, & toties, quorū reservata aliis Superioribus, etiam Tribunali Sancto?

1279 Est ne insuper 2. gratia, & hoc særissime accidit, quod peccata reservata Episcopo à se, vel per Synodales Dioecesis, quæ neque à Regularibus per sua privilegia absolviri possunt, iuxta damnationem proposit. 12. per Alexand. VII. per Bullam absolvantur? Quæ maior pro Confessoribus, & poenitentibus relevatio, & solamen? Cum sèpè absque absolutione dimitterentur confusi, & absque solatio, si non haberent per Bullam levamen istud.

Est ne 3. gratia, quod per Bullam commutari possint ab electo, approbato, vota, & iuramenta, quæ nisi per Bullam, à seculari Confessario commutari nequarent?

Est ne 4. gratia, quod approbato, etiam in ea Dioecesi, vbi approbationem habet, qui sèpè caret iurisdictione, eam illi tribuatur per Bullam, electo per illam? nam vt pluries dixi, et si Bulla approbationem non tribuat, dat tamen iurisdictionem in poenitentem, qui approbatum eligit, vt cum absolvat. Et tam cumulata est ista gratia, vt approbatio, etiam si solum probabilis, quæ quasi inutilis esset, accidente iurisdictione per Bullam à

Papa concessa, utilis, & fructuosa sit; ut patet in tot opinionibus, §. præced. relatis. Vide Mend. numer. 65.

1280 Dices, mihi nihil prodest in hoc Bulla, qui censuras, & casus reservatos non habeo; sed pro communibus mortalibus, approbatum in alia Dioecesi, quemdam mihi piè affectum ad confessionem desiderabam, quem per illam ob defectum approbationis in hac, in qua habito Dioecesi, eligerem non possum.

Cui respondeo, non omnia, quæ cupimus, pro votis completa semper habere posse, & pro communibus lethalibus, non difficile. Confessarium inventes, qui te ab eo onere sublevet; & forte ille tibi piè affectus, non ita proficuus erit animæ tuæ, sicut aliis, cui accedere aliquomodo repugnas: nam cum Sacramento Pœnitentiæ sit conformius practica illius feria, ille Minister nobis plus proficiet, cui cum velamine reverentia accedimus; & ille absque velamine, doctrinam claram, & utilem nos docet. Et in summa sufficit dicere, quod Papa noluit hoc concedere; quia noluit tam universaliter in Sancto iure Trident. Concilii, ita mature pro communi bono, & quiete Dioecesum, stabilito, dispensare.

1281 Quod autem casus, & censuras reservatas non habeas, & ideo ea Bullæ facultate non indiges, nihilque in hoc tibi proficit, parumque valet pro te, absolute

Bulla. Dico, valere ad alias gratias; si illa pro illis lucrandis vti vis; & vt Sanctæ Cruciatæ Bulla æstimabilis, & apretiabilis summoperè sit, non requiritur, quod eius utilitas omnibus profit; quia non est opus valentibus Medico, sed male habentibus. Et Sacramentum Pœnitentiæ, quod medicina est; & Minister illius, qui spiritualis est Medicus, & qui omni medicamine, & electus per Bullam providens habetur, ministrabit illud infirmo, iuxta indigentiam illius. Erit neminius validum, minusve appetibile medicamen, & Minister illius minus erit estimabilis, eo quod infirmus illis non indiget, secundum omnem pretiositatem, & estimationem, quam præferunt. Absit: ergo & mihi, & tibi, & illi, & cuilibet, etiamsi tanto medicamine, & Medico non indigeat, debet esse valde estimabile, quod Ecclesia, ita gratiam, & piam per Bullam Cruciatæ se ostendat, vt cuiuscumque indigenti, & tibi, qui etiæ pro nunc illa non indigeas, fragilis tamen es, & incidere in gravissima peccata potes, ligarique censuris, sit præsta, & opportuna medicina, vt à tam gravi infirmitate subleveris; & quia pretiosissimum est, & pro maxima dolentia, medicamentum, voluit provida Mater Ecclesia, vt à Medico satis probato, & vt ibi, ubi illud infirmo applicat approbatus sit, ministrari debeat.

Hac præter meum brevem modulum, paulò digressius tractavi,

quia

quia materia gravis, & non eam, vt pluribus recognovi. Illam vobis quoque, ut vere, pie, & humilitè teneatis; humiliate Deo capita, & intelligentias vestras, ne Spiritui

Sancto, in Pastore Summo prælucienti, dura cervice relistatis; apprehendite ab eo disciplinam, ne quando irascatur Dominus, & pereatis de via iusta.

Cedant hæc in gloriam Dei Vnius, & Trini, Virginis, simulque Matris, & eius Sanctissimi Sponsi, Seraphicæque Theresiæ, Matris nostræ.

Subiaceant omnia, & singula iudicio infallibili Sanctæ Romanæ Ecclesiæ.



solutionem habenti occasio-  
nem , & consuetudinario , eti-  
disposito , pagin. 215. numer.  
958.

Non est titulus sufficiens ad eam  
non vitandam causa vtilis , pag.  
215. num. 960. ponuntur exem-  
pla , ibi , à num. 691. vsque ad  
963.

Quando erit licitum se exponere  
periculo peccandi pro bono  
spirituali , vel temporali pró-  
ximi , pag. 217. num. 968. vsque  
ad 976.

Quid sit querere directe , & indi-  
recte occasionem peccandi , pa-  
gin. 216. num. 966. & 967.

*Occido.*

An sit licitum sacerdotali occidere  
calumniatorem sui , pag. 34.  
num. 204.

An sit licitum occidere Iudicem  
post latam iniustam senten-  
tiam , pag. 35. num. 210.

Licet occidere inimicum præpa-  
rantem instrumenta ad occi-  
sionem , pag. 35. num. 209.

Quando liceat occidere inva-  
sorem , seu latronem , pag. 149.  
à num. 669. vsque ad 972.

Vide v. Ecclesia.

Quando sit licitum invasorem  
honoris occidere , pag. 147.  
num. 658. & 659. & quando  
invasorem rei familiaris , ibi , à  
num. 661. vsque ad 665.

*Officium Divinum.*

Qui excusentur ab eo , pag. 39. à  
num. 232. & pag. 195. num.  
864.

De integritate requisita , pag. 194.  
à num. 860. vsque ad 866.

Vnico peccato irretitur , qui plu-  
ties in die vult non recitare ,  
pag. 196. num. 867.

Quando , & à quo possit vnum  
in aliud commutari , pag. 66.  
à num. 334. 335. & 336.

Quæ personæ communicat in pri-  
vilegiis recitandi officia Reli-  
giosorum , pagin. 67. numer.  
337.

In fériis Quadragesimalibus lici-  
tum est recitare Matutinum se-  
quentis diei undecima hora  
diei presentis , pag. 68. numer.  
341.

*Opinio.*

Opinio damnata , an possit pra-  
cticari in casu magnæ necessi-  
tatis , pag. 52. num. 281.

Quando sequi potest opinio Au-  
thoris singularis , pag. 52. à nu-  
mer. 282. vsque ad 286.

Datur opinio circa licitum , & opi-  
nio circa valorem facti : &  
quando ista sequenda est , pag.  
93. num. 437. & 441.

Rationes , quare opinio probabi-  
lis sequi potest , pag. 238. à nu-  
mer. 1055. vsque ad 1058.

Opinio minus tuta , & probabilis  
potest practicari , pagin. 240.  
num. 1062. & pagin. 241. à  
numer. 1066. vsque ad 1091.  
dummodo non sit circa valo-  
rem rei , vel damnum proximi ,  
pag. 239. num. 1058.

Quæ sit opinio tenuæ probabilita-  
tis , p. 105. n. 487. 188. & 489. in  
casu necessitatis sequi potest ,  
num. 490.

*Oculum.*

Vide v. Luxuria.

*Ova.*

An in Dominis Quadragesimæ  
comedi possunt ? Et quæ  
personæ ? Et quo privilegio?  
pagin. 64. numer. 323. &  
324.

De peccato ova comedentis , ibi ,  
num. 317. & 325.

**P***Papa.*

Est supra Concilium , pag. 284. à  
num. 1204. vsque ad 1209.

Non potest errare ex Cathedra  
docens , pagin. 285. numer.  
1209.

Quibus modis dicitur Bulla Pa-  
pæ subreptitia , pag. 287. à num.  
1218. vsque ad 1221.

Definitio ipsius , & declaratio  
ad mores obligat sine populi  
acceptatione , pag. 285. nu-  
mer. 1208.

*Parochus.*

Non potest eligere Sacerdotem  
simplicem in Confessarium si-  
bi , pagin. 32. numer. 188.  
si est Regularis , potest , pag.  
33. num. 197.

Potest pro suis ovibus eligere  
approbatum in ea Dioecesi ,  
vel alterum Parochum , ibi ,  
numer. 196. & pag. 288. num.  
1222.

Potest eligi per Bullam Crucia-  
tæ vbique terrarum , pag. 299.  
à num. 1245.

Qui renuntiavit Beneficium , po-  
test in ea Dioecesi , pag. 302.  
numer. 1252.

*Pater.*

Vide v. Mors.

*Peccatum.*

An ea solum sint peccata , quæ  
ex genere suo pugnant con-  
tra charitatem Dei , aut pro-  
ximi , pag. 191. num. 846. &  
847.

Vide v. Confessio , Appetitus sen-  
situs.

*Peccator.*

Aliqua bona opera moralia eli-  
cere valet , pag. 265. numer.  
1128.

Vide v. Infidelis.

In peccatore Catholico manet fi-  
des , pag. 266. num. 1131.  
& 1132.

*Pœnitentia , Pœnitens.*

Multiplicitè sumitur , pag. 276.  
num. 1162. & 1163.

Quando potest pœnitens , vel  
non per alium Pœnitentiam  
Sacramentalē adimplere , pag.  
30. à num. 179.

Quæ opiniones faveant pœni-  
tentibus , pag. 95. num. 446.  
447. & 448.

Vide v. Sacramentum.

Quibus in casibus excusatur pœ-  
nitens ab integritate materia-  
li confessionis , pag. 203. à  
num. 898. vsque ad 912.

Vide v. Casus reservati , Vere-  
cundia.

Pœnitentia Sacramentalis solum  
est pars integralis Sacramenti  
Pœnitentia , pag. 371. num.  
1149.

Quan-



noscatur consuetudo prava, pag. 208. num. 927. & 928.  
Vide v. Occasio peccandi.

*Contritio.*

A quo auxilio eliciatur à peccatore, pag. 259. à num. 1110.

*Conventus.*

Vide v. Prelatus.

*Copula.*

Vide v. Coniugalis actus.

*Crimen.*

Quando sit licitum reo crimen occultum detegere, pag. 171. num. 763. & 764.

Quando oritur obligatio restituendi ex infamacione alterius, pag. 172. num. 766.

**D***Damnum:*

Vide v. Lusrum.

*Debitor.*

Anteneatur restituere, si necessitatem patitur, pag. 154. n. 692.  
Vide v. Necessitas.

*Decretum.*

Ponitur Decretum Innocent. XII. circa Bullam Cruciatæ, pag. 289. num. 1223. & 1224.

*Desideria.*

Quando sint licita de rebus illicitis, pag. 116. num. 535.

*Dolus.*

Vide v. Fraus.

*Duellum.*

Quid sit? pag. 3. num. 10.

Quas penas incurvant duellantes, & quis ab eis liberet, pag. 4. num. 11. 12. & 13.

Religio Sancti Iacobi non reicit non admittentes duellum legitime, ibi, num. 18.

Mulieres duellantes non incurvant penas contra exercentes duellum, pag. 5. num. 22.

**E***Ecclesia.*

An refugiatus in Ecclesia possit occidere Satellitem, qui conatur eum ab ea extrahere, pag. 149. num. 671.

Cum errore, & titulo supplet in Ministro iurisdictionem, pag. 292. num. 1230.

*Eleemosina.*

Quando, quibus, & quomodo obligat, pag. 113. à num. 520. usque ad 526.

*Episcopus.*

Si non sit Regularis, non potest cum simplici Sacerdote confiteri, pag. 32. num. 193.

Non potest limitare Regularibus approbationem ad viros tantum, pag. 97. num. 453.

*Eucaristia.*

Quibus in casibus poterit Sacerdos in gravi peccato existens celebrare, non premissa confessione; vel Laicus communicare, pag. 78. n. 378. & 376.

Quæ dispositio ad eam recipiendam, pag. 277. à num. 1168. & 1170.

Ali-

Aliquando dat primam gratiam; & an ad id requiratur attritio, pag. 277. num. 1664.

Vide v. Sacramentum.

**F***Famuli.*

Quando, & quomodo se possunt compensare, pag. 156. à numer. 699. usque ad 704.

Quæ actiones famulorum influentes in fornicationem domini excusari possunt, vel non, à malitia ratione damni imminentis, pag. 190. à num. 839. usque ad 843.

*Fides, Fidelis.*

Datur præceptum de fide, spe, & charitate; & quo tempore obliget, pag. 1 à num. 1. & pag. 119. num. 545. usque ad 548.

Fidei præceptum negativum, & affirmativum est, pag. 119. numer. 544. & 550.

Quando, & quomodo poterit fidelis occultare, seu dissimulare, se esse fidelem, pag. 121. num. 552. usque ad 557. & quando exterius fidem fateri, pag. 120. num. 551.

Affectio pia requiritur ad fidem, pag. 122. num. 559.

An sit actus fidei adorare Eucharistiam, pag. 124. n. 568. & 569.

Credere in Deum remuneratorem est de necessitate medii ad salutem, pag. 125. à num. 572. usque ad 579. includitur cognitio Dei unius, & remuneratoris in actibus contritionis, & attritionis, pag. 225. num. 998.

Qui ad Poenitentiae Sacramentum accedit, non indiget hunc actum expressum elicere, pag. 127. num. 578. oppositum est certius, num. 577.

Quid dicendum de vagante in deserto, ibi, num. 575.

Fides ex testimonio creaturarum non sufficit, pag. 127. à n. 580.

Omnes salvati fidem ad minus implicitam in Christum habuerunt, pag. 221. n. 985. & 986.

An fides explicita in Trinitatem, & Christum sit Christianis de necessitate medii, pag. 221. num. 984. & pag. 222. num. 988. requiritur tamen de necessitate præcepti, ibi, n. 989.

An pro confessione requiratur actus fidei expressæ Trinitatis, & Christi, pag. 223. à num. 992. usque ad 995. & pag. 225. num. 1000.

Post tres, aut quatuor confessiones monitus poenitens, non est absolvendus, si adhuc fidei mysteria ignorat, pag. 223. n. 991. & 994. Quomodo cum illo se debet habere Confessor, pag. 224. num. 997. usque ad 1009. & quomodo cum moribundo, pag. 227. num. 1011.

Quæ mysteria, & Sacraenta, sciare, & credere tenetur fidelis, pag. 226. num. 1005. 1006. & 1007.

Vide v. Rusticus, ignorantia.

Quid sit fides in communione sumptra, pag. 265. num. 1129. vide alia de fide, ibi, à num. 1130.

Finis.

Quotuplex sit, pag. 264. n. 1123.

Vi.

Vide v. *Motivum.*

*Fornicatio.*

Est intrinsecè mala, pag. 185. num. 821. & 822.

An possit illam Deus, & alia peccata contra ius naturæ à malitia nudare, ibi, num. 825.

Potest de illa, & de mollitie dari invincibilis ignorantia, pag. 185 n. 824. & pag. 238. num. 1054. & pag. 244. num. 1074.

*Fraus.*

Qui alium impedivit fraudibus, aut dolis à consecutione alii cuius boni, tenetur à restituzione, pag. 148. num. 667.

*Furtum.*

Quando ex furtis parvis oriatur obligatio restituendi, pag. 156. à num. 710. vsque ad 714. & quando vniuntur ad magnam quantitatem, ibi, num. 711.

Quando tenetur ad restitutionem, qui inducit ad damnum alterius, pag. 160. à num. 716. vsque ad 732.

Solum ex influxu contra iustitiam commutativam oritur obligatio restituendi, pag. 163. n. 728. 729. & 730.

**G**

*Gauatum.*

De rebus illicitis quando sit licitum, pag. 117. à num. 538. vsq. ad 540.

*Gratia.*

Quotuplex sit, pag. 254. numer. 1095. 1096. & 1097.

An omnes infideles recipient aliquam gratiam ad opera non

**I**

*Iansenius.*

Quinque Iansenii propositiones ab Innocent. X. damnatae, pag. 286. num. 1214.

*Ieiunium.*

Plures referuntur opiniones de obligantes ad illud, pag. 44. à num. 249.

De parvitate in die ieiunii vide pulchra, pag. 55. à num. 294. vsque ad 300.

Qui ex prudenti iudicio, & cau-

sa

pure naturalia, pag. 255. à numero 101. vsque ad 1105. & pag. 260. num. 1114.

Ad opera pure naturalia non indigent, pag. 254. num. 1094.

Vide v. *Auxilium.*

*Gratitudo.*

Vide v. *Vsura.*

**H**

*Hæresis. Hæreticus.*

Quis possit, vel non, ab ea absolve, pag. 6. num. 26. & 27.

Vide v. *Pralatus, casus.*

Quando sit, vel non sit hæresis externa, pag. 7. & 8. à n. 34.

Quando obligamur denunciare hereticos, pag. 9. à num. 42.

An sit licitum nubere cum heretico, vt convertatur, pag. 220. num. 981. 982. & 983.

*Homicidium.*

Vide v. *Abortus, occido.*

*Honor.*

Plus estimant honorati honorem, quam vitam, pag. 145. num. 654. Quid sit? pag. 281. n. 1188.

Vide v. *Occido.*

**I**

*Iansenius.*

Quinque Iansenii propositiones ab Innocent. X. damnatae, pag. 286. num. 1214.

*Ieiunium.*

Plures referuntur opiniones de obligantes ad illud, pag. 44. à num. 249.

De parvitate in die ieiunii vide pulchra, pag. 55. à num. 294. vsque ad 300.

Qui ex prudenti iudicio, & cau-

**NOTABILIUM.**

sa excusentur à ieuinio, pag. 59. num. 306. & 307.

Sexagenarius, & quinquagenaria excusantur, pag. 60. num. 308.

An Regulares itinerantes possint ieuinia in alios dies transferre, pag. 62. num. 315. & 316.

An qui ponit impedimentum ad ieuium, peccet, pag. 61. numer. 311. & 312.

Vide v. *Ova.*

*Ignorantia.*

Quotuplex sit, pag. 236. à numero 1048. vsque ad 1051.

An possit dari invincibilis ignorantia præceptorum naturalium, pagin. 237. numer. 1053. & 1054. & an de mysteriis fidei, pagin. 228. numer. 1012. & 1013.

Vide v. *Fornicatio, pollutio.*

*Imagines Sacrae.*

A quo ortum habuit cultum eorum, pag. 279. num. 1181.

*Immutitas.*

Vide v. *Ecclesia.*

*Indulgentia.*

Notatu digna pro lucrando indulgentias invenies pag. 69. à num. 346. vsque ad 349. & an plenariam pluries in die lucrari possis, ibi.

Quæ indulgentiae noviter Regulares concessæ fuerunt à Paulo V. pag. 71. à num. 350. vsque ad 358.

Possunt Regulares lucrare in suis Ecclesiis indulgentias pro visitantibus Ecclesiis alterius Ordinis, pag. 73. num. 359.

Indulgentiam plenariam pro recitantibus Coronam Rosarii B.V. pag. 73. num. 360.

An Regulares possint applicare pro defunctis indulgentias, quas lucrantur, pag. 74. n. 364.

Vide v. *Iubileum, Porciuncula.*

*Infidelis.*

Quando tenetur credere, pag. 106. à n. 491. vsque ad 497.

Quis sit Infidelis negativè, pag. 107. num. 496. & si legem naturalem servavit, Dominus providebit de illo, ibi, & pag. 228. num. 1012. & pag. 262. n. 1117.

Vide v. *Gratia.*

Non in omni opere suo peccat, pag. 262. à num. 1117.

Aliqua opera bona moralia clicare potest, pag. 262. num. 1117. & 1118.

Vide v. *Peccator.*

*Inquisitor.*

Est illis prohibitum sub poena excommunicationis munera accipere, pag. 51. num. 277.

*Intentio.*

Vide v. *Sacramentum.*

*Irregularitas.*

Vide v. *Abortus.*

*Iubileum.*

Vide v. *Approbatus.*

*Judeo.*

An possit retinere quod accepit à litigante, vt pro se iustum daret sententiam, pag. 50. n. 274. potest tamen esculenta, aut posculenta parva accipere & præcipue post latam sententiam, ibi, n. 276. An ipse litigans peccet offerendo dona iudici, ibi, num. 178.

Qui verè non est Iudex, potest in suo munere opiniones minus tuas sequi, pag. 103. n. 479. & ipse Iudex potest idem facere in his, quæ non sunt sententiam ferre, pag. 103. à n. 479. vsq. ad 484. Quid faciet in æquali probabilitate, ibi, num. 486.

*Iuramentum.*

Quamvis sit mendacii levis, est grave peccatum, pag. 128. à numer. 584. vide alia ibi, de iuramento.

Quod peccatum sit iurare sine animo iurandi, pag. 130. n. 593. & 594.

Grave peccatum est iurare cum interna restrictione, pag. 132. num. 600.

Quibus in casibus erit licitum iurare occultando veritatem, pag. 138. à num. 626.

*Iurisdictio.*

Quid sit, & quomodo ab approbatione distinguitur, pag. 228. numer. 1222. & pag. 300. n. 1246.

Vide v. Ecclesia.

*Latria.*

Quid sit, pag. 281. num. 1189.

*Latro.*

Vide v. Occido.

*Laus.*

Explicatur quid sit, pag. 281. numer. 1188. & 1189.

*Lex.*

Quando excusat populus à lege

recipienda, pag. 54. num. 290. Probabile est non obligare, populo non acceptante, ibi, & pag. 290. num. 1225.

*Libri prohibiti.*

Non habent Regulares privilegium eos retinendi, pag. 91. num. 429.

Quæ opinions circà hoc dentur, pag. 91. à n. 431. vsq. ad 436.

*Lucrum.*

Quid sit lucrum cessans, aut damnum emergens, pag. 166. n. 744.

*Luxuria.*

Quæ verba, aspectus, vel actiones damnantur, vel excusantur à peccato, pag. 81. à num. 382. vsq. ad 399.

*M**Maria Virgo.*

Se purificavit per maiorem accessum ad Deum, pag. 279. n. 1178.

Qua laude, & venerazione digna sit, pag. 281. n. 1190. & 1192.

*Matrimonium.*

Quomodo matrimonium ex metu gravi ab extinseco non conficiatur, pag. 145. num. 650.

Vide v. *Propositio damnata, coniugalis actus.*

*Mendacium.*

Non potest à malitia liberari; & si ve leve, sive grave, debet super aliam materiam cadere, pag. 170. n. 759.

*Missa.*

Duplex Missæ fructus, pag. 13. numer. 68. & 69.

*Ag*

An possit Sacerdos applicare aliquando pro stipendio fructum sibi respondentem, pag. 15. num. 88.

Quo titulo possit Sacerdos augere stipendum pro Missa, pag. 15. à num. 85. vsq. ad 89.

Tenetur restituere, qui minus, quam accepit stipendum alteri Sacerdoti tribuit, pag. 18. n. 93.

Per quod tempus detineri possit celebratio Missarum, quæ ex iustitia debetur, pag. 17. n. 101.

An satisfaciat præcepto, qui successivè audit à duobus Sacerdotibus duas dimidiatas Missas, pag. 193. num. 855.

An unica Missa fiat satis pro festo, pro voto, & poenitentia, ibi, numer. 858.

*Mobatra.*

Quid sit, & quando licita? Et quæ poenæ contra Mohatrantes? pag. 164. à n. 733. vsque ad 737.

*Monialis.*

Quid circà confessiones ex privilegio Bullæ agere valent, pag. 303. n. 1255. 1256. & 1257.

*Mos.*

Explicantur regulæ moris, pag. 234. n. 1040.

*Mors.*

An aliquando possit à patre desiderari filio, aut filiæ, pag. 116. num. 531.

An quis possit sibi mortem optare, pag. 116. num. 531.

Vide v. *Amor proximi.*

*Motivum.*

Quotuplex sit, pag. 171. num. 768. & 769.

*Mutuum.*

Quid sit, pag. 165. num. 748.

*N**Necessitas.*

Quæ sit necessitas gravis, extrema, & media, pag. 153. n. 686. 687. & 688.

An in aliqua ex his liceat furari, pag. 154. à num. 689.

An sit restituendum, quod in extrema necessitate ablatum fuit, pag. 155. n. 695. & 696.

Natura humana quid ex se valeat; pag. 263. num. 1120.

*O**Occasio peccandi.*

Quotuplex sit, pag. 209. n. 930. & 931.

Quid sit occasio proxima voluntaria, ibi, à n. 932. vsque ad 935.

Quæ repetitio actuum, vt sit occasio paccandi proxima, pag. 210. à n. 936. vsque ad 940.

Quæ sint communiter externæ circumstantiae, quæ occasions dicuntur, pag. 211. n. 942.

Ponuntur casus, ibi, à num. 942. vsque ad 946.

In quibus casibus potest absolviri poenitens, qui habet occasionem peccandi, pag. 212. à num. 947. vsque ad 959.

An dubitans de occasione proxima debeat eam relinquere, pag. 84. num. 400.

Quibus casibus eiicienda, vel non concubina, pag. 84. à num. 403. vsque ad 406.

Quid de concurrentibus ad locum, ubi paratur occasio peccandi, pag. 85. n. 406. & 407.

Aliquando convenit detinere ab-

# INDEX NOTABILIVM.

*Prior numerus paginam, secundus numerum  
marginalem designat.*

## A

### *Abortus.*

**E**piscopus potest absolvere ex communicatos ob procuratum abortum, sequuto effectu. Si Regulares sint, etiam non sequuto effectu, pag. 150. num. 674. De irregularitate incursa, ibi.

Quando licet abortum procurare, pag. 151. à num. 678. usque ad 680.

An liceat consilium de eo, numer. 681.

Quo tempore transfacto à conceptione cognoscetur homicidium ex abortu, pag. 153. n. 685.

### *Absoluto. Absolvere.*

Vide v. *Casus*, *Confessor*, *Confusio*, *Fides*, *Occasio peccandi*, *Restitutio*.

### *Actio.*

Quomodo humana sit indifferens, pag. 260. à num. 1113.

### *Adulter. Adulterium.*

An liceat marito, vel patri, aut fratri occidere adulteros, pag. 36. num. 214.

Quando fit inter duos coniugatos, explicanda est ea circumstantia, pag. 189. num. 836.

Etiam si consentiat maritus in copulam adulteri, est adulterium, pag. 188. à num. 832.

### *Amor.*

Quotuplex est, pag. 264. n. 1124.

### *Amor Det.*

Vide v. *Charitas*.

Quando obligemur ad Dei amorrem, pag. 108. à num. 501. usq. ad 504.

### *Amor proximi.*

Quando obligat, pag. 112. num. 516. vide v. *Proximus*.

Quando, & quomodo licitum sit desiderare mortem proximi, vel de ea gaudere, pag. 115. à num. 529. ad 534.

### *Amphibologia.*

Quid sit? Et quot modis, pag. 132. à num. 601. usque ad 622.

Requiritur causa ad his utendum, pag. 133. num. 605.

Non requiritur ad eam, quod in specie ponatur interius restriktio, pag. 137. num. 621. vide v. *Iuramentum*.

### *Approbatio. Approbatus.*

Vide v. *Iurisdictio*, *Confessor*.

Approbatio probabilis sufficit, ut ex ea eligatur Confessor per Bullam Cruciatæ, pag. 288. numer. 1222. fine, & pag. 299. à num. 1244.

An approbatus ab Ordinario cum limitationibus loci, persona-

rum,

## INDEX

## B

### *Beneficium. Beneficiatus.*

Quid sit? pag. 41. num. 237.

Quando tenetur, vel non, Beneficiatus restituere fructus Beneficii, non recitando, pag. 38. à num. 225. & pag. 194. num. 862.

Vide v. *Officium Divinum*.

Qui non confert illud gratis, pectat graviter contra iustitiam, & Religionem, & tenetur ad restitutionem, pag. 42. à num. 240.

Qui intelligantur digniores ad Beneficia, pag. 183. num. 813. 814. & 815.

Quæ sint Beneficia, quæ dignioribus danda sunt, pag. 183. num. 817. & 818. & quid de alijs Beneficijs dicendum, ibi, n. 817. & 819. & quid de movente collatorem paratum tribuere digniori, vt conferat digno, ibi.

### *Bona spiritualia.*

An sit licitum velle carere bonis spiritualibus propter bonum proximi, pag. 219. à num. 977. usque ad 980.

### *Bulla.*

Vide v. *Approbatio*, *Approbatus*, *Confessor*, *Monialis*, *Parochus*, *Regularis*.

## C

### *Casus.*

A casibus Bullæ Coenæ occultis possunt Regulares absolvere,

præ-

Quando adimplenda à poenitente, pag. 272. num. 1148.  
Solum erit veniale, non imponere pro venialibus, ibi, num. 1146.  
Quando commutari potest, pag. 272. num. 1147.

Vide aliqua notanda circa impositionem poenitentiae, pag. 273. num. 1154.

*Pollutio.*

Voluntaria est intrinsecè mala; & innumeris per illam damnantur, pag. 188. num. 826. & 827.

Vide v. *Fornicatio*.

*Portiuncula.*

Lucrari potest hoc Iubilæum in Ecclesiis Monialium Sancti Francisci, pag. 77. n. 375. & 376.

*Præceptum.*

An sit adimplendum ex intentione adimplendi, pag. 44. n. 247.

*Prædestination.*

Quæ sint signa prædestinationis, pag. 197. num. 874.

*Prælatus.*

Non potest in Hispania absolvere ab heresi etiam occulta, pag. 7. num. 30.

Prælatus superior debet exonerare Conventum, qui non vallet sustentare tot Religiosorum numerum, pag. 19. num. 113.

*Probabilitas.*

Vide v. *Opinio*.

*Propositio.*

In damnatione primæ propositionis ab Innocent. XI. non comprehenditur Sacramentum matrimonii, pag. 97. num. 454.

An ingrediantur in damnatione propositiones de actibus inter-  
ais, pag. 118. num. 341.

Quid autem sit propositio hæretica, erronea, & aliae dignæ censura, vide pag. 231. à numer. 1029. usque ad 1038.

*Propositum.*

Propositum emendationis componitur cum iudicio, quod non dabitur, pag. 206. num. 917.

Vide v. *Confessor*.

*Proximus.*

Licet gaudere de bono effectu orto ex damno proximi, pag. 118. num. 538.

Vide v. *Bona spiritualia*.

**R***Regularis. Religiosus.*

Solum indigent approbatione, non iurisdictione ab Episcopo, pag. 27. à num. 160.

Quæ faveant Regularibus pro eorum approbatione, pag. 28. à num. 166.

Posunt confiteri cum simplici Sacerdote, pag. 28. num. 164. & pag. 32. num. 190.

Quando liceat ei occidere calumniatorem, pag. 34. num. 205.

Si per Bullam confiteatur, est probabile, quod sufficit cum approbato à suo Prælato Regulari, pag. 304. à num. 1258.

Vt Bulla Cruciatæ vratur, debet à suo Prælato licentiam habere, pag. 293. num. 1232. & quid si absque licentia, pag. 313. num. 1275.

An Prælatis repugnantibus, vel ab ipsis privatus possit per Bul-  
lam

Iam Confessiones excipere, pag. 303. num. 1254.

Potest excipere confessiones per Bullam, etiamsi iam approbat, postea reprobavit Episcopus, pag. 309. num. 1266. Et etiamsi novo examini non se subiecit, num. 1267. Et etiamsi cum limitationibus, non ex defectu scientiae approbavit, 1268.

Itinerans sufficit, quod semel sit approbatus, pag. 310. numer. 1269.

*Restitutio.*

An sit absolvendus, qui non restituit, pag. 215. num. 959.

Vide v. *Dolus, Debitor, Necesitas*.

*Reus.*

Quando erit ei licitum suum detegere, seu negare crimen, pag. 142. num. 642.

An Confessor possit absolvere reum, qui suum crimen negavit, pag. 143. num. 653.

*Ruficulus.*

An in eo possit dari invincibilis ignorantia mysteriorum fidei; & quomodo salvari possit? pag. 107. num. 496. & pag. 228. num. 1012. & 1013.

**S***Sacerdos.*

Quid obligationis habeat absolutus à reservatis in articulo mortis à simplici Sacerdote, pag. 4. num. 14.

Quomodo restituat Sacerdos, qui

plura stipendia accepit ultra sacrificia, quæ offerte potuit, pag. 20. num. 114.

Sacerdos egens an plura stipendia pro una Missa accipere possit, pag. 20. à num. 117.

Quibus casibus in Decreto Tridentini, de confitendo quamprimum, si in mortali celebravit, non comprehenditur, pag. 78. à num. 378. usque ad 382.

Sacerdos simplex potest absolvere extra confessionem à minori excommunicatione, pag. 231. num. 1026.

Vide v. *Eucaristia*.

*Sacramentum.*

In necessitate administrari potest cum opinione de eius valore, pag. 94. à num. 440. usque ad 444. & pag. 144. num. 649.

Vide v. *Propositio*.

Administrare facte Sacramentum est grave sacrilegium, pag. 143. num. 644.

An possit Sacerdos administrare formam non consecratam, fingendo esse consecratam, pag. 144. num. 646. & 647.

Potest ministrari Eucharistia peccatori occulto, pag. 143. n. 648.

Potest aliquando simulari administratio Sacramenti Pœnitentiae, pag. 145. num. 651.

Datur Sacramentum informe, & quibus ex causis, pag. 199. numer. 881. & 888.

De intentione pro Sacramentis conficiendis, vide pag. 282. à num. 1195. usque ad 1202.

Vide v. *Matrimonium*.

*Sacrificium. Sacrum.*

Vide v. *Missa.*

*Sartores.*

Non possunt sibi servare frag-  
menta, pag. 157. num. 705.

*Simonia.*

Quid sit, & quando fiat, pag. 174.  
num. 773. & 774.

Motivum extrinsecum in agendis,  
vel tribuendis, aut recipiendis  
rebus spiritualibus non causat  
simoniam, pag. 175. num. 776.  
Diversi casus, in quibus simonia  
non datur, pag. 175. à n. 778.  
vsque ad 805.

Non datur in simonia parva ma-  
teria, pag. 181. num. 808.

An sit simoniacus, qui animo fi-  
cto promittit aliquid temporale  
pro spirituali, pag. 182. n. 811.

Quid de Beneficio collato titulo  
consanguinitatis, ibi, num. 812.

Vide v. *Beneficium.*

*Sodomia.*

Quæ circumstantiae in sodomia sunt  
explicandæ, pag. 47. num. 259.

*Solicitatio.*

Vide v. *Confessor.*

*Subreptitium.*

Vide v. *Papa.*

*Stipendum.*

An si increverit abusus in con-  
grua stipendia tribuendi, lici-  
tum sit plura pro vna accipere

*Missa*, pag. 22. à num. 127.

Vide v. *Missa, Sacerdos.*

# T

*Testis.*

Quando teneatur respondere Iu-  
dici, pag. 141. num. 639. & 640.  
Quando detegere crimen, ibi, nu-  
mer. 641.

# V

*Verecundia.*

Etiam summa non est causa dimi-  
diandi confessionem, pag. 203.  
num. 904.

*Voluntas.*

Est subiectum peccati, pag. 234.  
num. 1041.

Vide v. *Appetitus sensitivus.*

*Vsura.*

Quid sit, & quare illicita? pag.  
165. num. 739. & 740.

Quando potest onus in mutuo  
imponi absque labore vsuræ, pag.  
166. à n. 742. vsque ad 748.

Quando datur vsura palliata, pag.  
166. num. 742.

Vsura est exigere gratitudinem  
pro mutuo, non à mutuatu-  
rio omnino libere exhibeat, pag.  
166. à num. 751. vsque  
ad 758.

DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

(鼓) FINIS. (鼓)



**UAN**

DAD AUTÓNOMA DE NUEV  
CIÓN GENERAL DE BIBLIOTEC